Hain 8599.
Br. Mus. Cat. V, 279.

S. Hieronymus.

Proctor 4573.

217. **Incunables.** — **S. Hieronymus. VITAE SANCTORUM PATRUM. Venetijs,** Octav. Scotus, **1483.** Caract. goth.; 8 ff., CCXLIII ffch., 1 f.; 2 col.; 47 ll. In-4 .D.-vél.

Hain 8599. Proctor 4573. Brit. Mus. V, p. 279. Le 1er f. blanc un peu endommagé et monté; cela à part exemplaire bien conservé de cet incunable imprimé en beaux caractères gothiques.

De uitis sanctorum Patrum, ita scribit Gela
par. c. 3. ubi opuscula enumerantur, quae in ec
Item uitas patrum Antonij Pauli, Hilarionis et omn
quas tamen uir beatissimus scripsit Hieronymus cum omni
suscipimus.

E occasióe stili hoc in opere obseruati quisquam legentium aut audientium offendiculu3 patiatur: quia nõ per omnia procedit vti antea huius materie exẽplaria perspexit: facile veniam dabit. postq̃ multoru3 diuersitatem confusam intuetur. Ea propter id ipm in quattuor ptes diuisas differẽtesq̃ distinxi. In cuius prima collegi in vnum hystorialia. In parte secũda libellos τ doctrinalia. In parte tertia de regulari obseruãtia. Et finali parte de laude τ virtutum efficatia. Ita sane: vt pars prima per hystorias: secũda per libellos τ .§. pars tertia per rubricas. τ quarta per rubricaru3 capitula distinguatur. Et vt clarior noticia tabule super eo habeatur numeru3 folijs connumeraui. Hec exordio presentis operis ad generalem eius noticiam sufficit premisisse: ad cuius complementu3 me promoueat illa que oĩu3 est artifex sapia icreata. in seculũ seculi benedicta Amen.

Ad vsum mei Stefani Baselisci ...

Amiani diaconi vita z conuersatio. cix.

Brũ penitẽtia cla

Amelicos in deser

Icete patricii con

Obedientia omni

Patientia in omni

Acerdotiũ imino

Incipit prologus sancti Hieronymi cardinalis presbyteri: in libros Uitaspatrum sanctorum Egyptiorum. etiam eorum qui i Scithia Thebaida atqz Mesopotamia morati sunt: non solum quos oculis vidit: maximoqz labore conspexit: veruz τ q̄plura a fide dignis relata conscripsit notabili diligentia. Denicqz aliorum etiam autenticorum libellos fideliter e greco i latinum transtulit: τ ab alijs translata pro sui perfectione huic operi inseruit.

Benedict⁹ deus qui vult omnes homines saluos fieri. τ ad agnitionē veritatis venire. q etiā nostrū iter dirRexerat ad egyptū. Et ostēdit nobis mirabilia magna ad posteritatis memoriā ꝓfutura: ex quibus nō soluz nobis causa salutis oriretur: verū τ historia salutaris atqz ad doctrinā pietatis aptissima conderet. que virtutis iter agere volētib⁹ gestoruz precedētiū fide amplissimū tramitē pandat. Quāuis ad tātarū rerū narrationē minus idonei simus: nec dignū videatur ingētiū rer̄ exiguos ac paruos fieri auctores: precelsasqz ꝟtutes humili narrare sermone. tamē quoniā fratr̄ caritas eor̄ qui i mōte sacto olíueti cōmanēt hoc a nobis frequēter exposcit: vt egyptior̄ monachor̄ vitā. ꝟtutesqz animi. Et cultū pietatis atqz abstinētie robur quod i eis corā vidim⁹ explicemus: precib⁹ ipsor̄ qui hoc iperāt adiuuādū me credēs aggrediar. nō tā ex stilo laudē requirēs q̄ ex narratione rerum edificationē futurā legētibus sperās: dū gestorū vnusquisqz iflāmatus exēplis horrescere quidē seculi illecebras. sectari vero quietē: τ ad pietatis iuitatur exercitia. Uidi ergo τ ꝟe vidi thesaurū xp̄i i humanis abscōditū vasculis: quēqz thesaurum repertū nolui tanq̄ iuidus occultare: sed quasi ꝓ multis iuentū ꝓferre in mediū. τ facere cōmunē: certus ꝙ quāto plures ex eo fuerint ditati: tāto mihi amplius acquireretur. Ego eniz locupletior fiā cū aliorū salus ministerij mei fuerit quesita mercimonio. In principio ergo narrationis nostre adesse nobis ꝑcamur gratiaz dñi nr̄i Jesu xp̄i: cui⁹ virtute omnia hec pietatis exercitia apud egypti monachos habent.

Uidimus eni apud eos multos patres celesteз vitā i t̄ra positos agētes: τ nouos quosdā ꝓphetas taz virtutibus animi. q̄ vaticinādi officio suscitatos: qbus ad testimoniū merito℞ nec signorū quidē ac ꝓdigiorū deerat efficacia. Et merito. Cur eni q nihil terrenū nihil carnale cupiūt nō accipiūt celestē potestatez? Nōnullos nāqz eoruz ita ab omni malitia τ cogitatione τ suspitiōe vidim⁹ alienos: vt nec si aliquid mali adhuc gereret in seculo meminissent Tāta i eis erat trāquillitas animi tātusqz ioleuerat eis bonitatis affect⁹: vt merito de eis dictū sit. Pax multa diligētib⁹ nomē tuū dñe. Cōmanēt aūt per heremū dispersi τ separati cellulis: s; caritate cōnexi Ob hoc aūt dirimūtur habitaculis vt silētii sui quietem τ itentionez mentis diuina sectātes nec vox aliqua: nec occursus vllus: aut ſmo aliquis ociosus obturbet Intētis ergo i suo quisqz loco animis velut boni patres xp̄i expectāt aduētū. Aut tāq̄ miles paratus i castris iperatoris p̄sētiā. vl' vt fideles serui aduētantē dñz sustinēt: libertatē sibi pariter τ munera largitur̄. Omnes ergo hi nullā cibi aut idumēti aut vlli⁹ hor̄ sollicitudinē gerūt. Sciūt eni quia scriptū est. Hec omnia gētes cogitāt: ipsi vero iusticiaз τ regnū dei requi

runt. et hec omnia secundum promissionem saluatoris apponuntur eis. Deniqz eorum plurimi forte si in aliquo necessarijs ad vsus corporis eguerint. non ad humana perfugia sed ad deum versi: et ab ipso tanquam a patre poscentes que poposcerint ilico consequuntur. Tanta nanqz in eis fides est: que etiam montibus vt transferantur: valeat imperare. Unde et nonnulli eorum irruptiones fluuii in perniciem vicinarum regionum concitatas orationibus represserunt. Et pede incedentes aluei eius profunda digressi sunt. immanesqz eius bestias peremerunt. Et plurima atqz immensa signa que a prophetis et apostolis antiquitus gesta fuerant consumarunt vt dubitari non debeat ipsorum meritis adhuc stare mundum. Sed illud valde mirum est cum semper optima quoqz rara sint et difficilia: in illis tamen vtrumqz pariter conuenisse vt et numero immensi sint et virtutibus incomparabiles. Sunt enim et alij in suburbanis locis: alij per rura: plures autem et egregij per heremum dispersi: et velut quidam celestis exercitus in procinctu positus: atqz in tabernaculis degens ad obedientiam preceptorum regi semper intentus: armis orationum pugnans: et scuto fidei ab inimico insidiante protectus: regnum sibi celeste conquirunt. Sunt ergo ornati moribus: quieti: lenes: tranquilli: et caritatis vinculis velut quadam germanitate constricti. Ad emulationem vero virtutum: certamen ingens exercent et agones. Studet enim vnusquisqz clementior altero benignior: hic humilior. ille patientior inueniri. Si quis autem sapientior ceteris fuerit: hic ita communis erga omnes et mediocris existit: vt secundum mandatum domini omnium minimus et omnium seruus esse videatur. Quia ergo dei munere donatum mihi est: et videre eos: et interesse conuersationi eorum: et de singulis iam nunc que ad memoriam dominus reduxerit enarrare temptabo: vt hi qui non viderunt eos in corpore: opera eorum discentes vitamqz eorum perfectam lectionis indicio colligentes: ad emulationem sancti operis inuitentur. et perfecte patientie palmam requirant.

Explicit prologus. Incipit narratio de sancto Joanne egyptio heremita.

Primum igitur tanquam vere fundamentum nostri operis ad exemplum bonorum omnium sumamus egyptium Joannem: qui vere etiam solus satis superqz sufficiat religiosas et deo deuotas mentes ad virtutum culmen erigere. et ad perfectionis vestigia concitare. Hunc enim vidimus in Thebaidis partibus in heremo: que adiacet ciuitati Lyto: in rupe quadam montis ardui commanentem. Ascensus ad eum difficilis: aditus monasterij eius obstructus et clausus: ita vt a quadragesimo etatis sue anno vsqz ad nonagesimum: quem tunc gerebat: cum eum vidimus monasterium eius nullus intrauerit. Aduenientibus vero per fenestram se videndum prebebat: et inde eis vel verbum dei ad edificationem: vel siqua fuissent consolationis responsa reddebat. Mulierum tamen illuc nulla nec ad conspectum quidem eius accessit: sed et viri raro: et certis quibusqz temporibus. Cellam sane hospitalem extrinsecus fieri permisit: in qua aduentantes e longinquis regionibus paululum requiescerent: ipse vero intrinsecus solus soli deo vacans: non diebus non noctibus a colloquijs dei et oratione cessabat: diuinum illud et quod super omnem mentem est: tota mentis puritate consectans. Quanto enim se ab humanis curis et colloquijs sequestrabat: tanto illi vicinior et propinquior deus erat. In tanta deniqz mentis sue sinceritate profecerat: vt non solum eorum que erant scientiam consequeretur a domino: verum et eorum que futura erant prescientiam mereretur. Euidenter nanqz ei dominus prophetie gratiam contulit. ita vt non tantum ciuibus et prouincialibus suis si forte percunctaretur futura prediceret: sed et imperatori Theodosio. vel quos belli exitus habiturus esset vel quibus modis victoriam caperet de tyrannis: sed et quot irruptiones passurus esset gentium barbararum sepe predixerit. Quodam etiam tempore cum gens ethiopum romanum militem circa cirenen: que prima est ex ethiopie partibus Thebaidis ciuitas: incursaret: et strages plurimas nostrorum dedisset: predamqz

duxisset: venienti ad se romano duci: et me tuenti confligere cum eis eo quod exiguus ei erat militum numerus: et hostilis contra se innumera multitudo: Joannes statutum designans diem: perge inquit securus: die enim qua vici et hostem prosternes et spolia capies: predamque reuocabis. Quod cum fuisset impletum etiam apud augustum: quia captus acceptusque futurus esset predixit. Hec apud illum prophetie gratia habebatur: ut magis hoc illorum qui percunctabantur quam suis meritis ascriberet. Dicebat enim: non pro se hec: sed pro illis qui audiunt a domino pronunciari. Aliud quoque per eum mirum valde dominus ostendit. Tribunus quidam ad agendum militem pergens venit ad eum: et obsecrare eum cepit: ut permitteret etiam coniugem suam venire ad se. Multa namque eam dicebat pertulisse pericula ob hoc tantum ut faciem eius videret. Tunc ille negat sibi unquam moris fuisse videndi mulieres: et precipue ex quo in illius rupis se monasterio conclusisset. Tribunus persistit obsecrando et confirmando: quod nisi videret eum esset sine dubio in multa tristicia peritura. Cumque iterum ac sepius eadem precaretur. et causam mortis eam sue coniugis confirmaret futuram: atque inde interitum unde salutem sperauerat accepturam: tunc fidem et importunitatem eius aspiciens senior: vade inquit videbit me coniunx tua hac nocte: non tamen veniet huc: sed in domo sua atque in lecto suo manebit. Post hec verba abscedit vir: ambiguitatem responsi in pectore suo versans. Cumque hec etiam coniugi nunciasset: simili modo nihilominus etiam mulier sermonis incerto fatigabatur. Sed ubi somni tempus aduenit: adest homo dei per visum: et adsistens mulieri: fides inquit tua magna est o mulier: et ideo veni desiderio tuo satisfacere: te tamen moneo: non ut faciem corporalem seruorum desideres dei: sed ut gesta et actus per spiritum contempleris. Spiritus enim est qui viuificat: nam caro non prodest quicquam. Ego autem non quasi iustus aut propheta ut putas: sed pro fide vestra intercessi pro vobis apud deum: et concessit tibi omnium morborum quos in corpore tuo pateris sanitatem. Eris ergo ex hoc sana: et tu et vir tuus: et benedicetur domus vestra. Sed et vos memores estote beneficij a deo vobis collati: et timete dominum semper: nec amplius quam stipendijs vestris debetur aliquid requiratis. Sufficiat ergo tibi hoc quod vides me in somnis: et amplius non requiras. Euigilans autem mulier indicauit viro suo que viderat queque audierat: sed et habitum viri et vultum atque omnia signa eius exposuit. Super que admiratus vir eius: regressus ad hominem dei gratias refert: et accepta ab eo benedictione perrexit in pace. Alio quodam tempore prepositus quidam militum venit ad eum: cuius uxor grauida ab eo relicta est in domo sua. At illa ipsa die. qua ille ad beatum Joannem venerat: partum edens periclitabatur. Tunc sanctus homo dei: si scires inquit donum dei: et quia tibi hodie natus est filius: gratias ageres domino. Sed scito matrem pueri periclitatam: aderit tamen dominus: et inuenies eam sanam. Festina ergo et redi in domum tuam: et inuenies puerum septem dierum: et vocabis nomen eius Joannem: hic nutriatur in domo tua absque ulla contaminatione gentili septem annis: quibus peractis trade eum monachis erudiendum sanctis et celestibus disciplinis. Multis preterea ad se venientibus siue prouincialibus siue peregrinis: cum res poposcissent: occulta cordis eorum indicabat: et siquid forte peccati ab eis in occulto fuisset admissum secretius corripiens arguebat: et ad emendationem ac penitentiam prouocabat. Nili quoque fluminis siue abundantia aquarum siue penuria futura esset predicebat: sed etsi forte ex offensa hominum: plaga aliqua et correptio a domino immineret: similiter premonebat: et si quid cause esset pro qua introduceretur fames aut castigatio designabat. Sanitates quoque et curas corporum ita deposcentibus conferebat ut omnem ex hoc iactantiam fugeret Non enim permittebat ad se incommodantes deferri: sed benedicens oleum dabat: ex quo peruncti sani fierent: a quacunque infirmitate tenerentur.

Senatoris cuiusdā aliquādo vxor exce/
cata est: hec deprecabatur viruʒ suuʒ: vt
eam perduceret ad hominem dei. Cui cuʒ
respōderet vir suus: nō ei esse moris vidē
di mulierem: rogat vt indicaret ei tātum/
modo imbecillitatis sue causā. ⁊ depreca/
retur vt orationem faceret pro se. Cumq̄
legationem pertulisset vir eiꝰ ad euʒ: orās
⁊ benedicens oleum mittit ad illā. Ex quo
per triduum cōtingens oculos suos visuʒ
recepit: ⁊ deo gratias egit. Sed ⁊ multa
eius sunt gesta: que narrare satis lōgū est.
Unde omissis his īterim que auditu com/
perimus ad ea que oculis nostris cōspexi/
mus: veniamus. Septē fuimꝰ simul fra
tres comitātes: qui ad eū venimus. Cūq̄
salutassemꝰ eū. omniq̄ nos leticia suscepis
set: ⁊ vnunquēq̄ nostrum gratifice allo/
queretur: rogatus a nobis orationē simul
ac benedictioneʒ dare. Hoc eniʒ moris ē
apud egyptios mōachos: vt vbi aduene/
rint fratres: statiʒ per orationē sibi inuicē
federētur. Interrogabat siquis in nobis
esset clericus. Et vt omnes negauimꝰ re
spiciens ad singulos: ītellexit esse inē nos
quēdam qui huiꝰ erat ordinis: sʒ latere cu
piebat. Erat eniʒ diaconꝰ. ⁊ hoc pter vnū
solum: qui ei fidus erat: etiam ipsi itineris
comites ignorabāt. Uisurus eniʒ tales ac
tātos viros humilitatis gratia celare vo
luit gradus sui honoreʒ: vt inferior habe
retur in ordine his quibus se lōge inferi
oreʒ esse meritis indicabat. Sāctus ergo
Joannes vt eum vidit: equidem cum es
set adolescentior ceteris digito ostendens
eum: hic inquit diaconꝰ est. Et cuʒ adhuc
negaret: apprehendens euʒ manu sua ex
osculatus est: ⁊ dicit. Noli fili negare gra
tiam dei: ne incurras pro bono malū: pro
humilitate mendacium. Cauenduʒ nanq̄



est omni modo mendaciuʒ: siue pro malo:
siue etiam pro bono proferri videatur: qa
omne mendaciuʒ non est ex deo: sed sicut
saluator dicit a malo ē. At ille his auditis
quieuit: blandaʒ nanq̄ eius correptioneʒ
equanimiter tulit: ⁊ cuʒ orationem domi/
no obtulissemus: post finē vnus ex fratri/
bus nostris tertiano typo idest febre gra
uissime vexabatur: ⁊ rogabat hominem
dei: vt ab eo curaretur. Qui ait ad eum.
Rem tibi necessariam cupis abijcere.
vt eniʒ corpora nitro vel alijs huiusmodi
liniamētis abluuntur a sordibus: ita aīe a
languoribus alijsq̄ huiusmodi castigatio
nibꝰ purificāt. Et postq̄ de his nobis mul/
ta per doctrinaʒ mysticaʒ disseruit: bene/
dicens tamen oleuʒ dedit ei. Quo perun/
ctus eger omnem continuo abundanti
aʒ fellis euomuit: ⁊ sanissimus redditꝰ pe/
dibus suis ad diuersorium redijt. Post
hec iubet officia erga nos humanitatis
atq̄ hospitalitatis expleri: ⁊ corporis cu/
ram geri. Ipse vero sui negligens: nostri
sollicitus erat. Jaʒ eniʒ continuo vsu ⁊ iu
gi consuetudine. nec recipere cibum nisi ī
vesperuʒ poterat: ⁊ hunc exiguum. Erat
autem attenuati ⁊ aridi corporis: pre ab/
stinentia. capilli eiꝰ ⁊ barba quasi ex lan/
gore nimio rara ⁊ tenuis: vtpote queʒ nul
lus sufficiens cibus nutriret: nec letior ali/
quis humor infunderet. Obseruabat enī
tunc: cum iaʒ nonagenariaʒ vt supradixi/
mus ageret etatem: vt nullum: vt paucis
vtar verbis: per ignem paratum sumeret
cibū: Igitur post hec hospitalitatis officia
regressos ad se sedere nos iubet: ⁊ tūc de
mum quidem: vnde uel cur aduenerimus
inquirit: cuʒ iam nos letos ⁊ omni cū gau
dio tanq̄ notos proprios suscepisset. Cūq̄
respondissemus q̄ de hierosolymis ad eū
vtilitatis ⁊ profectus anime nostre causa
venissemus: vt ea que oliʒ ad audituʒ no/
strū fama ptulerat: ipsi nūc oculis nostris
cerneremus. quomodo quideʒ tenaciꝰ so/
lent inherere memorie: ea que oculus vi/
derit q̄ȝ que auris audierit. Tunc bea/
tus Joānes vultu placidissimo ⁊ quasi sub
ridens ex abūdantia leticie: hoc modo re
spondit ad nos. Miror inquit admoduʒ
dulcissimi pueri laborem vos tāti itineris
suscepisse: cum nihil ad hec dignuʒ ī nobis
videre possitis. Homines enim sumus hu
miles ⁊ exigui: nihil habētes ī nobis quod
vel expeti debeat vel mirari. Et tamen

etiaꝫ si esset aliquid in nobis ꝑm opinionē vestrā:nūquid tale quale legitis ī prophetis dī ꝛ apostolis? Qui vtiqꝫ ob hoc ī oib⁹ dei ecclesiis recitant̄:vt exempla vite hominibus nō de lōginqs ꝛ peregrinis locis querantur: ſꝫ domi vnuſquiſqꝫ ꝛ apud se habeat qđ debeat imitari. Unde plurimū miror ītentionem vestri laboris ac studij: ꝙ profectus anime vestre causa:tātas superare regiōes tātosqꝫ labores adire voluistis: cum nos eousqꝫ pigritia desidiaqꝫ cōstringat: vt nec cellulas nostras ꝑgredi audeamus. Uerūtamen quoniaꝫ putatis esse ī nobis aliquid ex q̄ proficere debeatis. Hoc primum vobis indicanduꝫ est. vt hoc ipsum quod venistis ad nos ꝛ tātū laborem videndi nos suscepistis. ne iactātiam alicui⁹ habeatis prospectum: vt non tam proficere ad animi virtuteꝫ q̄ꝫ proferre se ꝛ iactare vnuſquiſqꝫ vestrū velit: ꝓ eo ꝙ viderit eos:q apud alios ex auditu solo cogniti videant̄. Graue est iactantie vitiuꝫ ꝛ periculosuꝫ nimis. ꝛ qđ de ipo etiam perfectionis fastigio deijcit animas: ꝛ ideo hoc uos primo omnium cauere volo. Est autē species mali hui⁹ duplex quidem. Nonnullis enī accidit in ipsis statiꝫ initijs cōuersionis sue: cuꝫ parum aliquod vel abstinentie impenderit. vel pecunie ī pauperes erogauerit: ꝛ cum de eis ita sentire debeāt: quasi quod impediret abiecerint. ita agunt ꝛ ita sentiunt: q̄si eminentiores sint illis quib⁹ aliquid elargiti sunt. Alia vero est iactantie species: cum quis ad summam virtuteꝫ perueniens. non totum deo: ſꝫ suis laborib⁹ ac studiis deputat: ꝛ dum ab hominib⁹ gloriā querit: perdit eaꝫ q̄ a deo ē: propter quod filioli mei fugiamus omni genere iactantie vitium: ne forte incurramus euꝫ lapsum: queꝫ diabolus incurrit. Tunc preterea cordi nr̄o ꝛ cogitationibus precipua adhibenda est diligentia. Obseruandū nāqꝫ est: ne qua cupiditas. ne qua voluptas praua: ne qđ desiderium vanum: ꝛ quod nō est secūdū deum radices in corde nostro defigat. Ex huiuſmodi enim radicib⁹ continuo pullulant vage ꝛ inutiles cogitationes: ꝛ intantum moleste sunt: vt nec oratib⁹ nobis cessent: nec in conspectu dei consistentib⁹ nobis: ꝛ precibus pro salute nostra offerentibus erubescant: sed rapiunt a nobis captiuam mentē: ꝛ cū corpore stare videamur ī oratione: sensu ꝛ cogitatione euagamur ꝛ ducimur per diuersa. Si quis ergo ē: q se putat renūciasse mundo ꝛ operib⁹ diaboli: non sufficit ī eo renunciasse vt possessiones ꝛ predia ceteraqꝫ seculi negocia reliquerit: nisi etiā propriis vitiis renūciauerit: ꝛ inutiles ac vanas abiecerit voluptates. Hec enim sunt de quib⁹ apostolus dicit. Desideria vana ꝛ nociua: que mergūt hominem in interituꝫ. Hoc est ergo vere renunciasse diabolo ꝛ operibus ei⁹. Diabolus enim per alicuius vitij occasionē ꝛ praue voluptatis aditum irrepit ī cor nostrum quia vitia ex parte illius sunt: sicut virtutes ex deo sunt: si ergo sint vitia ī corde nostro: cum venerit princeps corū diabolus quasi ꝓprio auctori dāt locuꝫ: ꝛ introducunt eū velut ad possessionem suā. Et inde ē ꝙ nunq̄ꝫ huiuſmodi corda pacē habere possunt: nunq̄ꝫ quieteꝫ: sed semꝑ cōturbantur: semper terrentur: ꝛ nūc vana leticia: nūc inutili tristicia deprimunt̄. Habent enim ītra se habitatorē pessimū: cui introeundi ad se locū per passiones suas ꝛ vitia fecerūt. Econtra vo mēs que uere renunciauit mūdo: hoc est: que abscidit ꝛ amputauit a se omne vitium: ꝛ nullū introeunti ad se diabolo reliquit aditum: iracundiam cohibet: furoreꝫ reprimit: mēdacium fugit: execratur inuidiaꝫ: ꝛ nō solum non detrahere: sed ne malum quideꝫ sentire aut suspicari de proximo suo patit̄: que fratris gaudia sua dicit ꝛ tristitiaꝫ ei⁹ suaꝫ tristiciā deputat. Que hec ergo ꝛ horuꝫ similia obseruat mens spiritui sancto aperit ī se locum. Qui cum ingressus fuerit ꝛ illuminauerit eam: semper ibi iam gaudia: semper leticia. semper caritas: patiētia longanimitas: bonitas. ꝛ omnes q sunt fructus spiritus oriuntur. Et hoc erat qđ dicebat dominus ī euāgelio. Nō

potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Ex fructibus enim probatur arbor et cognoscitur. Sunt autem nonnulli qui uidentur seculo renunciasse et curam nō adhibent ad mundiciam cordis neqȝ vt vitia et passiones resecent ex anima sua: moresqȝ componāt: sȝ hoc tantuȝ student. vt videant aliquos sanctoruȝ patrum. et audiant ab eis aliqua verba. que narrantes aliis: glorientur se ab illo vel illo didicisse. Et sicubi forte vel audiendo vel legendo parum aliquid sciētie acquisierit: continuo doctores fieri volunt et docere. non ea que egerint: sed que audierit et viderint: despicientes ceteros. Affectāt ipsi sacerdotium. atqȝ immergere se conātur ad clericatum: nesciētes quia minoris cōdemnatiōis est: siquis ipse virtutibus polleat et alios tamen docere non audeat: q̄ȝ si ipse passionibus et vitiis prematur: et alios de virtutibus doceat. Sic ergo filioli mei: neqȝ fugiendū omnimodis dicimus clericatum vel sacerdotium: neqȝ rursus omnimodis expetendum: sed danda opera est: vt vitia quideȝ a nobis depellātur. et virtutes animi conquirantur: dei auteȝ iudicio relinquendum est: quem velit: etsi velit assumere sibi ad ministerium. vel ad sacerdotium. Non enim qui seipsuȝ īgesserit: sed quem dominus assumpserit: ille probatus est. Monachi autē illud opꝰ est precipuum vt orationem puram offerat deo: nihil habens in conscientia reprehensibile: sicut dominus dixit in euangelio. Cum steteritis ad orationem. remittite fratribus vestris si quod habetis cōtra eos: ex cordibus vestris. nisi enim remiseritis fratribus vestris: nec vobis remittet pater vester celestis. Si autem remiseritis fratribus vestris: et vobis remittet pater vester qui in celis est. Si ergo mundo: vt supradiximus: corde astiterimꝰ ante deum: et liberi ab omnibus his vitiis et passionibus que supradiximuꝰ: poterimꝰ inquantum possibile est: etiam deum videre: et orantes oculos cordis nostri ī ipm dirigere: et videre inuisibilem mente non corpore: intellectu scientie: nō carnis aspectu. Nemo enim se putet posse ipsam sicut est diuinam substantiam contueri: ita vt spēm sibi aliquam aut imaginē fingat in corde corpoream: alicuius imaginis similem. Nulla forma ī deo cogitetur: nulla circunscriptio: sed sensus et mens: q̄ sentiri quidē possit: et perstringere mētis affectum: non tamē comprehendi aut describi aut enarrari valet. Et ideo oportet cū omni reuerentia et metu accedere ad euȝ. et ita in eum librare mētis intuituм: vt oē quicquid potest splendoris: claritatis: fulgoris: maiestatis: mens humana conspicere super omnia eē euȝ sentiat semper: et h̄ sicut diximus si pura mēte fuerit: nec ullis praue voluptatis sordibus occupata: Et ideo in hoc maxime oportet operā dare eos: qui renūciare seculo: et deuȝ sequi videntur: sicut scriptum ē. Uacate et cognoscite quoniā ego sum deꝰ. Si ergo cognoueritis deum inquātuȝ homini cognoscere possibile est: tunc demum etiam reliquorum que sunt: scientiaȝ capiet: et misteria dei agnoscet: et quāto purior in eo fuerit mens tāto plura ei reuelat deꝰ: et ostēdit ei secreta sua. Amicus enim iam efficitur dei: sicut illi quibus in euāgelio dicebat saluator. Jam non dico vos seruos sȝ amicos: et omne quicquid petierit ab eo tanq̄ȝ ab amico caro: prestat ei deus. Ipse quoqȝ virtutes angelice et cūcta mysteria diuina: tanq̄ȝ amicum dei diligunt eum: et obsequūtur eius petitionibꝰ. Et hic est quem a caritate dei que est in Xp̄o Jh̄u: neqȝ mors separat: neqȝ vita: neqȝ āgeli. neqȝ principatus: neqȝ potestates: neqȝ alia creatura. Et ideo carissimi quādoquideȝ hoc elegistis: vt deo placeatis: et ad caritatem eius pueniatis: date operā alieni effici ab omni iactantia: ab omni vitio animi: ab oībꝰ delitiis corporalibꝰ. Delitias autem corporales nō solum illas putetis quibꝰ homines seculi fruunt̄: sed abstinenti delitie credende sunt quicq̄d pro cupiditate sumpserit: etiā si vile illud sit. et quod

in vsu esse abstinentibus solet. Aqua deniqз ipsa vel panis si cuз cupiditate sumatur. idest non vt necessitate corporis: sed vt animi desiderio satisfiat:hoc etiam abstinenti in delitiaruз vitiū ducitur. Oportet enim in omnibus consuescere:animaз vitio carere. Jdeo deniqз dn̄s docere volens animaз desiderijs ꝛ voluntatibus suis resistere:dicebat. Jntrate per angustaз portaз:quia lata est ꝛ spaciosa via que ducit ad morteз: angusta autem ꝛ arta via ē que ducit ad vitaз. Lata est ergo via anime:cū qualicunqз desiderio suo satisffecerit:angusta vero est cum voluptatibus suis repugnat. Multum tamen prodest ad hec obtinenda secretior habitatio:ꝛ cōuersatio solitaria:quia interdum per occasionem aduentātium fratruз:ꝛ euntiū ac redeuntiū frequentiam:abstinentie ꝛ parsimonie frena laxantur:ꝛ per huiusmodi occasiones venitur paulatiз in consuetudinē ꝛ vsum delitiarū:ꝛ sic interdum etiam perfecti iam viri capiuntur. Jdeo deniqз ꝛ Dauid dicebat. Ecce elongaui fugiens ꝛ mansi in solitudine:expectabam eū qui saluum me faceret a pusillo animo ꝛ tempestate. Postqз auteз multa nobis sanctus Joannes de iactantie vitio alijsqз qꝫplurimis vtiliter disseruit:ad vltimum dixit. Retexaз autem vobis:quid etiam nuper cuidam ex fratribus nostris acciderit:vt cautiores vos precedentia exēpla constituant. Erat quidam apud nos monach⁹ ī hac vicina heremo cōmanēs: cui habitaculuз spelunca erat:vir summe abstinentie:quottidianum victuз labore manuuз querēs:in orationibus die noctuqз persistens.cunctisqз animi virtutibus florens. Sed hic letis successibus elatus: cōfidere quasi ī profectibus suis cepit: ꝛ nō deo totum:sed sibimetipsi quod profecerat deputare. Hanc autem eius intuens animi presumptionem tentator: continuo accedit: ꝛ laqueos parat. Quadā nanqз die ad vesperam:fingit speciē decore mulieris oberrantis per heremuз: que velut fessa post nimium laborē accedēs ad ostium spelunce monachi se lassabundam simulans ac fatigatam intrinsecus semetipsam proiecit:atqз aduoluta genub⁹ viri vt misereatur exorat. Nox enim me infelicem inquit in heremo latitanteз comprehendit: iube me requiescere in angulo cellule tue: ne forte efficiar nocturnis bestijs preda. At ille primo miserationis obtētu:recepit eā ītra spelūcā:regrēs q̄ ei causa errādi ꝑ heremū fuerit. Jlla causaз fingit satis accurate:ꝛ iteriз venena blādimētoꝝ atqз illecebre virus ꝑ oēз textū narrationis interserit: nūc se miserandam: nūc etiā defēsiōe dignā ostēdēs: elegātia ꝛ suauitate sermonis inclinat animū hominis:ꝛ ī affectū sui illecebroso amore deflectit. Hic iā inť blādiora colloqa ioc⁹ risusqз miscentur:manus etiā ꝓcax ad mentuз barbāqз quasi venerādi specie ꝓtēdit. tuз ꝟo palpare ceruicē molli⁹: collūqз lenigare. Quid multa? Ad vltimū captiuū ducit militē xp̄i. Continuo eniз pturbari intra semetipsum : ꝛ libidinis fluctibus estuare cepit nequaqз laboꝝ p̄teritoꝝ:nequaqз ꝓfessiōis ac ꝓpositi sui memor. Paciscit̄ cū cordis sui ɔcupiscētia:ꝛ intra archana cogitationū suaꝝ fedus cū falsa cupiditate cōponit. Jncliat stult⁹ latera sua ꝛ efficit̄ sicut equ⁹ ꝛ mul⁹ qb⁹ n̄ ē ītellect⁹. Atqз vbi obscenos iā cōabat̄ inire ɔplex⁹ illa vlulatū teterrimū dire vocis emittēs vmbra vt erat tenuis:ꝑ man⁹ āplectentis elabit̄:ipm̄ q̄з dedecorosis motib⁹ inanes auras sectātēз:fedissima cū irrisiōe deseruit. Tūc p̄terea multitudo demonū ī aere ad hocipm̄ spectaculū ɔgregata:clamore īgēti:cū cachinno exprobratiōis eleuato o īqūt monache mōache q te vsqз ad celū extollebas:quō dimersus es vsqз ī ifernū? Disce ḡ:qꝛ q se exaltat: humiliabitur. Tūc ille velut amēs effect⁹: ꝛ deceptiōis sue pudorē n̄ ferēs:graui⁹ a semetipo ðcipit̄.qꝫ fuerat a demonib⁹ deceptus. Cum enī ðbuisset reparare semetipз:ꝛ renouare certamē: ac satisfactione sui lachrymis ꝛ humilitatis fructib⁹:prioris elatiōis culpam delere:hoc nō faciens sed desperans

semetipsum sicut apostolus dixit tradidit omni impudicitie et iniquitati: regressus est enim ad vitam secularem: preda demonum factus. Refugit namque conspectus omnium sanctorum: ne quis posset eum salutaribus monitis de precipitio reuocare. Si enim reddere semetipsum priori vite et abstinentie voluisset: recuperasset sine dubio et locum et gratiam. Denique audite quid et de alio viro gestum sit: similiter quidem temptato: sed non simili exitu temptationis effuso. Fuit quidam vir in hac proxima ciuitate vitam turpissimam per omne facinus ducens: ita vt opinatissimus in flagitiis haberetur. Hic aliquando dei miseratione compunctus ad penitentiam conuertitur: et intra sepulchrum se quoddam concludens priorum scelerum pollutiones lachrimarum fontibus diluebat: diebus ac noctibus in faciem prostratus: et nec alleuare quidem ausus oculos ad celum: neque vocem emittere: et nomen dei nominare: sed in solis gemitibus et fletibus perdurabat: et tanquam viuens sepultus de inferno iam quodammodo mugitum cordis gemitumque reddebat. Cumque in his posito eo septimana vna transisset: noctu ueniunt ad eum demones in sepulchro clamantes: et dicentes. Quid est hoc quod agis o impurissime et flagitiosissime: postea quam omni spurcitia omnique impuritate satiatus es nunc vis castus et religiosus procedere. et postea quam consenuisti in sceleribus: nec iam sufficiunt vires ad facinora delenda: nunc christianus videri vis: et pudicus et penitens: quasi vero alius tibi iam vllus possit dari locus satiato in malis: nisi ille qui tibi nobiscum debet. Unus ex nobis es: alius iam esse non poteris. Redi ergo magis: redi ad nos: et quod superest tibi tempus: in perfruenda voluptate non perdas: preparamus abundantes delitias. preparamus scorta nobilissima et cuncta alia que florem tibi possint reparare gratissime iuuentutis. Quid temetipsum vanis et inanibus officiis cruciatibus: quid temetipsum ante tempus supplicijs tradis: Quid enim aliud eris passurus in inferno: nisi hoc quod nunc tibiipsi concitas: Si te pena delectat expecta paululum et inuenies paratam: nunc interim fruere muneribus nostris: que dulcia semper et grata duxisti. Hec et huiusmodi plura exprobrantibus eis: ille iacebat immobilis: nec auditum quidem suum conuertens ad eos: nec vllum penitus sermonem respondens. Cumque illi sepius et eadem repeterent et alia duriora: nec ille omnino moueretur: in furorem prolapsi demones: vbi viderunt verba contemni: verberibus eum aggressi sunt: multisque supplicijs excruciatum semineceem reliquerunt. Nec tamen in tot tantisque cruciatibus moueri saltim potuit a loco: in quo orationis causa iacuerat. Postera die quidam suorum requirentes eum humanitatis duntaxat gratia: inueniunt penis incredibilibus effectum: et causam percunctantes cum didicissent: rogabant vt cure gratia reportari se ad domum propriam pateretur. Abnegat: et in eodem permanet loco. Tunc vero et sequenti nocte repetentes demones: grauioribus eum verberibus cruciabant. Sed nec sic quidem moueri voluit a loco: melius esse dicens mortem subire quam vltra demonibus obedire. Nihilominus tertia nocte multitudo conuenit demonum: et absque vlla miseratione irruentes in eum: omnibus penis cruciatibusque conficiunt. Cumque iam corpus defecisset in supplicijs: extremus tamen spiritus obsistebat imperio demonum. Quod vbi impij peruiderunt. exclamantes voce magna: vicisti inquiunt vicisti: et mox velut virtute quadam celitus fugati: precipites abscedunt: nec vltra ei quicquam sue artis aut sceleris intendunt. Ipse vero intantum virtutibus animi profecit: et ita ornatus moribus effectus est ac totius diuine gratie gloria repletus: vt omnis hec regio quasi e celo eum lapsum videret: et vnum esse ex numero crederet angelorum: omnes pene simul atque vno ore dicentes: hec est mutatio dextere excelsi. Quanti exemplo eius iam semetipsos despe/

rauerant: rursus p penitentiā ad spem salutis regressi sunt: et emēdationē sui quaz prius desperauerāt: psumpserūt: quāti ammiratione eius de ipso iam īferno peccatorum retracti sunt: et ad virtutis indolez reparati. Illo nāqz tanta immutatione conuerso: omnibus omnia visa sunt possibilia Non solum autem emendatio morum florebat in eo et assumptio virtutum: verum et gratia dei plurima ei collata est. Signa enim et prodigia que ab eo facta sunt quātum apud dominum haberet meritum testabantur. Sic humilitas et conuersio bonorum omnium materiam prebet: elatio vero et desperatio interitus et mortis est cā.

Ad effugiendum vero periculi lapsuz et conquirendam dei gratiam: atqz ipsius diuinitatis euidentiorem noticiam capiēdam: plurimum prodest secretior cōuersatio: et heremi interioris habitatio. Quod vos non tam verbis q̄ rebus ipsis et exēplis melius docere puto. Fuit quidaz monachus qui in heremo hac que pre ceteris interior est: habitabat. Hic cum plures annos in abstinentia perdurasset et puectus tempore prope iam ad senilem venisset etatem: omni virtutum flore adornatus: ac totius continentie magnitudine sublimatus. Qui cum in orationibus et hymnis sedule deo deseruiret: tanq̄ merito militi suo dominus remunerationes parat: vtpote qui in corpore adhuc positus instar angelorum incorporee vite officijs fungeretur: dignum iudicans annonam celestem prebere ei in deserto: qui celestē regem peruigilibus prestolabatur excubiis: vt digne frueretur celestibus alimoniis. Volens ergo deus etiam in hoc seculo remunerare eius fidele propositum: ad prouidentie sue sollicitudinez quottidiani victus eius reuocat curam. Ut enim cibi vsum poposcisset nature necessitas: ingrediens speluncam suam: inueniebat mense panem superpositum: mire suauitatis: miriqz candoris. Ex quo refectus: et gratias diuine prouidentie referens: rursus ad hymnos et orationes conuertebatur. Ad quem multe etiam reuelationes: multeqz de futuris rebus: a deo premonitiones fiebant. In his ergo talibus ac tantis profectibus positus: quia gloriari quasi de meritis suis cepit: et celestis beneficij munus: vite sue meritū duxit. Continuo subintrat eum parua quedam desidia animi: tam parua quam nec posset aduertere. Post hec creuit maior negligentia: ita vt tardior iam fieret ad hymnos: sed ad orationez pigrius surgeret. Psalmi quoqz ipsi nō ea qua prius vigilantia ab ipso canerentur. sed vbi parum quid exhibitum fuisset soliti ministerij: anima eius quasi nimio labore fatigata requiescere festinabat: quia sēsus eius reprobus effectus: de sublimioribus ad inferiora corruerat: et cogitatiōes sue per diuersa eum precipitia rapiebant. Erat enim iam in corde eius clandestina quedam et turpis ac nefanda cogitatio: cōsuetudo tamen prior velut si decursus aq̄ etiam cessante remigio adhuc priore impetu nauigium ferat: ita et vetus īstitutio ad consueta hominez officia trahebat: ob quā causaz et adhuc stare in suo statu videbat. Hic ergo cum post orationes cibum solitū requisisset ad vesperam: ingressus locū: ī q̄ refici consueuerat: inuenit solitum panem mense superpositum: ex quo refectus: nihil de eorum que in corde suo versabant emendatione curauit: neqz immutationis sue damna persensit: sed spernendo minima paulatim se casurum non intellexit. Interea cum graui iam libidinis incēdio stimularetur: et inflāmatus turpi concupiscentia raperetur rursus ad seculum: illa interim die cohibuit se: et solita hymnorūz et orationum ministeria ex more persoluit: atqz ingressus vt cibum sumeret panem quidem inuenit mense superpositum: sed aliquantulum sordidiorem. Ammiratus est et tristis effectus: intellexit q̄ ipsum respiceret hoc genus monstri: tamen cibo sumpto refectus est. Post in diem tertiuz replicatis vrgeri stimulis cepit. occupauerant enim cogitationes eius quasi iam psentis et secum posite: secumqz accumben-

tis imago mulieris: quam et complecti sibi videbatur: et ad turpes usus habere sub stratam. Processit tamen et sequenti die ad solita psallendi et orandi officia: sed stabat vagus oculis: et mente captiuus. Cumque solito ingressus ad vesperam requireret cibum: panem quidem inuenit super mensam: sed sordidissimum ac aridissimum: et quasi muribus vel canibus vndique corrosum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit: et lachrymas fudit: sed nõ ita ex corde nec ita vberes: quam possent flammam tanti ignis extinguere. Verũtamẽ sumit cibum: sed neque quale consueuerat neque quantum solebat. Cum interim cogitationes eum tanque cohors barbarica eum vndique circũuallant: et omni ex parte in eum tela iaculantur: ac vinctum captiuumque eum ad seculum trahunt. Exurgens ergo: cepit iter agere noctu per heremum: et tendere ad ciuitatem: sed vbi dies facta est: ciuitas quidem adhuc longe aberat. Ipse vero cum rapidissimo estu torqueretur et fatigaretur in heremo vndique versus: cõsiderare oculis cepit et regrere: sicubi esset in vicino monasterium. Et cum respexisset fratrũ quorundam cellulam: tendebat illuc: vt apud eos requiesceret. Quem vbi adesse sensere serui dei: continuo precurrunt in obuiam: et velut angelum dei excipientes adorant: pedes lauant: ad orationem inuitant: mensam ponunt: atque omnia secundum diuinum mandatum complent caritatis officia. Verum vbi refectus est: et paululum requieuit: ex more quasi ab eruditissimo patre ceperunt verbum edificationis expetere ac monita salutis ingrere. Interrogauere quoque eum quomodo quis diaboli laqueos possit effugere: aut siquando turpes iniecerit animo cogitatiões: quomodo depelli possint et abijci. Tum ille vt compulsus: est monita fratribus dare: et salutis eos viam docere: ac de insidijs demonum quas seruis dei intendunt: facere sermonem: illos quidem plane et sufficienter docuit: sibi vero ipsi stimulos cõpũctionis ĩfixit: et ĩ semet ipsum regressus ait. Quomodo ego alios moneo et ipse decipior? aut quomodo alios corrigo qui meipsum non emendo? Age ergo miser: facito ipse prior que facere alios doces. Cumque huiusmodi increpationibus vteretur aduersus semetipsum: et intellexisset se miserabiliter supplantatũ Uale dicens fratribus: continuo se cursu rapidissimo in heremum dedit: et ad speluncam de qua discesserat: redijt prosternens se domino in oratione dicens. Nisi dominus adiuuisset me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Et iterum: paulominus fui in omni malo: et paulo minus consumauerunt me in terra: In hoc vero completum est quod ait scriptura. Frater fratrem adiuuans exaltabitur: sicut ciuitas munita et fortis. Post hec ergo permansit omni vita sua in luctu et lachrymis: videns diuinitus sibi concessum celestis mense beneficium perdidisse: cepit enim in labore rursus et sudore vultus sui manducare panem suum. Conclusit autem se intra speluncam: atque in cilicio et cinere iacens: tãdiu lugens flensque permansit ĩ orationibus: donec assistens ei angelus domini diceret ad eum. Suscepit dominus penitentiam tuam et repropitiatus est tibi: sed caue ne vltra elatus decipiaris. Venient ad te autem fratres quos tuipse docuisti deferentes tibi benedictiones: quas suscipere ne recuses: et sumens cum eis cibum age gratias deo tuo. Hec autem locutus sum vobis filioli mei: vt sciretis quanta sit ĩ humilitate firmitas et ĩ elatiõe ruina quammaxima. Ideo denique et saluator noster primã beatitudinẽ de humilitate docuit: dicẽs. Beati pauperes spũ qm̃ ipsorum ẽ regnũ celorum: simul huiusmodi exẽplo discentes: vt cautiores sitis ne a demonibus ĩ cogitationũ subtilitate seducamini: propterea enim et forma huiusmodi inter mõachos obseruatur: vt siquis ad eos veniat siue vir ille seu mulier sit: siue senex siue iuuenis: siue ignotus siue notus: ante omnia et oratio fiat: et nomẽ dñi inuocetur: quia si fuerit aliqua trãsformatio demonis: continuo oratione factã diffugiet. Si vero ĩ cogitatiõe vestra suggesserĩt ipsi demões aliquid vnde laudari debeatis et extolli: nõ acquiescatis eis: sed tũc magis vosmetipsos humiliate ĩ

dspectu domini: & pro nihilo ducite: cum vobis illi aliquid de sectanda laude suggesse rint. Denique etiam me frequenter demones noctibus seduxerunt: & neque orare me neque requiescere permiserunt: fantasias quasdam per noctem totam sensibus meis & cogitationibus suggerentes. Mane vero velut quadam illusione: prosternebant se ante me dicentes. Indulge nobis abba quia laborem tibi incussimus tota nocte. Ego autem respondi ad eos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: et non tentetis seruum domini. Et vos ergo filioli quietem silentiumque diligite: & scientie operam date: atque exercete vosmetipsos vt frequenti collatione mentem vestram puram exhibeatis deo: ne orationes vestre impediantur apud deum. Quis etenim illi bonum opus agat: & sit in illis probabilis conscientia: qui iter seculares positi: exercentur in operibus bonis: & occupant semetipsos actibus religiosis & sanctis: vel hospitalitatem sectando: vel caritatis ministerijs obsequendo; vel misericordias ac visitationes aliaque huiusmodi opera explendo: in quibus alijs quidem boni semper aliquid conferant: semetipsos tamen castos seruent. Sunt ergo et isti probabiles & valde probabiles: qui in bonis actibus placent deo: & sunt operarij inconfusibiles mandatorum dei: sed tamen hec omnia terrenos habent actus: & erga materias corruptibiles geruntur. Qui vero in exercitio mentis desudat: & spiritales intra semetipsum excolit sensus: longe illis superior iudicandus est. Locum namque intra semetipsum preparat vbi spiritus sanctus habitet: & obliuionem quodammodo capiens terrenorum: sollicitudinem gerit: de celestibus & eternis. Constituit enim semetipsum semper ante conspectum dei: & omnes presentium rerum sollicitudines post tergum iaciens: solo diuini desiderij colore constringitur: & ideo in laudibus dei positus: & hymnis & psalmis die ac nocte non poterit satiari. Hec & multa alia his similia beatus Joannes per triduum continuo loquens ad nos animas nostras refecit & inuocauit. Ut autem cepimus velle ab eo proficisci: datis nobis benedictionibus: pergite inquit in pace o filioli: hoc tamen scire vos volo: quod hodierna die victorie religiosi principis Theodosij alexandrie nunciate sunt de Eugenio tyranno. Necesse est autem & ipsum Theodosium non multo post: propria morte vitam finire. Cumque profecti ab eo fuissemus: hec ita gesta esse ad fidem comperimus: vt ipse predixerat. Post dies autem paucos insecuti sunt nos quidam fratres: annunciantes nobis quod ipse sanctus Joannes in pace quieuerit. Obitus autem ipsius talis quidem fuerat. Per triduum inquiunt nullum ad se introire permisit: & positis genubus in oratione reddidit spiritum: atque ita perrexit ad dominum: cui est honor: gloria: laus & imperium: in secula seculorum amen.

Explicit vita beati Joannis egyptij.

Uita & gesta sancti Hor abbatis: cui diuinitus collata est litterarum scientia.

Vidimus & alium apud Thebaidem venerabilem virum. Hor nomine: hic multorum erat monasteriorum pater: qui habitu ipso honoris videbatur angelici: nonaginta iam agens etatis annos: barba prolixa & claritatis canicie splendida: vultu & aspectu ita letus: vt plus aliquid habere quam in hominis natura est visio ipsa videretur. Hic prius in vltima heremo plurimis abstinentie laboribus exercitatus: postremo in vicino vrbis loco monasterium instituebat. In adiacentibus autem habitationis sue locis: diuersi generis arborum siluas ipse per se plantaria ponendo conseuit in quibus vt nobis a plurimis sanctis patribus affirmatum est: ante illius aduentum nullum omnino virgultum fuit. Ob hoc autem plantauit hanc siluam: vt fratres quos inibi congregare cupiebat non haberent necessitatem ligni gratia longius euagandi: habens curam & in his que ministerio corporis necessaria sunt: sed precipue salutis eorum ac fidei. Ipse tamen cum esset

in heremo:herbis pascebatur ꝛ radicibus quibusdam: ꝛ hec ei dulcia videbantur: Aquam vero si quando inuenisset bibebat: orationibꝰ ꝛ hymnis occupans omne diei tempus ac noctis. Ut autem ad maturam peruenit etatem: apparuit ei angelus dei in heremo per visum dicens. Eris in gentem magnam: ꝛ multus tibi populus credetur: ꝛ erunt q per te saluandi sunt multa milia hominum. Quantoscūq autem in hac vita positus conuerteris ad salutem: super tantos principatum accipies in futuro: ꝛ nihil verearis: nunꝙ enim aliquid tibi deerit eorum que ad vsum corporum requiruntur: quotiens hec poposceris a deo. Hec cum audisset: ad viciniora loca accedit: ꝛ primo solus sub paruo tugurio quod sibi ipse construxerat habitare cepit: oleribus compositis vescens: solis: interdum etiam post continuata ieiunia. Litteras primo ignorauit. Cum autē de heremo ad hec que supradiximus viciniora habitaculis loca accessisset: data est ei diuinitus gratia: ꝛ cum a fratribꝰ oblatus ei fuisset codex: quasi olim iam sciens litteras legere cepit. Collata est ei ꝛ aduersus demones etiam virtus: ita vt multi ex his quos vrgebant demones etiam inuiti ad eum raperentur: protestantes summo cum clamore de meritis eius. Sed et alias ꝙplurimas sanitates: operabatur. Congregabantur interim ad eum plurime multitudines monachorū: inter quos cum etiā nos aduenissemꝰ: visis nobis letissimus redditur. Cumq salutans nos orasset more sibi solito pedes hospitū ꝑprijs manibꝰ lauit: ꝛ docere nos ex scripturis: que ad edificationē vite ac fidei pertinent: cepit. Erat eniꝫ ei docendi gratia a dō collata. Cū itaq plurima nobis scripturaꝝ capitula sapiēter disseruisset: rursus ad orationeꝫ cōuertebatur. Cōsuetudo aūt erat ei nō priꝰ corporalē cibū sumere: ꝙ spiritalē xp̄i communiōeꝫ acciperet. Qua percepta: post gratiarū actionem adhortari nos etiaꝫ ad reficiendū cepit: ipse tamen sedens nobiscū nūꝙ cessabat aliqd de studijs spiritalibꝰ cōmonere Narrabat ergo nobis tale aliqd. Scio inquit homineꝫ quēdaꝫ in heremo ꝑ tres continuos annos nullū sumpsisse terrenū cibuꝫ. angelus enim domini tertia quaq die escā deferebat ei celestē. Et hec ei cibus erat ꝛ potus. Et iterū scio huiusmodi homineꝫ ad queꝫ venerūt demōes in specie celestis militie. ꝛ habitu angelorū. currus igneos agētes. plurimo apparatu. tāꝙ magnum aliquem regem deducentes: isq qui ceteris vt rex haberi videbatur: dicebat ad eum. Implesti omnia o homo: superest tibi vt adores me: ꝛ trāsferā te sicut Heliam. Sed monachus hec audiēs: dicebat in corde suo. Quid ē hoc? Quotidie ego saluatorē q ē rex meus adoro. hic si eēt ille. quomodo a me hoc posceret: qd̄ idēsinēter me facere sciret? Et post hec respondit ad ipsū. Ego habeo meū regē quē quottidie sine intermissiōe adoro: tu autē non es rex meus. Et cōtinuo inimicus ad hec ꝟba nunꝙ comparuit. Ueruꝫ hec ille quasi de alio nobis narrans sua gesta sub alterius persona memorabat. Patres tn̄ qui aderant: ipsi nobis affirmabāt: ꝙ ipse esset q hec vidisset ꝛ audisset. Erat enim hic magnificus pater: qui inter cetera bona etiam hoc prestabat aduenietibus fratribus: ꝛ cum ipso habitare volentibus: ꝙ faciebat conuocari fratres qui secuꝫ erat ꝛ ī vna die adueniēti fratri cellulaꝫ edificabāt: Et erat in hoc opere magna alacritas fratrum. Unoquoq eoruꝫ festinante. lateres conuehere: aut lutū porrigere. aut aquam infundere: aut ligna deferre. Ubi vero perfecta fuisset ip̄e cā omnibus vtēsilibus: vel necessarijs instructam tradebat fratri. hic aliquando cuꝫ falsus quidā frater ad se vēisset: ꝛ vt videretur nudus vestimenta sua occultasset: arguit euꝫ coram omnibus: ꝛ in medium que occultauerat protulit. ꝛ ita pertimuere omnes vt de reliquo nemo auderet coraꝫ ipso fallere. Tanta in eo erat virtus animi. ꝛ tanta diuine gratie magnitudo: quaꝫ abstinentie labore ꝛ fidei puritate quesierat. Mu

titudines autem fratrum cum ipso posite· tanta gratia erant replete vt cū ad ecclesiam conuenirent: chori eorū vestibus ac mentibus resplendentes: ad imitationem virtutum celestium: in hymnis et laudibus dei peruigiles viderent. De sancto Ammone abbate triuz milium monachorum.

Uidimus autez in Thebaida etiā aliū virū noie Ammonez patrez triū miliū circiter mōachoꝝ q thebenēsij appellabātur ingētis abstinētie viri: qbus vsus ē indui colobijs quasi saccis lineis: et pelle cōfecta a collo post terguz et latus descendente cōtegi. cucullis etiam caput operiri: maxime cuz ad cibum conuentum fuerit. eis etiaz velare faciem: ne alius alium parcius cibum sumentez deprehendat. Est autem eis et in capiendo cibo summum silentiū: ita vt nec putetur in eo loco esse aliquis hominū vbi sedent ad mensas: et omnis eoruz conuersatio ita est i multitudie posita quasi sit in solitudine: duz ita latet vniuscuiusqꝫ abstinentia: vt ab alio deprehendi non possit. Sedent ergo ad mensam contingētes magisqꝫ sumentes cibos: vt nec defuisse mensis: nec tamē ventri satisfecisse videātur. Maior qppe est cōtinētie ꝟtus: his abstinere q̄ i oculis habent: et nō i manib᷒. De sancto Benone angelici ordinis viro et abbate.

Uidimus et aliuz senē mansuetudine omnes homines precellentē: abbatē Benonez noie: de quo asserebant fratres qui cum ipso erant: qꝫ neqꝫ iuramentum vnqꝫ neqꝫ mēdaciuz de ore eius processerit: neqꝫ vllus hominum iratum viderit eum aliquādo: aut sermonez superfluum ociosumqꝫ proferētez: ſꝫ erat vita eius in summo silentio: moresqꝫ tranquilli: et per oīa quasi angelici ordinis vir. humilitas quoqꝫ immensa: et i omnibus ꝓ nihilo semetipsum ducens. Deniqꝫ nobis multum rogantibus vt aliquem sermonē ab eo edificationis audiremus: vix impetrare potuimus: vt pauca nobis de mansuetudine loqueretur. Hic aliquando cuz bestia quedā que hyppotamus appella. sibi regionē ꝓximā vicinamqꝫ vastaret rogatus ab agricolis venit ad locū. et cū ad immanez beluaz peruenisset: ait ad eā ꝑcipio tibi in nomie Jesu xpi: ne vltra vastes hāc terrā. Tūc illa quasi āgelo ꝑseqnte effugata nusqꝫ oīno cōparuit. Simili modo etiam cocodrillum: ab eo alio tpe fugatum ꝓhibebant. De Oxirinco ciuitate vbi nullus manet hereticus.

mur? Et hec atq alia huiusmodi dicentes iuuenum feruentes animos represserunt Locus autem in quo habitabat ipse sanctus Macharius Scithium appellatur Est autem in heremo vastissima positus diei et noctis iter habens de nytrie monasteriis: et illuc nulla semita neque terrenis aliquibus colligitur vel monstratur inditiis: sed et stellarum signis et cursibus pergitur. Aqua raro inuenitur et sicubi inuenta fuerit. odoris quidem dirissimi ē et quasi bituminea: sed saporis innoxij. Sunt ergo ibi viri valde perfecti: nec enim patitur tam terribilis locus nisi perfecti propositi habitatores: summeq constantie. caritatis tamen inter se et erga omnes. si q forte ad eos accesserit: sūmū studiū gerūt. ferē deniq cū sācto machario vuā qs aliquādo detulisset. ille qui secūdū caritatē nō que sua sunt. sed que alterius cogitaret: ad aliū fratrē detulit eā qui quasi ifirmior videbatur. Tūc ille gratias egit deo pro fratris offitio: sed et ipse nihilominus plus de proximo q̄ de semetipso cogitans ad aliū pertulit: et ille itē ad aliū. Et sic cuz per omnes cellulas que lōge a semetipsis per heremū disperse erant vua circūlata esset: ignorantibus eis quis eā primo misisset: ad vltimuz ipsi defertur qui eā miserat Gratulatus est autē sanctus Macharius q tantā videret in fratribus continentiā: tantamq caritatem: ad acriora semetiprum spiritalis vite extendit exercitia. Ad fidem namq confirmandam nobis affirmatum de eo est. ab his qui ex ore eius audierant: q quodam tempore noctis. demon ad ostium cellule eius pulsauit dicēs Surge abbas Machari et eamus ad collectam: vbi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille qui gratia dei repletus falli non poterat: intellexit diaboli esse fallatiam: et ait. O mendax et veritatis inimice Quid eniz tibi consortij: quid societatis est cum collecta et congregatione sanctorum. At ille. Latet ergo te inquit o Machari q sine nobis nulla collecta agitur: nulla q congregatio monachorum: Ueni deniq: et videbis opera nostra. Tum ille. Imperet inquit tibi dominus: demon immunde: Et conuersus ad orationem: petijt a domino: vt sibi ostenderet si hoc verum esset: quod gloriatus est demon. Abijt ergo ad collectam vbi a fratribus vigilie celebrabantur: et iterum in oratione dominum deprecatur: vt sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce vidit per totam ecclesiam quasi paruulos quosdam pueros ethiopes tetros discurrere huc atque illuc: et velut volitando deferri: Moris autem est inibi sedentibus cunctis: ab vno dici psalmum: ceteris vel audientibus vel respondentibus. Discurrentes ergo illi ethiopes pueri: singulis quibusque sedentibus alludebant: et sic vbi duobus digitulis oculos compressissent: statim dormitabat. Si cui vero in os immersissent digitum: oscitare eum faciebant. Ubi vero post psalmum ad orandum processissent fratres: precurrebant nihilominus singulos et ante alium iacentem in oratione quasi mulier spē ferebāt aū aliū q̄si edificantes: aut portantes aliqd aut diuersa queq agētes apparebāt. Et quecūq demones quasi ludendo formassent hec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. A non nullis tamen vbi aliquid horum agere cepissent. quasi vi quadā repulsi precipites deijciebantur: ita ut nec stare qdē prorsus aut transire iuxta eos auderent: aliis vero etiam ifirmis fratribus supra ceruices et dorsa ludebant: quia non erant in sua oratione intenti: Hec cum vidisset sanctus Macharius ingemuit grauiter: et lachrimas profundens ad dominum respice: ait domine. et ne sileas neq mitigeris deus Exurge vt dispergantur inimici tui. et fugiant a facie tua: quoniam anima nostra repletur illusionibus: Post orationem tamen examinande veritatis gratia seorsū euocatis singulis quibusq fratribus ōte quoꝝ faciē viderat demones diuerso habitu. et varijs ymaginibus ludentes: re

quirit ab eis si i oratione vel edificandi cogitationes habuerint. vel iter agendi vel alia diuersa que vnicuiqz imaginata per demones viderat: et singuli eorum ita confitebant in corde suo fuisse vt ille arguebat et tunc intellectum e. quod oes vane et superflue cogitationes quas vel psalmorum vel orationum tempore vnusquisqz conceperit: ex illusione demonum fiant: ab his aut qui omni custodia seruant cor suum: tetri repelluntur ethiopes. Deo enim coniuncta mens: et in ipsum pcipue tempore orationis intenta: nihil alienum. nihil superfluum recipit. Aliud quoqz multo terribilius addebat. qd vidisset eo tempore quo fratres accedebant ad sacramenta. Ubi porrexissent ad suscipiendum palmas. in nonnullorum manibus preuenientes ethiopes carbones deponere. corpus autez qd tradi manibus sacerdotis redire videbat ad altare: aliis vero quos meliorum merita iuuabant. extendentib' manus ad altare. longe recedere demones: et cum ingenti metu effugere: angelum enim domini assistere videbat altari. q cu sacerdotis manu. suam quoqz manu in sacramentorum distributione exponeret. Et ex hoc iam pmansit ei a deo gratia ista: vt in vigiliis fratrum psalmorum et orationis tempore: si quis aliud aliquid fm illusionez demonu i corde cogitasset: agnosceret: et accedentiu ad altare. vt idignitates vel merita eu no laterent. Quodam autez tepore ambo Macharii homines dei cum fratris cuiusdam videndi gratia iter agerent ascenderunt nauigium: quo fluuius transiri solet In quo nauigio erant simul qdam tribuni diuites homines prepotentes: equos plurimos ac pueros et multa secuz ministeria habentes. Horum vnus cu videret i vltima nauigii parte vilibus indumentis atqz ad omnia expeditos iacere monachos ait ad eos. Beati estis vos q huic seculo illuditis: nec quicq ex eo iquiritis: nisi indumetum vilissimum et parcissimum victum Tunc vnus de Machariis rndit ad eu. Uere quide vt dicis q deu sequitur: illudut mudo. sed miseremur vestri. quod vobis econtrario mundus illudit. Tuc ille cpunctus super hunc sermone. statim vt peruenit ad domum sua: derelictis omnibus vel distractis que habebat. et pauperibus datis: ipse deum sequi cepit. et ad monachorum exercitia properauit. Sed et multa vt diximus alia de operibus sacti Macharii Alexadrini mirabilia ferutur: ex quibus n nulla i. xi. libro ecclesiastice historie inserta. qui requirat: inueniet. De sancto Ammone primo nytrie monacho.

Initium sane habitationis monasteriorum que sunt in nytria sumptum tradebant ab Ammone quodam: cuius aiam cum exisset de corpore vidit ferri ad celu sanctus Antonius sicut refert scriptura illa: que vita describit beati Antonii. Hic igitur amon locupletibus et generosis parentibus natus est: a quibus inuitus ad nuptias cogebat. Et cum vim parentum no posset effugere: accepta virgine cuz intra nuptiales thalamos cuenisset: et data eis essent cubiculi secreta siletia: alloq puella de pudicitia et cseruada virginitate cepit hortari i dicens. Quia corruptio sine dubio inuenit corruptionem. incorruptio vero incorruptione sperat. Multo melius e si vterqz nostrum in virginitate perduret: q vt alter corrupatur ex altero: Acquiescit virgo. silentio tegitur incorruptionis thesaurus. Cumqz plurimo tepore soli' dei cotenti testimoio. deo magis essent q carni et saguini coiucti: post obitum parentu: ille q dem ad huc vicini deserti secedit locu: virgo vero intra domu residens i breui et ipa multitudine virginu. et ille multitudinem monachoru cogregat. Cumqz secretius resideret in heremo. adolesces quida q morsu canis rabidi in rabie versus e: mltis vinctus cathenis ad euz deducitur: prosequentibus eu paretibus suis. et rogatibus pro eo. At ille. Quid inquit mihi molesti estis o hoies? Supra merita mea e qd expetitis s; tame hoc vobis indicare possu: quod i mai

bus vestris ē eius sanitas. Reddite vidue bouē suū quē furati estis: ⁊ sanus reddetur vobis filius vester. Ac illi extimuerūt q̄dem valde. ꝙ ea q̄ in secreto gesta sūt non latuerunt hominē dei: gauisi sūt tamen ꝙ hanc eis viā salutis ostēdit. ⁊ sine mora vt reddiderūt direpta orāte homine dei etiā iuueni sanitas rediit. Alio quoque tēpore cū venissent ad eū quidā probare volens animos ipsoꝝ. dicit doliū sibi eē necessariū: vbi aquā pro aduenientibus congregaret. Et cū polliciti fuissent platuros se: vnus ex ipsis graue sibi duxit: dicēs pigritare posse camelū suū: si ei tam graue onus imponeret. Et ait ad alterū. Tu si vis aut potes defer: ego camelo meo parcam ne moriatur. Tūc alter ait. Mihi iquit: vt ipse nosti: camelus nō ē: sꝫ asinus. Nūquid qđ camelus portare nō pōt: valet asinus portare? At ille. facito iquit qđ vis: tu videris. Ego eni nō interimā camelū meū. Tūc ille. ego iquit ipono asino meo pondus: qđ tu camelo tuo onerosū dicis: ⁊ merita hominis dei faciēt: qđ ipossibile ē esse possibile. Et ita ipositū doliū asino suo puexit vsqꝫ ad monasteriū hoīs dei: ita vt nec sentiret asinus se aliquid oneris portare. Quē vt vidit āmon: benefecisti iquit in asino deferēs doliū. college eni tui camelus mortu⁹ ē. Et regressus īuenit ita gestū vt predixerat famulus dei. Sed ⁊ multa alia p eū signa dominus ondit. Nā ⁊ fluuium nylū cū trāsire vellet. ⁊ exuere se erubesceret. Uirtute dei subito i alterā ripā trāslatus dicitur. Beatus autem Antonius in summa ammiratione vite eius iustitiam: atque animi eius virtutes habuisse memoratur

De sancto Pyamone.

Nn autem mihi videtur dignū etiā eius heremi habitatores q̄ parthenio mari adiacet: ⁊ vicina ē oppido qđ diolcho dicitur silētio ptērire. In quo vidimus quēdā p̄sbyterū ad mirabilē noīe Pyamonē. totius humilitatis ⁊ benignitatis virū: hn̄tē etiā reuelationū gratiā. Deniqꝫ cū quodā tp̄e dn̄o sacrificia offerret. vidit angelū dei stantē iuxta altare: ⁊ vniuscuiusqꝫ monachoꝝ accedētium ad altare: scribentem nomina i libro quē tenebat in manibus: quorūdā tamē nomina nō scribētē. Cumque diligenter obseruasset senior. qui essent quorum nomina non scripsisset: posteaq̄ꝫ sunt cōpleta mysteria. vnūquēqꝫ eoꝝ seorsū vocans pscrutatur. quid eis i occulto peccati fuisset admissū. ⁊ īuenit ex cōfessione eoꝝ vnumquenqꝫ mortalis peccati obnoxiū. Tunc hortatus est eos agere penitētiā. ⁊ semetipsū cū eis an̄ dominū prosternens die ac nocte tanq̄ꝫ ipse i eoꝝ peccatis esset obnoxius flebat: ⁊ tā diu permāsit cū eis in luctu ⁊ lachrimis ⁊ penitētia. donec iteꝝ videret eūdē āgelū stātē ⁊ scribētē accedētiū nomina. Et postea q̄ꝫ omniū scripsit: tunc etiā illos ex nominibus euocantē: atque ad recōciliationē altaris īuitātē. Et vbi hec senior vidit: itellexit eoꝝ susceptā esse penitentiā. ⁊ sic eos altari tota cū gratulatione restituit. Hunc etiā quodā tēpore ferebāt a demonibus ita verberatū: vt stare aut moueri omnino d loco nō posset Et cū dies adesset dominica. ⁊ res posceret offerri sacrificiū: iussit se fratrū manib⁹ ad altare portari. Ubi cū i oratione iacuisset. astantē cōtinuo vidit āgelū domini q astare solebat altari: ⁊ porrigētē sibi manū atque eleuantem se de terra. ⁊ statim dolor omnis ita ab eo discessit. vt solito sanior redderet.

De alio sancto Joanne.

Rat in ipsis locis vir scūs ac totius gratie dono repletus Joānes noīe: i quo tāta erat ꝯsolationis gratia. vt quacunque mestitia. quocunque tedio oppressa fuisset anima. paucis eius sermonibus alacritate ⁊ leticia repleretur. Sed ⁊ sanitatum gracia plurima ei a deo donata est. In aliis quoqꝫ q̄ꝫplurimis locis egypti. sparsim vidimus sanctos dei virtutes multas ⁊ mirabilia facientes ⁊ gratia dei plenos: sed paucos ex multis memorauimus de omnibus enim explicare supra vires nostras est. Nam de

bis qui in superiore thebaida. id est circa ipsam syenem. habitare dicuntur. auditu solo cōperimus: ꝙ his pene oībus quos vidimus. celsiores illi ⁊ magnificentiores habebātur. Accedere vero ad ipsos ꝑ itineris periculo nequiuim⁹: qꝛ ꝙ̄uis oīa illarū partiū loca latronib⁹ īcursent. illa tñ q̄ vltra ciuitatē lyco sūt. etiā barbaros paciunt. Et ideo nullus nobis ad eos accessus fuit: qꝛ reuera nec eos quos supius memorauimus: absque periculo vidimus.

De periculis itineris ad heremos.

Epties nāqꝫ in hoc itinere periclitati sum⁹. in octauo autē sicut scriptū ē. nō obtinuit nos malū deo nos ī omnibus protegēte. Denique semel per quīque dies ac noctes īcedentes per heremum: siti ac lassitudine periclitati sumus. Alio quoque tēpore īcurrimus loca ī quib⁹ est cōuallis quedā humorē ex semetipsa gignens salsuꝫ: quē cōtinuo calor solis velut hyemalē pruinā in glaciē. ita in saleꝫ stringit. ⁊ tanꝙ̄ sudes acutas ex ipso sale efficit: atque ita omnia illa exasperantur loca vt nō solū nudos pedes. vt habebamus nos: sed ⁊ calciamētis munitos. terebret ac secet. In his ergo inuēti: magno cū periculo vix euasimus. Tertio cū nihilominus per heremuꝫ ꝑgeremus. īcurrim⁹ valleꝫ quandā humorē ex semetipsa similiter gignēteꝫ: sed intra semetipsam euꝫ seruanteꝫ: cuius soluꝫ laxū ⁊ fetiduꝫ sceno repletuꝫ transire cupiētes: vsque ad latera desedim⁹. Cūque pene ibidē in eadē mergeremur. exclamātes ad dominū: vocem psalmi ꝓtulim⁹: dicētes. Saluū me fac deus qm̄ ītrauerūt aque: vsque ad animam meaꝫ. Infixus sum in limo profūdi: ⁊ nō ē substātia. Quartū pertulim⁹ ī aquis quibusdā. q̄ ex inundatione fluminis nyli remāserāt: ī qb⁹ triduo continuo afflicti. vix euadere potuim⁹. Quītū periculū fuit nobis a latronib⁹ cū secus mare iter pageremus. q per decē milia passuū insequentes nos. quos perimere ferro nō potuerāt. pene exanimes reddiderūt per fugā. Sextū discrimē nobis ī ipso flumine nylo fuit: ī q̄ nauigātes pene submersi sum⁹. Septimū ī stagno qđ marethse vocabulo appellaṫ. vēto seuiēte ī isulā quādā eiecti sum⁹: hyeme grauissima sup nos ⁊ tēpestate fluēte Erat enī tēpus q̄ ephiphaniorūꝫ dies celebrabant. Octauū aūt fuit: ꝙ cū ad nytrie monasteria venirem⁹: locū quēdā īcidim⁹ ī quo refluēs nyli aqua resīdēs velut stagnū quoddā effecerat: ī quo multe bestie. pcipue cocodrilli plurimi erāt. Qui cuꝫ ad tēperiē solis exissent. resoluti circa ora stagni iacebāt: ita vt ignorātibus nobis mortui viderētur. Et cū accederem⁹ ad videndaꝫ mirandāque magnitudineꝫ bestiaruꝫ: quas exanimes putabamus. ꝯtinuo vt sonuꝫ peduꝫ senserunt excitate. irruere ⁊ īsectari nos vehemēter ceperūt. Nos auteꝫ magno cū clamore ⁊ metu nomen xp̄i inuocauim⁹ cui⁹ misericordia affuit ⁊ bestie que cōtra nos īsurrexerūt. quasi ab āgelo repellente: in stagnū protinus proiecte sūt Nos aūt cursu ꝯcito ad monasteria festiauim⁹ grās agētes deo nostro: q nos ð tātis piculis liberauit ⁊ tanta nobis ōndit mirabilia. Ipi glīa ⁊ honor ⁊ pt̄as ⁊ īperiū ī secula sęculoꝝ Amē. Finit vita ⁊ ꝯuersatio sctōꝝ prm̄ egiptiōꝝ ⁊ q ī scithia ⁊ thebaida morabantur: quēadmodū bt̄s hierōim⁹ multo labore conspexit: ⁊ relata a fide dignis audiuit. Et diligenter conscripsit.

Incipiūt gesta sctōꝝ patrū egyptōꝝ scithie et thebaide: q̄ beatus hieronimus autentice conscripta reperit: ⁊ e greco fideliter in latinū transtulit. immo etiā ab alijs trāslata ī vnū collegit. ꝓlog⁹ bt̄i hieronymi p̄sbiteri ī vitā sctī pauli p̄mi hereite.

Nter multos sepe dubitatū ē: a quo potissimum monachoꝝ herem⁹ habitari cepta sit. Quidā enī altius repetētes a bt̄o helya ⁊ Iohāe pricipia sūpsisse dixerūt. quoꝝ ⁊ helyas pl⁹ nobis videṫ fuisse ꝙ̄ monach⁹. ⁊ Ioanes añ ꝓphetare cepisse ꝙ̄ nat⁹ eēt. Alij āt ī quā etiā opinionē vulg⁹ omē ꝯsētit. asserūt ātoniū hui⁹ ꝓpositi caput: qđ ex pte

verū est: Non em̄ tam ipe añ omnes fuit. q̄ ab eo omniū iniciata sunt studia. Ama thas vo ꝛ machari⁹ discipli Antonij e qb⁹ superioꝛ corp⁹ magistri sepeliuit: etiā nūc affirmāt Paulū quendā thebeū principē rei istius fuisse: sed non nominis: quā opinionē nos quoqꝫ probamus. Nonnulli ꝛ hec ꝛ alia prout voluntas tulit: iactitant. subterraneo specu crinitum calcaneotenus hominem. ꝛ multa alia que prosequi ociosum est: icredibilia fingētes; quoꝝ qꝛ ipudens mendatiū fuit: repellēda quidem coꝝ sentētia videt. Igit qꝛ de Antonio tā greco q̄ romano stilo diligenter memorie traditū est: pauca de Pauli primo heremita principio ꝛ fine scribere disposui: magis quia res omissa erat: q̄ fretus ingenio. Quomodo autem in media etate vixerit aut quas sathane pertulerit isidias: nulli hominum compertum habetur Incipit Uita sancti Pauli primi Heremitte.

Sub decio ꝛ valeriano psecutorib⁹. quo tēpore. Cornelius rome. cyprianus cartagīe felici cruore dānati sunt: multas apud egyptū ꝛ thebaidam ecclesias tēpestas seua populata ē voti tunc xpianis erat pro eo noīe gladio percuti. Uerum hostis callidus tarda ad mortē supplitia cōquirrens aīas querebat iugulare. nō corpora. Et vt ipe q ab eo passus ē Cyprianus ait: volentib⁹ mori: nō permittebatur occidi. Cui⁹ vt crudelitas notioꝛ fiat: duo memorie causa exempla subijcimus Perseuerantē i fide martyrē: ꝛ iter eculeū flāmasq̄ victorem iussit melle pūgi ꝛ sub ardētissimo sole: ligatis post tergū manibus reponi: scꝫ vt muscarū aculeis cederet: qui ignitas sartagīes āte superasset. Aliū iuuēili etate florentē i amenissimos hortulos p̄cepit adduci. ibiq̄ iter cādētia lilia. ꝛ rubētes rosas cū leni murmure iuxta serpet riuulus: ꝛ molli sibilo arborū folia vēt⁹ strīgeret. sup stratū plumis lectulū resupinari iussit. ꝛ ne se ide posset excutere blādis sertoꝝ nexib⁹ irretitū relinqui. Quo cū recedētib⁹ cunctis meretrix speciosa venisset: cepit delicatis stringere colla ↄplexib⁹: ꝛ qđ dicto quoqꝫ scelus ē. manib⁹ attrectare virilia. vt corpe i libidinē ↄcitato se victrix īpudica superiaceret Quid ageret miles christi aut q̊ se ↄferret: nesciebat. Quē tormēta nō vicerāt: ne superaret abhominata voluptas. Tādē celit⁹ īspirat⁹. p̄cisaꝫ morditiis linguā i osculātis se faciē expuit: ac sic libidinis sensuꝫ succidens. doloris magnitudo p̄ripuit. Per idē ergo tēp⁹ q̊ talia gerebant. apud īferiorē thebaidā cū sorore iā viro tradita: post mortē amboꝝ parētū. i hereditate locupleti: paulus relict⁹ ē ānoꝝ circiter sedeci. litteris tā grecis q̄ egyptiacis apprime erudit⁹: māsueti animi. deū valde amās. Sed dū psecutiōis detonaret pcella: i villā remotiorē ꝛ secretiorē recessit. Ueꝝ. qd pectora humana nō cogis auri sacra fames? Sororis marit⁹ cepit pdere velle quē celare debuerat. Nō illū vt assolet vxoris lachrime. nō ↄmunio sanguinis. nō spectans cūcta ex alto de⁹ a scelere suo reuocat. Aderat. istabat. crudelitate q̄si pietate vtebatur. Qđ vbi prudētissim⁹ adolescēs itellexit. ad mōtiū secreta ↄfugiēs. dū psecutionis finē p̄stolaret: necessitatē i volūtatem vertit. ac sic paulatī pgrediēs. rursumqꝫ tātūdē subsistēs. atqꝫ idē sepius faciēs: reperit saxosuꝫ mōtē: ad cuius radices haud grādis spelūca lapide claudebat. Quo remoto: vt ē cupiditas hominū auidi⁹ occulta cognoscere: animaduertit itus nō grāde vestibulū. Qđ apto desuper celo. patulis diffusa ramis. vet⁹ palma ↄtexerat. fontē lucidissimū ostendens. tm̄ modo foras eadem ↄtinuo que genuerat terra sorbebat Erant preterea p extensū montē nō pauca habitacula: in quib⁹ scabre iam icudes ꝛ malei qbus pecunia furtiua signabatur videbātur. Hunc locū egiptioꝝ littere ferunt furtiuā mōete officinā fuisse: ea tēpestate qua cleopatre iunctus Antonius est Igitur adamato ꝛ quasi a deo sibi oblato habitaculo. omnē ibidē i orationib⁹ ꝛ solitudine duxit etatem: cibum ꝛ vestimentum palma prebebat. Quod ne cui impossibile videatur: iesum testor ꝛ sanctos angelos eius. in ea parte heremi. que

iuxta syriam sarracenis iūgitur: et vidisse me monachos et videre: e quibus vnus triginta iam per annos clausus. ordeaceū panem manducabat et lutulentā aquā bibebat: Aliter in cysterna veteri quā gētili sermone syri gubra: alias gippū vocāt: quinqz caricis per singulos dies sustētabatur Nec icredibilia videtur his: qui nō crediderint omnia possibilia esse credentibus. Sed vt ad id redeā vnde digressus sum: cum iam cētesimo tertiodecimo etatis sue anno. beatus Paulus celestē vitā in terris ageret: et nonagenarius ī alia solitudine moraretur Antonius: vt ipse asserere solebat: hec ī mentē eius cogitatio īcidit: nullū vltra se meliorē monachorū in heremo cōsedisse: Atqz illi per noctē quiescenti reuelatū est: esse aliū interius multo se meliorē: ad quē videndū deberet properare. Illico erūpēte luce: venerabilis senex īfirmos artus bacculo regente sustentans cepit ire velle quo nesciebat. Et iam media dies coquente desuper sole feruebat: nec tamen a cepto itinere deducebatur dicens. Credo in deum meum: qꝫ seruum suū quē mihi promisit: ostēdet. Nec plura his īterea cōspicatur hominē equo mixtū cui opinio poetarū cētauri vocabulū indidit. Quo viso: salutaris īpressione signi armat frontē. Et heus tyro īquit: qua naz in parte dei seruus hic habitat? At ille barbarū nescio quid īfrendens: et frangēs potius verba ꝙ̄ proloquens inter horrētia ora satis blandū quesiuit alloquiū et cū dextre manus protensione cupitū indicat iter: ac sic per patentes cāpos volitando transmittens se in fugā ex oculis mirantis euanuit Uerū hoc vtrū diabolus ad terrendū eū simulauerit. an: vt solet heremus: monstruosorū ferax animaliū: istā quoqz gignat bestiā incertū habemus. Stupens itaqz Antonius et de eo quod viderat secū voluens. vlterius progrediebatur. Nec mora: inter saxosam cōuallē haud grandē homunculū videt: aduncis naribus: fronte cornibus asperata: cuius extrema pars corporis: in caprarū pedes desinebat. Ad hoc spectaculū Antonius: scutū fidei et loricam spei bonus preliator arripuit: nihilominus memoratū animal palmarū fructus eidez ad viaticū quasi pacis obsides offerebat. Quo cognito: gradū pressit Antonius: et quis naz esset īterrogans hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego sum et vnus ex accolis heremi: quos vario delusa errore gentilitas faunos et satyros et incubos colit legatōe fungor gregis mei: Precamur vt pro nobis cōmunē dominū depreceris quē pro salute mundi oliz venisse cognouimus: nā in vniuersam terraz exiuit sonus eius. Talia co loquēte: longeuus viator vbertim lacrimis faciē rigabat: quas magnitudo leticie indices cordis effuderat: Gaudebat quippe de christi gloria et de interitu sathane: simulque ammirans quod eius posset intelligere sermonem: et bacculo humuz percutiens: aiebat. Ueh tibi alexandria: que pro deo portenta veneraris: veh tibi ciuitas meretrix: in quaz totius orbis demonia confluxere. Quid nūc dictura es? Bestie xp̄z loquūtur: et tu pro deo portēta veneraris. Nec duz verba compleuerat: et quasi pennigero volatu petulcū animal aufugit: Hoc ne cui ad incredulitatem scrupulū moueat: sub rege Constantio vniuerso mundo teste defenditur. Nam ad alexādriā istiusmodi hō viuus perductus magnū populo spectaculum prebuit: et postea ne cadauer exanime calore estatis dissiparetur. sale infusum ad Antiochiam vt ab imperatore videretur allatum est. Sed vt propositum ꝑsequar Antonius cepta regiōe pergebat: ferarum tātum vestigia intuēs et heremi latam vastitatem: quid ageret. quo verteret gradum nesciebat. Jam altera fluxerat dies restabat vnū: vt dēseri se a xp̄o nō posse ɔfideret. Perseuerās secūdas ī oratiōib⁹ exigit tenebras. et sub dubia adhuc luce. nō lōge ītuet lupaz sitis ardorib⁹ anhelātē: ad radices mōtis irrepe. Quā secut⁹ ē occulis et iuxta speluncā cū fera abisset accedens: cepit introspicere nihil curiositate proficiente te cbris. arentibus

visus. Uerum: vt scriptura ait: perfecta di lectio foras mittit timorē: suspenso gradu et anhelitu tēperato: callidus explorator ingressus est: ac paulatim pgrediens sepiusqꝫ subsistens. sonū aure captabat. Tandem p cece noctis horrores procul lumē intuitus. dū auidius properat: offenso pede lapidem in strepitū concitabat. Post cuius sonitū beatus Paulus hostium quod patebat claudens: sera obfirmauit. Tunc vero Antonius pre foribus corruens: vsqꝫ ad sextam et eo amplius horam aditum precabatur: dicens. Quis sim. vnde et cur venerim nosti. Scio me nō mereri conspectū tuum: tamen nisi videro: nō recedā. Qui bestias suscipis: hominē cur repellis? Quesiui et inueni. Pulso vt aperiatur mihi. Qđ si nō impetro. hic moriar ante postes tuos. certe sepelies vel cadauer meū. Talia perstabat memorās: fixusqꝫ manebat. Ad quē respōsum Paulus ita reddidit. Heros. Nemo sic petit vt minetur. Nemo cum lachrimis calumniam facit: et minaris si non recipiam te. cum moriturus adueneris. Sic arridēs patefecit ingressum. Quo aperto. dum in mutuos miscerētur amplexus: propriis se salutare ceperunt nominibus. gratie domino in cōmune ab eis referūtur. Et post sanctum osculum: residens Paulus cum Antonio. ita exorsus est. En quem tāto labore quesisti: putribus senectute membris operit inculta canicies. En vides hominē in puluerem mox futurum. Uerum quia caritas omnia sustinet: narra mihi queso quomodo sese hominum genus habeat. an in antiquis vrbib⁹ noua tecta consurgant quo mūdus regatur imperio. an supersint aliqui qui demonum errore decipiuntur. Inter has sermocinationes suspiciunt alitem coruum in ramo arboris consedisse. Qui inde leniter subuolās: integrum panem ante mirantium ora deposuit. Post cuius abscessum eya inquit Paulus. dominus nobis prandium misit. Uere pius vere misericors. Sexaginta iam anni sunt qꝫ dimidii semper panis fragmenta accepi: verum ad aduentum tuum militibus suis christ⁹ duplicauit annonam. Igitur in deum gratiarum actione celebrata: super nitrei fontis marginem vterque consedit. Hinc vero quis frangeret panem aborta contentio: pene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitii. Antonius iure refellebat etatis. Tandem consilii fuit vt apprehenso e regione pane: dum ad se quisque nititur: pars sua remansit in manibus. Dehinc paululum aque proni in fonte ore libarunt: et immolantes deo sacrificium laudis: noctem transegere vigiliis. Cū que iam esset tertio redditus dies: beatus Paulus ad Antonium sic locutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam: olim conseruum meum mihi promiserat dominus. Sed quia iam dormitionis tempus aduenit. et quod semper cupieram dissolui et esse cum christo: peracto cursu. superest mihi corona iustitie. tu missus a domino es. qui humo corpusculum tegas: immo terram terre reddas. His Antonius auditis: flens et gemens ne se desereret. atqꝫ vt comitem talis itineris acciperet: precabatur. Et ille. Non debes inquit querere que tua sunt: sed que aliena. Expedit quidem tibi sarcina carnis abiecta agnum sequi: sed et ceteris expedit fratribus. vt tuo adhuc instituantur exemplo. Quorbem pge queso. nisi molestum est: et palliū quod tibi Athanasius episcopus dedit. ad obuoluendum corpusculum meum defer huc. Hoc autem beatus Paulus rogauit. non qꝫ magnopere curaret. vtrum tectum putresceret cadauer an nudum: quippe qui tāti temporis spatio contextis palmarum foliis vestiebatur: sed vt a se recedenti: meror sue mortis alleuiaretur. Stupefactus Antonius qđ de athanasio et de pallio eius audierat. quasi christum in Paulo videns. et in pectore eius deum venerans vltra respondere nihil ausus est: sed cum silentio lachrimans. exosculatis eius oculis manibusque. ad monasterium quod postea a sarracenis occupatum est: regrediebatur. Neque vero gressus sequebantur animum: sed cum corpus inane ieiuniis seni

les etiam animi frangerent animo vincebat etatem. Tandem defatigatus et anhelans ad habitaculum suum: confecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli qui ei iam longeuo ministrare ceperant occurrissent: dicentes. Ubi tam diu moratus es pater? respondit. Ueh mihi peccatori: qui falsum monachi nomen fero. Uidi helyam et Joannem in deserto: et vere in paradiso Paulum vidi. Ac sic ore compresso. et manu verberans pectus: a cellula pallium protulit. Rogantibusque discipulis vt plenius quidnam esset rei exponeret: ait. Tempus loquendi et tempus tacendi. Tunc egressus foras. et nec modicum quidem cibi sumens: per viam qua venerat: regrediebatur. Illum sciens illum videre desiderans illum oculis ac mente complectens. timebat enim quod euenit: ne se absente debitum xpo spiritum redderet. Cumque iam dies illuxisset alia. et trium horarum spatio iter remaneret: vidit inter angelorum cateruas: et inter prophetarum et apostolorum choros: niueo Paulum candore fulgentem in sublime conscendere. Et statim in faciem procidens sabulum capiti suo superiacebat: plorans atque eiulans. Cur me inquit Paule dimittis? Cur abis insalutatus? Tam tarde notus: tam cito recedis? Referebatque postea beatus antonius tanta se velocitate quod reliquum erat vie cucurrisse: vt ad instar auis preuolaret. Nec immerito Nam introgressus speluncam vidit genibus complicatis erecta ceruice. extensisque manibus in altum corpus exanime: ac primum et ipse viuere eum credens pariter orabat. Postquam vero nulla vt solebat suspiria precantis audiuit in flebile osculum ruens: intellexit quod etiam cadauer sancti viri deum cui omnia viuunt: officio gestus precaretur

Igitur obuoluto et prolato foras corpore. psalmis quoque ex xpiana traditione cantatis: contristabatur antonius quod sarculum quo terram foderet non habebat. Fluctuans vario mentis estu et secum multa replicans. si ad monasterium reuertar. quatriduum iter est: si hic maneam nihil vltra proficiam. Moriar ergo vt dignum est: et iuxta bellatorem tuum xpe ruens extremum alitum fundam: Talia eo animo voluente. ecce leones duo ex interioris heremi parte concurrentes: volantibus per colla iubis ferebantur. Quibus aspectis: primo exhorruit: rursusque ad deum mentem referens: quasi columbas videret mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu ad cadauer beati senis substiterunt. adulantibusque caudis circa eius pedes accubuere. fremitu ingenti rugientes. prorsus vt intelligeret eos plangere quomodo poterant. Deinde haud procul ceperunt humum pedibus scabere: harenamque certatim egerentes. vnius hominis capacem locum effodere. et statim quasi mercedem pro opere postulaturi: cum motu aurium ceruice deiecta ad Antonium perrexerunt. manus eius pedesque lingentes: vt ille animaduerteret benedictionem eos a se deprecari. Nec mora in laudatione xpi effusus. quod eum muta quoque animalia sentirent: ait. Domine sine cuius nutu nec folium arboris defluit nec vnus passer ad terram cadit: da illis sicut tu scis. Et manu annuens vt abirent imperauit. Cumque illi recessissent sancti corporis oneri seniles curuauit humeros: et deposito eo in fossam: desuper humum congregans tumulum ex more composuit. Postquam autem dies illuxerat alia: ne quid pius heres ex intestatis bonis non possideret: tunicam eius sibi vendicauit. quam in sportarum modum de palme foliis sibi ipse contexuerat. Ac sic ad monasterium reuersus discipulis ex ordine cuncta replicauit: diebusque solennibus pasce vel penthecostes semper Pauli tunica vestitus est

Libet in fine opusculi interrogare eos qui patrimonia sua ignorant: qui domos marmoribus vestiunt: qui vno lino villarum insuunt predia huic seni nudo quid vnquam defuerit. Uos ex gemma bibitis ille vero cauis manibus satisfecit nature! Uos in tunicis aurum texitis: ille nec vilissimi quidem vestri mancipii indumentum habuit Sed econtrario illi pauperculo paradisus patet. vos auratos gehenna suscipiet. Ille christi vestem licet nudus seruauit: vos vestiti sericis. indumentum xpi perdi

distis. Paulus vilissimo opertus puluere iacet resurrecturus i gloriam: vos opero sis saxis sepulchra premunt. cu vestris opibus fortassis arsuros. Parcite queso vos pcite salte diuitiis quas amatis. Cur mortuos vestros auratis obuoluitis vestib⁹? Cur ambitio iter luctus lachrimasqз non cessat? An cadauera diuituз nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro qcunqз hec legeris: vt hieronimi peccatoris memineris: cui si dns optione daret: multomagis eligeret tunica Pauli cum meritis eius. q̃ regum purpuras cum regnis suis.

Finit vita beati Pauli primi heremite.

Incipit plogus Euagrii presbyteri ad Innocetiu epm i vita bti antonij abbatis

PResbyter Euagri⁹ innocentio carissimo filio in dno salutem. Ex alia in alia lingua ad verbu expressa translatio sensus operit: et veluti letum gramen sata stragulat. Du eiз casibus et figuris seruit oratio. qd breui poterat indicari sermone: lōgo ābitu circuacta vix explicat. Hoc igitur ego vitās vita beati Antonii te petēte trāsposui: ita vt nihil desit ex sēsu cu aliqd desit ex verbis. Alii syllabas aucupent et lrās: tu qre sētētiam

Incipit prefatio Athanasii episcopi in vitaз sancti Antonii monachi.

Athanasius episcop⁹ ad pegrinos monachos. Optimuз fratres iniistis certamē. aut eqri egyptiis monachis. aut superare nitētes virtutis instantia. Et eni apud vos iam plurima sunt monasteria. monachoꝝ quoqз nomen ē celebre: et hāc voluntatē nostrā iuste gsqз mirabit. oratibusqз nobis optatu de⁹ tribuet effectu. Qm igr exegistis a me. vt vobis scriberē de cuersatiōe bti Antonii. volētibus discere queadmodu cepit: q ve fuerit an sanctum ppositu: qualē etiā habuerit terminu vite. et si vera sunt ea: que de ipso fama dispersit. ut ad eius emulationem atqз exemplu vos instituere possitis magna cu letitia suscepi vestre caritatis impiu. Et mihi eniз ingens lucru est atqз vtilitas. hoc ipз quod recordor Antonii: et vos cu āmiratione audiētes scio eius ppositu cupe sectari. perfecta ē sigdē ad virtutē via: antoniu scire qs fuerit. Ergo vt breuit dicā. ex omnibus qui de eo referētuз sermo iactauit: credite. et minima vos existimate audisse de maximis: qr n ambigo nec eos omia potuisse cognoscere: cu et ego rogatus a vobis quātacuqз p eplām significauero. nō equalia sim eius meritis narraturus. Sed et vos oēs hinc nauigātes studiose pcunctamini q singulis que norunt referētibus: cōgrua dignaqз tanti nominis relatio cōpleatur: disponebā ita qз p⁹ lectionē litteraꝝ vestraꝝ aliquos ad me monachos iuitare. et maxime eos q crebro ad eu ire cōsueuerant: vt plenius aliquid addiscens: munera vobis maiora trāsmitterē. Sз qm et nauigationis tpa labebant et litteraꝝ portitor vehemētissime festinabat: ideo ea q et ipse nouerā: frequēter eni cu visitaui: et q ab eo didici qui ad prebendā ei aquā nō paululu tpis cu eo fecit: dilectiōi vestre idicare pperaui. vtrobique curā veritatis habēs. vt neqз plus aliquis audiēs miraculoꝝ cōgestionē nō credan: nec rursus meritis eius inferiora cognoscēs. nō putet dignu esse miraculo p tanti nois viro. Explicit prologus.

Incipit vita sācti ātonii abbatis ab athanasio episcopo alexandrino cōscripta. Et ab Euagrio pr̄sbytero e greco i latinu trāslata atqз a btō Hieronymo huic libro ĭsta

IGitur Antoni⁹ nobilib⁹ religiosisqз parētib⁹ nat⁹ in egypto oriūdus fuit: tāta suoꝝ et sua nutrit⁹ cura: vt nihil aliud pter pētes domuqз cognosceret. Et cu iā puer eēt nō se litteris erudiri: nō icptis īfātiu iugi passus ē fabulis: sз di desiderio flagrās fз qd scriptu ē inocēter hitabat domi. Ad eccliā qqз cu parētib⁹ sepe cueniēs: nec īfātu lasciuias: nec pueroꝝ negligētiā sectabat: sз tm ea q legebāt auscultās: vtilitatē pceptoꝝ vite īstitutōe suabat: n suis: vt solet illa etas i

curiosus p variis & delicatis cibis vnq̄ te dio fuit: non esce mollioris blandimenta sectatus est: his solum que dabantur con tentus: nihil amplius requisiuit. Post mortem autem parentū annorum circiter decem & octo seu viginti cū sorore admo duz paruula derelictus est: & domus & so roris honestam curam gerebat. Nec duz vero sex fluxerant menses. quibus ad ec clesiam: vt solebat accurrens: recordaba tur quomodo & apostoli omnibus spretis secuti fuissent saluatorem: & mul : vt legi tur in actibus apostolorum: facultatibus suis venditis. precia ad pedes eorum de tulissent egentibus partiēda que ve aut quanta spes iisdem reposita esset in celis. Talia secum voluens intrauit ecclesiam: & accidit vt tunc euangelium legeretur: i quo dominus dicit ad diuitē. Si vis pfe ctus esse vade vende omnia tua quecūqz habes: & da pauperibus & veni & sequere me: & habebis thesauruz in celo. Quo au dito. quasi diuinitus huiusmodi ante me moriam concepisset: & veluti pp̄ter se hec esset scriptura recitata: ad se dominicum traxit imperium. statimqz egressus posses sionem quam habebat dimisit. Rure au tem erant trecente iugeres & valde opti mi quos vicinis largitus est: ne in aliquo aut sibi aut sorori molestia gigneretur. Ce tera vero que in mobilibus possidebat. vniuersa vendidit. & aggregato non exi guo precio indigentibus dedit. paruis ob sororem reseruatis: que & sexu & etate vi debatur infirmior. Rursus autem ec clesiam ingressus. cum audisset dominuz in euangelio dicentem. nolite cogitare d crastino. relictā quoqz portionez paupib⁹ distribuit: neqz se versari passus est domi: sed sorore fidelibus ac notis virginibus commendata vt ad earum nutriretur ex emplum: ipse iam omnibus seculi vincu lis liber: asperum atque arduum arripuit institutum. Nec dum autem tam cre bra erant in egypto monasteria: neque omnino quisq̄ auiam solitudinem no uerat et quicunque in christi seruitute sibiimetipsi prodesse cupiebat: non lon ge a sua villula separatus instituebatur.

Erat igitur in agello vicino senex qdā vitam solitariam a prima sectatus etate: hunc Antonius cum vidisset: emulatus est ad bonum. Et primo quidem incipiēs etiam ipse in locis paululum a villa remo tioribus manebat: ex inde autem si quem vigilātē i hoc studio compererat: pcedēs querebat vt apis prudentissima. nec ad habitaculū suū ante remeabat. nisi eius quem cupiebat: frueretur aspectibus. & sic tanq̄ munere mellis accepto. abibat ad sua tali ibidē istitutus exordio. Cumqz per dies singulos ita animum roboraret: vt nec opū paternaꝝ. nec suoꝝ meminisset affinium: oē etiā desideriuz & sollicitudinē erga id qđ ceperat: exerceret. opabatur manibus suis sciens scriptū esse. q nō opa tur non manducet. Mercedē sane ope ris sui precio panis excepto: egentibus largiebatur. Orabat frequenter: quip pe qui didicerat ꝙ oporteret sine inter missione dominum rogare. Auditioni etiam scripturarum ita studium cōmenda bat: ut nihil ex eius animo laberetur: sed vniuersa domini precepta custodiens me moriam pro libris haberet. Sic suam vi tam instituens: ab vniuersis fratribus pu ro diligebatur affectu. & omnib⁹ ad quos spirituali studio discendi pergebat: obediēs proprias singulorum gratias hauriebat. huius continentiam. iocunditatem illius sectabatur. istius lenitatem. illius uigilias alterius legendi emulabatur industriam. Istum ieiunantez: illum humi quiescentē mirabatur. Alterius patientiam: alterius mansuetudinem predicabat. Omnium quoque uicariā erga se retinens caritatē atq̄ vniuersis virtutuz partibus irrigat⁹ ad sedē propriā regrediebatur. Ibi secum vniuersa pertractans: omniū in se bona ni tebatur exprimere. Neque l̄vo aduersum coeuos aliquando mouebatur: sed ea tn̄ flāma egregio viro crescebat in pectore. ne secundus cuiq̄ in predictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat. ut cum

omnes gloria anteiret omnibus tamē carus esset. Nā et vicini monachi ad quos sepe veniebat. Antoniū videntes deicolam nuncupabant: īdultisqꝫ nature vocabulis quidā vt filiū: alii vt fratrem diligebant.

Dū hec gereret Antonius: quibus oīuꝫ in se prouocaret affectū: inimicus nominis xpiani diabolus: īpacienter ferens tātas ī adolescēte virtutes: veteranis eū aggressus est fraudibus: et primo quidē tēptans: si quo modo posset ab arrepto eū instituto detrahere Immittebat ei memoriā possessionū: sororis defensionē: generis nobilitatem: amorē rex: fluxā seculi gloriā: esce varias delectationē: et reliqua vite remissioris blandimenta: postremo virtutis arduū finē: et maximū perueniēdi laborē: necnon corporis fragilitatem: suggerebat et etatis spatia prolixa: prorsus maximā ei cogitationū caliginē suscitabat: volēs eū a recto ꝓposito reuocare. Postqꝫ aūt diabolus oratiōib⁹ ei⁹ ad deū ꝑ passionis fidē se ītellexit elidi: consueta aduersum omnes adolescentes arma arripiens: nocturnis eū inquietabat illecebris. Per dies etiam tam apertis in eū telis irruebat: vt nullus ambigeret: quin antonius contra diabolum dimicaret. Nam et ille cogitationes sordidas conabatur īserere: et hic eas oratu submouebat assiduo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore: hic vigiliis et ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchre mulieris vertebatur ornatū: nulla omittens figmenta lasciuie: hic vltrices gehenne flāmas: et dolorē vermis recordās: īgeste sibi libidini opponebat. Ille lubricū adolescentie iter et ad ruinā facile ꝓponebat: hic eterna futuri iudicii tormēta considerans: illesam anime puritatem per tēptamenta seruabat. Ista autē omnia ad confusionē diaboli fiebant: Qui enim similē se deo fieri posse existimabat: nūc ab adolescēte vt miserrimus vincebatur: et q contra carnē et sanguinē seuiebat: ab homine qui carnē portabat: elisus est. Adiuuabat eniꝫ seruū suū dominus: qui nostri gratia carnē suscipiens: victoriam corpori contra diabolum largitus est: vt singulis ita certantibus apostolicum liceret proferre sermonem: non ego autē sed gratia dei mecū. Postremo cū nec hoc argumento destruere posset Antoniū draco deterrimus: et videret se semper ab eius cogitationibus superari: secundū quod scriptū est: stridens dentibus et exululans: qualis est merito: talis apparebat et vultu: puer horridus atqꝫ niger: ad eius se genua prouoluens: humana voce deflebat dicēs. Multos seduxi plurimos decepi: nunc autē vt a ceteris sanctis: ita et tuo sum labore prostratus. Quē cuꝫ interrogasset Antonius quisnā esset: qui talia loqueretur: ait. Ego sum fornicationis amicus: ego multimoda turpitudinis aduersuꝫ adolescentes arma suscepi: hinc et spiritus fornicationis vocor Quantos pudice viuere disponentes fefelli: quot tenuiter incipientes ad sordes pristinas redire persuasi. Ego sum propter quē propheta lapsos increpat dicens. Spiritu fornicationis seducti estis: et reuera ꝑ me illi fuerant supplantati. Ego sum qui te ipsum sepe temptaui: Et semper repulsus sum. cnm hoc christi miles audisset. gratias agens deo: et largiore aduersus inimicū ↄfortatus audatia. ait. Multū ergo despicabilis: multūqꝫ ↄtēptus es: nā et obscuritas tua et etas infirma ꝯ signa sunt rerū. ulla mihi iā de te cura est. Dūs mihi auxiliator est: et ego exultabō super inimicos meos. Et statim ad vocē canētis fantasma quod videbatur. euanuit. Hec aūt Antonii ↄtra diabolū fuit prima victoria: īmo virtus ī Antonio saluatoris: qui peccatū ī carne ↄdēnauit: vt iustificatio legis ī nobis cōpleretur: qꝛ nō secūdū carnē ambulamus: sed secūdū spiritū. Sed neqꝫ Antonio vincēdi securitatē dedit vnus triumphus nec diaboli semel fracte defecere vires. Nam et iste vt leo rugiēs querebat aditū. ꝑ quē posset irrūpere: et ille scripturaꝝ doctus eloquio: nō ignorabat multas esse demonū captōes. Propter qd̄ sollerti ꝓpositū labore seruabat: cōsiderans: quia posset sathanas in carnis colluctatione su

peratus: nouaꝝ aduersus se artiũ machinas cõmouere. Idcirco magis ac magis subiugabat corpus suũ: ne vincens alia: in aliis vinceretur. Disponens igitur duriori se vite lege cõstringere: cũ omnes infatigabilẽ adolescentis mirarẽtur instantiã sanctũ tolerãter ferebat laborẽ: quia voluntarie seruitutis. longo in dei opere studio consuetudinẽ in naturã vertebat. Inedie autẽ ꝛ vigiliarũ intantũ paciens erat: vt plus faceret q̃ ab vllo per illũ posse fieri crederetur. Pernoctabat in oratione sepissime: edebat semel in die. post solis occasum. Nõ nunq̃ biduo triduoq; sic permanens. ut vix quarta demum die cibũ uellet accipere. Summebat vero panem ꝛ salem. potumq; aque paruulum. de carnibus vero ꝛ vino tacere melius puto: q̃ quicq̃ dicere. q̃ nec apud plurimos quidem monachorum istiusmodi esce in usu habebantur. Quieti autem sic mẽbra cõcedens. vt iunco cõtexto atq; cilitio vteretur. Nonnunq̃ etiã super nudum humi iacens: sine stramine permanebat: vnguẽta penitus repudians. Dicebat enim minime posse vtentium: ꝛ precipue iuuenum corpora roborari: si olei essent perunctione mollita: oportere vero asperos carni labores ĩperare: secũdũ apostoli preceptũ dicentis: quãdo ĩfirmor. tunc fortior sum. Asserebatq; sensum animi sic posse reuiuiscere: si corporis fuissent ĩpetus fatigati. Unde nec tẽpoꝝ longitudine laboꝝ merita pẽsabat: sed amore ꝛ famulatu spõtaneo semper tãq̃ ĩ principiis ɔstitutus: ad profectũ diuini metus desideriũ concitabat. Nouisq; cupiens augere preterita: supramemorati doctoris sermonũ recordabatur: qui ait. Preterita obliuiscens: ꝛ ĩ futurũ conualescens. Meminerat quoq; helye prophete dicentis: viuit dñs cui adsto hodie ante ipsum: ꝛ disserebat cur hodie esset appositũ: quia nõ cõputabat helyas preteritũ tẽpus: sed tãq̃ quottidie ĩ certamine ɔstitutus: talẽ se prebere cupiebat: qualẽ sciebat dignũ dei esse cõspectibus: puꝝ corde: ꝛ paratũ obedire volũtati eiꝰ:

Igitur sanctus Antonius secũ reputãs oportere dei famulũ ex instituto magni helye exemplum capere: ꝛ ad illud speculũ vitam suam debere componere: ad sepulchra longe a villa constituta secessit. vni de cognatis mandans: vt statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in vna memoria supradictus frater eũ clausisset: solus ibidẽ morabatur. Metuens ergo diabolus ne accessu temporis heremum quoq; habitari faceret: ita eum aggregatis satellitibus suis: varia cede lacerauit: vt doloris magnitudo: ꝛ motum auferret ꝛ voceꝫ Nam ꝛ ipse postea referebat vulnera fuisse tam grauia: vt vniuersa hominum tormenta superarent: sed dei prouidẽtia: que nunq̃ in se sperantibus deest: conseruauit eum. Alio die is quem supra diximus frater aduenit cibos deferens quos ei deferre consueuerat: atq; eum iacentem in terra semimortuum: fractis foribus inuenit. Quem impositum humeris: ad villule domicilium reportauit. Quo audito: ingens vicinorum atq; affinium multitudo concurrens: tristi in medio posito funeri debitum reddebat officiũ. Et iam media noctis parte transgressa: cum iam oportunus ꝛ gratus peruigiles omnium oculos vicerat sopor. Antonius anima paululũ redeunte: suspirãs eleuauit caput: ceteris vero alta quiete ꝓstratis: cũ a quo delatus fuerat vigilare ɔspexit: cũq; nutu aduocãs. obsecrauit vt nullo penitꝰ excitato ad pristinũ se referret habitaculũ. Relatꝰ ergo iuxta ɔsuetudinẽ solus iteꝝ pmanebat: et stare q̃dẽ ꝓpter recẽtes plagas nõ poterat: orãs vero ꝓstratꝰ: post orationẽ clara voce dicebat. Ecce adsum ego Antonius nõ fugio vr̃a certamina: etiã si maiora faciatis: nullus me separabit a caritate xp̃i. Psallebatq; dicẽs. Si ɔsistãt aduersũ me castra: ñ timebit cor meũ. Talia eo dicẽte. bonoꝝ hostis diabolus ammiratꝰ: q̃ post tot verbera ausus fuisset reuerti. congregatis canibus suis: ꝛ proprio furore se

lanians. videtis ait: quia nec spiritu fornicationis. nec corporis doloribus superatus: tam audacter lacessit. Omnia arma corripite: acrius nobis impugnandus est sentiat sentiat: debet scire quos prouocet Dixit: et adhortantis vocem audientium turba consensit: quia innumeras et diuersas habet diabolus artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit: ita ut loco funditus agitato et parietibus patefactis. multifaria demonum exinde turba se funderet: nam et bestiarum et serpentũ formas induentes. omnem protinus locũ repleuere fantasiis leonum. thaurorum. luporum aspidum. serpentium scorpionũ necnon et pardorum atque vrsorum. hec singula secundum suam fremebant naturã Rugiebat leo occidere volens. thaurus mugitu et cornibus minabatur. serpentes sibilo personabant: luporum impetus inhiabat. pardus discolor auctoris sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus: et vocis horride dirus audit᷒. Antonius flagellatus atque confossus. sentiebat quidem asperiores corporis dolores sed interius durabat mente peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent. sensu tamen idem manens. quasi de inimicis luderet: loquebatur. Si virium aliquid haberetis: sufficeret vnus ad prelium. Sed quoniam domino vos eneruante frangimini: multitudine temptatis inferre terrores. cum hoc ipsum infirmitatis inditiũ sit. quod irracionabilium formas induitis bestiarum. Rursumque confidens: aiebat. si quid valetis. Si vobis in me potestatem dominus dedit. ecce presto sum: deuorate. si vero non potestis. cur frustra nitimini: Signum enim crucis et fides ad dominũ: inexpugnabilis nobis murus ẽ. Multa contra sanctum Antonium minantes fremebant dentibus suis. quod nullus eorũ temptamenta sequeretur effect᷒: sed maxime econtrario gigneretur illusio. Non oblitus iesus colluctationis serui sui eidẽ protector factus est. denique cum eleuaret oculos. vidit desuper culmen apiri: et deductis tenebris radium ad se lucis influere. Post cuius splendoris aduentum: nec demonũ aliquis apparuit. et corporis dolor extimplo deletus est. Edificiũ quoque quod pauloante dissolutum fuerat: instauratum est Ilico presentiam domini intellexit Antonius et ex imo pectore trahens longa suspiria ad visionẽ que ei apparuerat. loquebatur dicens. Ubi eras bone iesu vbi eras: Quare non a principio affuisti: vt sanares vulnera mea: Et vox ad eum facta est. Antoni hic eram. sed expectabam videre certamen tuũ. Nunc autem quia dimicando viriliter non cessisti semper auxiliabor tibi. et faciã te in omni orbe nominari. his auditis. exurgens intantum roboratus orabat. vt intelligeret pl᷒ se recedisse tunc virium quam ante perdiderat. Erat autẽ tunc Antonius annorum triginta quinque. Exhinc cũ voluntati prompte merita religiosa succrescerent: vadens ad supradictum senem: precabatur vt in deserto pariter habitarent. Causante illo senile euum. et rei nouitatẽ. solus cõtendit ad montẽ et heremi adhuc monachis ignote vite. rupto metu viam conatus est pandere. Sed nec tũc cessauit malign᷒ aduersarius. nam impedire eius propositũ volẽs argenteum discum in itinere proiecit: Quo viso Antoni᷒ callidi artificis cognouit astutiam: stansque intrepidus. et discum toruis intuens oculis. doli auctorem in fantasmate obiurgabat argenti. talia secum reputans. Unde hic in deserto discus aui um hoc iter est: nulla sunt vestigia commeantium. lapsus de sarcina pre magnitudine latere non potuit: sed et qui perdiderat reuersus ob solitudinem locorum. inuenisset profecto quod ruerat Hoc artificium diabole tuum est. non impedies voluntatem meã: argentũ tuũ tecũ sit in perditionẽ. Hoc illo dicente: discus vt fumus a facie ignis euanuit. Dehinc nõ vt ãte in fantasmate: sed ingẽtẽ auri massã in itinere conspexit. Uerum hãc vtrũ diabol᷒ attulerit: an ad Antoniũ cõprobandũ: quia nec veris opibus iestaret. virt᷒ celestis ostẽderit: igno

ratur. hoc tm̄ agnouim⁹: quia quod visum ē aurū fuit. At ille magnitudinē āmiratus radiātis metalli. rapido cursu q̄si quoddā vitaret incendiū: ad montem vsq3 perexit ibi flumine transuadato. inuenit castellu3 desertum. plenū ob temp⁹ z solitudinem venenatorum animalium: in quo se constituens nou⁹ hospes habitauit: Staticq3 ad eius aduentum ingens turba serpentiu3: quasi persecutorē passa profugit. At ille obstructo lapidib⁹ itroitu. panes men sium sex vt thebeis mos est: secū recūdēs nam crebro p annu3 incorrupti durare solent: nec nō z exiguū habens aque solitarius perdurabat: nusq3 inde procedens: nunquam aliquem suscipiens intantum vt cum bis in anno per tectum desuper panes acciperet. nullum cum deferentibus haberet alloquium: Multis igitur videndi eū desiderio z studio requirendi. ante ostiū eius pernoctātibus: audiebant vt vulgi voces aduersu3 Antoniū. tumultusque dicentiu3. Quid te nostris ingeris habitaculis. Quid tibi z deserto. Abscede a finibus alienis. non potes nostras insidias sustinere. Et primo quidē q foris erant existimabant aliquos homines scalis positis introisse: ibique cōtendere. Postq3 aute3 per cauernā introspiciētes nullu3 viderunt: demones cōtra eu3 itellexerunt contendere: z nimio metu perterriti. Antonii auxiliū flagitabāt: At ille ostio propiquās ad cōsolādos fratres ne timerēt. atq3 vt īde recederēt: precabatur. trepidātibusq3 asserebat a demonibus incuti metum. signate vos inquiens. z abite securi: istosq3 semetipsos finite deludere. Itaq3 illis reuertentibus hic remanebat illesus: nec nunq3 in certamine lassabatur. Accedentium cum augmenta profectuum vel debilitas repugnantium. maximum contentioni leuamen addiderat: tū z animo constantiam suggerebat. Rursusq3 ad heremum venientibus turbis: quidam mortuum eu3 se existimauerant reperturos: ille autem psallebat intrinsecus. Exurgat deus z dissipentur inimici eius. z fugiant q oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant. vt liquescit cera a facie ignis ita pereant peccatores a facie dei. Et iterum. Omnes gentes circundederunt me: z in nomine domini vindicaui in eis. Sic Antonius annis viginti solitarie transactis. atq3 ab hominum segregatus aspectibus perdurauit: Cum ergo multorum z propositum imitari cupientium. z notorum multitudo ad eum concurreret necnon z patientium infinita se caterua glomeraret: tandem pene iam per vim foribus euulsis. quasi ex aliquo celesti aditu consecratus apparuit. obstupuerunt vniuersi. z oris gratiam z corporis dignitatē q3 nec per quiete3 intumuerat. nec ieiuniis demonumq3 certamine faciē eius pallor obsederat: sed econtrario quasi nihil temporis egisset. antiquus membrorum decor perseuerauerat. pro tam mira que in illo animi puritas fuit. Nunq3 hilaritate nimia resolutus ī risum est: nunq3 recordatione peccati tristitia ora contraxit. nō magnis stupentiū se eleuatus est laudib⁹ Nihil in illo indecens solitudo. nihil asperum quotidiana cū hostibus bella contulerant: sed tēperata mens equali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur ab immundis spiritibus z infirmitatibus variis: dei gratia per Antoniū liberauit. Sermo eius sale conditus. consolabatur mestos: docebat īscios concordabat iratos. omnibus suadens nihil amore xp̄i anteponendū. Proponebatq3 ante oculos bonorum magnitudinem futurorum. z dī clementiam. z beneficia retexebat indulta: q3 proprio filio suo non pepercerit: sed pro nostra omnium salute eum tradiderit Nec mora plura audientiū corda. ad humanarum rerum contemptum: hec eius suasit oratio: z habitande heremi. istud ei⁹ exordiū fuit. Quid sane z in arsenoytarū oppido gestū sit: nō transibo silētio. Nā cū fratres vellet iuisere. z riuulum nyli qui cocodrilis z multis seuis fluminis bestiis plenus erat trāsuadare esset necesse: tam cū comitibus suis trāsiuit illesus. q3 inde

redibat incolumis. rursusqȝ in pristinis laboribus perseuerans. multos magisterio suo fratres confirmauit: ita ut breui tempore plurima fierent monasteria. nouos antiquosqȝ monachos pro etate uel tempore: paterno moderabatur affectu. quadam autem die cum sanctus Antonius cōgregatis fratribus rogaretur. vt eis institutoria largiretur precepta: quibus cum prophetica fiducia exaltans vocē aiebat ad omnem quidem mandatorum disciplinam. scripturas posse sufficere: sed ꝛ hoc optimū fore si mutuis se inuicem fratres sermonibus consolarentur. Et vos ergo inquit vt patri referte que nostis: ꝛ ego que per longam etatem consecutus sum quasi filiis indicabo. Hoc sit autē primū cunctis in cōmune mandatum nullum in arrepti propositi vigore lacessere: sed quasi incipientem augere semper debere qđ ceperit. presertim cum humane vite spatia. eternitati comparata. breuissima sint Ita exorsus paululum siluit: ꝛ āmiratus dei nimiam largitatem. rursus adiecit dicens. In presenti hac vita equalia sunt ꝑ rerum cōmutatione cōmertia. nec maiora recipit ab emente qui vendicat. Promissio autem vite sempiterne: vili precio comparatur. Scriptum est em̄. Dies vite nostre septuaginta anni. aut ut multum octoginta: quicquid reliquum est labor ꝛ dolor est. Quando ergo octoginta aut cētum. vt multum annis laborantes. in dei opere vixerimus. nō pari tempore regnaturi sumus in futuro: sed pro annis predictis omnium nobis seculorum regna tribuentur. Non terram hereditabimus sȝ celum: corpus quoqȝ corruptū relinquentes. idipsum cum incorruptione recepim⁹ Ergo filioli non vos aut tedium defatiget. aut vane glorie delectet ambitio: nō sunt enim condigne passiones huius temporis ad superuenturam gloriam que reuelabitur in nobis. Nemo cum despexerit mundum reliquisse se arbitretur ingentia. quia omnis terra ad infinitatem comparata celorum. breuis ac parua est. Si ergo nec vniuerso orbi renunciantes dignum aliquid habitaculis possumus compensare celestibus. se vnusquisqȝ consideret. ꝛ stati intelligit paruis iugeribus agri ꝛ parietibus uel modica auri portione cōtēpta: nec gloriari se debere quasi magna dimiserit: nec tedere quasi parua sit recepturus. Ut enim contēnit aliquis vnā ereā dragmā. ad dragmas centū aureas conquirendas: ita etiam qui totius orbis dominū dereliquit. centuplū de melioribus premiis in sublimi sede recipiet. ad sūmum illud perspicere debemus ꝙ etsi nostras velim⁹ retētare diuitias. lege mortis ab ipsis diuellimur inuiti: vt in libro ecclesiastes scriptum ē. Cur ergo nō facim⁹ de necessitate virtutē? Cur nō ad lucranda regna celestia vltro relinquimus: qđ lucis isti⁹ fine ꝑdēdū ē? Nihil eoꝝ cure sit xpianis que secū auferre nō possūt: illud potius debemus expetere: qđ nos ducat ad celū. sapiētiā scilicet ꝛ castitatē. iustitiā ꝛ virtutē. sēsū ꝑuigilē. pauperū curā. fidē i xpo robustā. animū ire victorē. hospitalitatem. Hec sectā: es. māsionē nobis ī terra quietoꝝ sȝ euāgeliū ꝑparabim⁹. Consideremus dn̄i esse nos famulos: ꝛ seruitutē debere ei a quo creati sumus. Ut enī seruus preteriti gratia. famulat⁹ presēs aut futurū non contēnit imperiū. nec audet asserere quod ex labore transacto instantis opis habere debeat libertatē: sȝ iugi studio: ut in euāgelio scriptū ē: eandē semper exhibet seruitutē: vt ꝛ domino placere possit. ꝛ ne metuȝ lucretur ꝛ verbera: sic ꝛ nos diuinis congruit parere preceptis: scientes ꝙ equ⁹ ille retributor. in quo quenqȝ inuenerit: in eo sit iudicatur⁹: qđ ꝓphetica ꝑ Ezechielē voce testatur: Nā ꝛ infelix Judas ꝓpter vnius noctis impietatē: omī preteriti tēporis labore priuat⁹ est. Idcirco tenēdus ē cōtinuus instituti rigor. hn̄tibus deū auxiliatorē: sicut scriptum ē: qa omni ꝓponēti bonū de⁹ coopatur. Ad inertiā autē calcandā. apl̄i precepta replicem⁹: qbus se mori quottidie testabatur: similiter ꝛ nos humane conditionis

vitã ãcipitẽ retractãtes: nõ peccabim⁹. cũ .n. ⁊ excitati mane a somno ad vespã nos peruenire dubitemus ⁊ quieti corpora concedentes: de lucis non confidamus aduentu. ⁊ vbiqꝫ nature ac uite icerte me mores. dei nos intelligamus prouidẽtia gubernari. Hoc modo non delinquemus aut aliqua fragili cupiditate raptabimur Sꝫ nec irascemur quidem aduersus aliquẽ: nec terrenos congregare thesauros ambiemus: quin potius metu quottidiani recessus. ⁊ se iungẽdi corporis iugi expectatione omnia caduca calcabim⁹. Cessabit mulierũ amor. libidinis extinguetur incendiũ: inuicẽ nobis debita nostra donabimus. ante oculos sẽper habentes vltime retributionis aduentũ: quia maior formido iudicii ⁊ penarũ timor horridus simul ⁊ lubrice carnis incentiua dissoluit ⁊ ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat. Ĩõqꝫ precor: vt ad finẽ propositi boni: omni labore tendamus. Nemo p⁹ tergum respiciens loth imitetur vxorem: presertim cũ dñs dixerit i euangelio. nullum ponentẽ manus super aratrũ: ⁊ respicientẽ retrorsũ dignũ eẽ regno celoꝝ: respicere ãt retrorsũ nihil aliud ẽ q̃ i eo penitere qð ceperis. ⁊ mundanis rursus desideriis obligari. Nolite queso virtutis tã q̃ impossibile nomen pauere: nec peregrinum vobis aut procul positũ videatur hoc studiũ: quod ex nostro dei gratia precedente pendet arbitrio. huius operis homini inserta natura est: ⁊ eiusmodi res est. que nostram tm̃ expectat voluntatẽ Greci studia transmarina sectentur. ⁊ in alieno orbe constitutos. inanium litterarum querant magistros: nobis vero nulla proficiscendi. nulla transfretandi fluct⁹ necessitas imminet. in omni sede terraꝝ: constituta sunt regna celoꝝ. Unde ⁊ dominus in euangelio ait. Regnum dei intra vos est. virtusqꝫ in nobis est: mentem tm̃ requirit humanam. Cui enim dubium est quia naturalis anime puritas: si nulla fuerit extrinsecus sorde polluta: fons sit ⁊ origo virtutum. Bonam necesse est eam esse: quam creauerit bon⁹ auctor. Quod si forte cunctabimur: audiamus iesum filium naue populo dicentem. Rectum facite cor vestrum ad dominum deum israhel. Nec Joannes dissonam tulit de virtute sententiam: predicans rectas facite vias vestras. Si quidem hoc est rectam esse animam: cum eius principalis itegritas nulla vitioꝝ labe maculatur: si naturam mutauerit. peruersa tunc dicitur. si conditio seruetur: ⁊ virtus est. Animam nostram commendauit nobis deus: seruemus depositum quale accepimus. nemo causari potest extrinsecus situm: quod in se nascitur. facturam suam qui fecit: agnoscat. opus suũ inueniat vt creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes homo qð tibi largitio diuina concessit. Opera dei imutare velle: polluere est. Illud etiã sollicite prouidere debem⁹ vt tyrannicam ire superemus insaniã. qa scriptum est. Iracundia viri iustitiã dei non operatur. Et iterũ. Desideriũ concupiscens parit peccatũ: quo perfecto mors gignitur. Diuine vocis preceptum est: ut iugi custodia tueamur animũ. quia exercitatos ad supplãtãdũ habemus inimicos. demões scilicet. cõtra quos nobis secundũ apostolicã contestationẽ pugna sine intermissione est. Ait enĩ Non ẽ uobis colluctatio aduersus carnẽ ⁊ sanguinẽ: sed aduersus prĩcipatus ⁊ potestates huius mundi. Aduersus spiritalia nequitie in celestibus. Ingens coruꝫ turba per istũ volitat aerẽ: non procul a nobis hostiũ caterua discurrit. Et diuersitatẽ quidẽ coruꝫ. non est mee paruitatis exponere: sed hanc maioribus concedo rationẽ Quod autẽ in promptu est: ⁊ ignorare nõ expedit: dolos scilicet coruꝫ aduersũ nos cõpositos breuiter idicabo. hoc primũ mẽtib⁹ debem⁹ affigere. nihil deũ fecisse qð malũ ẽ: nec ab eius istitutiõe demonũ cepisse initiũ. Peruersitas ista nõ nature: sꝫ volũtatis ẽ viciũ. Boni eteni vtpote a deo cõditi ex ꝓprio mẽtis arbitrio ad terras ruere de celis: ibiqꝫ i sceni sordib⁹ volutati gẽtilitatis ipias istruxere culturas. Et nũc de nobis torquẽtur iuidia. atqꝫ vni

uersa mala cōmouere non cessant: ne pristinis eoꝝ sedibus succedamus. Diuersa autē eoꝝ ꝛ partita nequitia est. Quidā enim ad summū nocendi verticē peruenere: Alii ex cōparatione peiorū videntur esse leuiores. atq; omnes pro possibilitate virium diuisi. cōtra singulas causas sum pserere certamina. Idcirco dominū necessarium est spirituū discernendorū a domino petere: vt possimus tā fraudes eorū q̄ studia preuidentes: aduersus disparē pugnam vnum dominice crucis eleuare vexillum. Hoc munere paulus accepto: docebat dicens. Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exēplū etiā nos oportet ex his que passi sumus: mutuis nos inuicē instruere sermonibus. Hostile illis cōtra omnes christianos: Maxime vero contra monachos ꝛ virgines christi odium est. Corā semitis laqueos pretendunt: eorū mentes impiis atq; obscenis cogitationibus nituntur euertere: sed nihil vobis in hoc terroris incutiant. Fidelibus enim orationibus atq; ieiuniis ad dominū confugientibus. statim corruunt: nec tamen si paululū cessauerint. plenā putetis esse victoriā. Solent etiā saucii grauius assurgere: ꝛ mutata arte pugnandi cum in cogitatione nihil egerint. pauoribus terrent. assumentes nunc mulierum nunc bestiarū ꝛ serpentiū formas: necnon ingentia quedā corpora. ꝛ vsq; ad tectū domus porrectū caput: infinitas species ꝛ militū cateruas. Que omīa ad primū quoq; crucis signū euanescūt. His quoq; agnitis fallaciaꝝ modis icipiūt presagare: ꝛ futuroꝝ dieꝝ euētus. velle predicere. Cumq; ꝛ ī his contēpti fuerit: ipsū iā sue nequicie principē ac toti⁹ mali summitatē ad subsidiū sui certaminis vocant Crebro deniq; ātoni⁹ talē a se visū diabolū asserebat: qualē ꝛ iob beatus domino reuelāte cognouerat. Oculi ei⁹ tanq̄ luciferi: ꝛ ex ore eius ꝓcedūt lāpades incēse. Crines quoq; icendiis spargūtur. ꝛ ex naribus eius fumus egreditur. quasi fornacis estuantis ardore carbonū. Aīa ei⁹ ut pruna: flāma vero ex ore ei⁹ glomeratū cū huiusmodi terroꝛib⁹ visus est demonum princeps inquit antonius: ꝛ ingentia sepe vt dixi: promittens impietatis sue de furit lingua magniloqua: de qua dominus triūphauit ad iob dicens. Arbitratur enī ferrū vt paleas eramentū vt lignū putridū. maria vt terrā. tartari profundū tanq̄ captiuum estimabit: abyssum vt deambulatoꝛium. Per prophetam quoque increpat: dicens. Persequens comprehendā ꝛ omnē oꝛbē terrarū manu mea vt nidū obtinebo. ꝛ vt oua derelicta auferā: Sic iniquus funereas euomens voces bene viuentium aliquos frequenter illaqueat: sed nos nec eius pollicitationibus credere. nec minas foꝛmidare debemus. fallit enim frequenter: nihilque verū pꝛomittit. Nā si non mendacia cuncta loqueretur: quomodo talia ꝛ tā infinita pꝛomittens hāmo crucis vt draco aduncatus a domino est. ꝛ capistro ligatus vt iumentū. ꝛ quasi mancipiū fugitiuū vinctus circulo. ꝛ armilla labia perfoꝛatus nullū omnino fideliū deuoꝛare permittitur. Nunc miserabilis vt passer ad ludū irretitus a chꝛisto est: nunc comites suos quasi scoꝛpiones ꝛ serpentes calcaneo chꝛistianoꝛum substratus gemit. Ille qui vniuersa maria a se deleta plaudebat. ille qui oꝛbē terrarū manu sua tenere pollicebatur: ecce a nobis vincitur ecce me aduersū se pꝛohibere non potest disputantē. Contēnenda est filioli penitus cū manib⁹ verbis superba iactatio. Fulgur ille qui lucere se simulat: nō veri splēdoꝛ est luminis: sed quibus arsurus est indicat flammas. Nam dicto citius recedens: suarū secum refert simulacra penarum. Solent etiam cum modulatione nonnunquā apparentes psallere. Proh nephas adhuc ꝛ impuro oꝛe sacra scripturarū eloquia meditantur frequēter legentibus nobis. quasi echo ad extrema verba rn̄dēt. Doꝛmiētes quoq; excitāt ad oꝛādū: vt toti⁹ noctis sōnū eripiant plerosq; etiā ī mōachoꝝ nobiliū habitu coercēt. ꝛ pristina qb⁹ cōscij sūt peccata īputāt: sed spernēde sūt eoꝛū īcrepatiōes ꝛ āmonitiones ieiunandi. vigiliarū quoque frau

dulcenta suggestio. Ob id enim familiares nobis species assumunt: vt affinitate virtutū nocētes facilius virus īterserāt: et innocētes quosqꝫ per speciē honestatis elidant Impossibile postea durūqꝫ hoc studiū predicant. vt dū onerosum esse videtur quod ceptū est: ex desperatione tediū: et ex tedio succedat ignauia. Idcirco propheta missus a domino: luctuosa denūcians sublimi voce dicebat. Ve illi qui potat proximuꝫ suū: subuersione turbida. Huiusmodi eniꝫ exhortamenta deprauatoria sunt itineris quod ducit ad celū. Idcirco cū venisset dominus ad terras: et vera de eo demones inuiti predicarent: vere eniꝫ dicebant. tu es xp̄s filius dei viui. vociferantiū ora claudebat: qui vinctas hominū linguas soluebat: ne cū preconio veri: peruersitatis venena miscerēt. et vt nos eius exēplo: etiam si profutura suaderēt: in nullo his cōmodaremus assensum: quia profecto nō cōgruit post libertatē a domino concessam: et scripturarum precepta vitalia: a dyabolo viuēdi capere consilia: qui suū deserens ordinem sacrū christi temerauit īperiū. Propterea etiā dominus cū de scripturis loquentem iubebat tacere: quia peccatori dicit deus. Quare tu ennarras iusticias meas: et assumis testamentū meū per os tuū? Omnia demones simulāt colloquūtur sepe cū fratribus: sepe cū turba inconditos excitant sonitus. Manus applaudunt: sibilāt: insipienter cachinnāt: vt vel in puncto peccati christianum pectus introeant. Cūqꝫ ab vniuersis fuerint repulsi: ad extremuꝫ debilitatem suaꝫ lamentatione testantur. Et dominus quidem quasi deus et sue conscius maiestatis obmutescere his īperabat: nos autem vestigijs sanctorum inherentes: eādē gradiamur viam: qui memoratas subtilius fallacias peruidentes canebant. Cū consisteret aduersum me peccator: obmutui et humiliatus sum: et silui a bonis. Et iterum. Ego vero tanqꝫ surdus non audiebā et tanqꝫ mutus non aperiens os suum: factus sum vt homo non audiens xp̄s. silētiū imperauit vt nos diabolo nihil credamus et vincimus. Si orare cōpellūt: si ieiunia suadēt: non ex eorū nos monitis: sed ex nostra cōsuetudine dirigamus. Deniqꝫ etiā si irruentes mortē nobis intentare videātur: irridendi potius sunt qꝫ timendi: quia cū sint debiles minātur cuncta nec faciūt hec quidē de istis iā transitorie dixisse me memini: attamen eadem nunc explicanda sunt latius: quia non mediocrē affert repeticio cautelā. Adueniente domino destructus est inimicus: et omne penitus eius robur elanguit. Propter quod pristine virtutis memor: quasi tyrannus iaꝫ senescens: cū ruisse se videat in perniciem grassatur humanā. nec tamen potest firmuꝫ deo pectus cogitationū et ceterarū frauduꝫ arte peruertere. Nam luce clarius est: quin aduersarij nostri cum nec humana carne sint septi: vt causari valeāt: idcirco nos a se nō posse superari: quia clauso ostio introire non valeant. Et reuera si fuissent hoc fragili corpore colligati: obseruato introitu hisdem negaretur accessus. Cum autem vt diximus: hoc impedimento sint liberi: et obstructa penetrent: atqꝫ in omni licenter volitent aere: manifestum est: ob eneruationem eorum permanere ecclesie corpus illesum. Deniqꝫ satellites impij cum principe suo diabolo: quem saluator in euangelio homicidam et patrem malicie ab initio fuisse firmat: nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo cessissent: si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si mentior: cur nobis sathanas parcis: qui vbiqꝫ discurris. Cur qui nullo clauderis loco aduersum te viuentium et disputantium non potes labefactare constantiam Sed fortasse nos diligis quos quottidie conaris obruere: aut credibile est: te esse bonitatis magistrum et fauere magis optimis qꝫ nocere. Et quid tam carum tibi potest esse qꝫ ledere: maxime eis qui tuis sceleribus viriliter repugnant: secundū quod scriptum est. quia abhominatio est pietas peccatori. Quis tam fecundum ad maliciam possidet pectus? Quis tam meditatas implere conatur insidias? Scimus te im/

purissimu cadauer. Scim⁹ quia idcirco vi/uimus xpiani. ⁊ contra te nobis est secura congressio quia infirmatus es a domino. Ideo de tuis confoderis iaculis: quia machinationem tuã non sequitur effectus. Qd si fallimur. cur cũ terrore simulato: cur cũ magnitudine corporũ nostram aggrede/ris fidem: Si uoluntatem sequeretur possibilitas: tm̃ tibi velle sufficiat. Is eni po/tentie mos est. non extranea fallatie argumento conquirere: sed sua virtute cõplere quod cupiat: At nunc dum theatrali mutatione formaꝝ quasi rudem infantiam scenica niteris simulatiõe deludere: exhaustas vires manifestius probas. Nũquid nam verus ille angelus contra assyrios missus a domio. aut populorũ eguit societate. aut sonitus quesiuit aut plausus. ⁊ non potius tacitã exercens potestatẽ. centũoctogintaquinq; milia hostiũ sermone uelotius iuxta iubentis domini prostra/uit iperiũ: Uos ergo cũ fragiles sitis viribus perpetuus vos consequitur interitus An dicet aliquis. Cur diabolus egrediẽs beati iob omnẽ in ruinam ipulit domum Cur eius opibus penitus dissipatis. parietum quoq; fundamenta subuertens vnũ munerose sobolis coaceruauit sepulchrũ: Cur ipsum ad extremum diri vulneris nouitate percussit: Qui hoc opponit. audiat e diuerso. nõ diabolũ potuisse hoc. sed dominũ. a quo potestas aduersum nos du/pliciter datur. vel ad gloriã si probamur vel ad penam si delinquimus. quin poti⁹ ex hoc animaduertat. nec contra vnũ quidem hominem: diabolũ quicq; potuisse. si non potestatẽ accepisset a domino. Null⁹ enim quod sue ditionis est: ab alio de/precatur. Sed qd iob memoro: quẽ nec expetitum potuit vincere: Nec contra iumenta quidẽ eius. ⁊ contra oues. nec con/tra sues sine concessu dei ꝓpriũ robur exercuit. sicut in euangelio scriptũ ẽ. Demones aũt rogabant euꝫ dicentes. Si eiicis nos: mitte nos in gregẽ porcoꝝ. Quõ igi/tur q porcoꝝ expetũt mortes. ymagineꝫ dei hominẽ. ⁊ tã caꝝ conditori animal: suo

valebunt iure peruertere. Magna dile/ctissimi aduersũ demones arma sunt: vita syncera ⁊ intemerata ad deũ fides. Credi/te mihi experto. ꝑtimescit sathanas recte viuentiũ vigilias orationes: ieiunia. mansuetudinẽ. volũtariaꝫ paũptatẽ. vane glorie contẽptũ. humilitatẽ. misericordiã. ire dominatũ: ⁊ precipue purum erga xp̄m amorem. Nouit teterrimus coluber: ex precepto domini: sub iustorũ se iacere vestigiis. qui ait. Ecce dedi vobis⁹ potestatẽ calcare super serpentes ⁊ scorpiones: ⁊ super omnẽ virtutẽ inimici. Si autẽ ⁊ di/uinationẽ se habere simulantes vẽturos fratres nunciauerint: ⁊ affuerint quos venire predixerant. nec sic fides est comodãda mendacibus: ob id eniꝫ precessere ve/nientes. vt credulitas sibi paretur ex nuncio: ⁊ postea aditus ex credulitate fallacie Uerũ in hoc nullũ xp̄iano debet esse mi/raculũ. cũ non tm̃ qui leuitate nature per cuncta discurrunt valeant preuenire gradientes: sed homines quoq; equorũ velocitate preuecti nunciant affuturos. Non enĩ ea que nondũ fieri cepta sunt referũt. quia dominus solus conscius est futuroꝝ sed quoꝝ cõspiciunt in actu initiũ. eorũ sibi tanq; fures apud ignaros vendicant notioneꝫ. Nam quantos nunc putatis. q possunt velocitate puerili istum ceptũ nostrosq; cõtra se sermões ãte relatũ alicui⁹ hic positi. lõge manẽtib⁹ indicare. Quod vobis perspicuum fieri potest exemplis. Si quis a thebaide aut alicuius regionis oppido ceperit proficisci. ⁊ hunc demones in itinere viderint ãbulanteꝫ. pernicitate memorata possunt predicere venientem. Ita ⁊ de nyli inundatione solẽni. cuꝫ mul/tas i ethiopia viderĩt pluuias. equibus fluuius intumescẽs vltra alueuꝫ effluere cõ/sueuit: precurrentes ad egiptũ. nunciant amnis aduentum. Hoc autem ⁊ homines si illis celeritatis esset tanta natura: faci/le nunciarent. Ut enim speculator beati dauid ad verticem loci celsioris ascen/dens: prior q̄ hi qui i terra erant prospici/ens venientes: non quedam incerta de su

turis:sed de his qui venire ceperant: nunciabat:sic et demones cura peruigili omnia considerantes.rapido cursu sibiinuicem nūciant. Sed si forte contigerit: vt dei nutu ad finem cepta non veniant:hoc est:si aut viator e media regrediatur via:aut suspēsis nubibus aque ad altū celi cardinē deferantur tunc decipientiū vna cū credentibus error aperitur. Hec gentilitatis fuere principia:his presagatorum dolis apud delubra demonum:quondā credebantur oracula: que aduentu domini nostri iesu christi indicto silentio obmutuerunt. suosque perdidere captiuos. Quis rogo medicum:ex obseruatione morborū cū anime estuantis incendiū:de venarū pulsu leui digitorum scrutatur attactu: diuinā arbitratur habere noticiaz:? Quis gubernatorez nauigationis sue viaz inter celi sydera requirentez.maiestatis omine veneratur:? Quis agricolaz de aridis estatis fervoribus.aut de hyemali aquarum largitate.vel frigore disputantez non potius experitia laudat. quam dei consecrat nomine:? Uerum vt concedamus paulisper.si vera demones nunciarent: respondete mihi. quis fructus est nosse venientia:? Nunquid aut sciens hec aliquando laudatus. aut punitus est nesciens:? In hoc vnusquisque sibi preparat. seu tormenta seu gloriam si vel negligat scripturarum mandata vel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit vitam: vt habeat prescientiam futurorum:sed vt preceptis domini obediens. amicus incipiat esse de seruo. Curandum est non prescire que veniunt sed implere q̄ iussa sunt.nec institutionibus bonis hāc flagitare mercedem: cum magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libenter assumit vt futura cognoscat habeat purum cor:quia credo animaz deo seruientem.si in ea perseuerauerit integritate.qua renata est. plus scire posse quam demones. Talis erat anima helisei que aliis incognitas virtutes videbat. Nunc iam ceteras vobis demonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes angelos dei se fingere:laudare studium. mirari perseuerantiam.futura premia polliceri. Quos cuz videritis:tam vos quam domos vestras crucis armate signaculo.et confestim dissoluentur in nihiluz. quia metuunt illud trophеum.in quo saluator aereas expoliens virtutes.eas fecit ostentui. Solent etiam variis saltationibus membra torquere.et nostris procaciter offerre se visibus: vt mentem pauore:et corpus horrore concutiant. Sed et in hoc fides deo tuta fugat eos quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituuz malorumque discretio:que sic deo tribuente panditur. Sanctorum angelorum amabilis et tranquillus aspectus est.quia non cōtendunt neque clamabunt:neque aliquis audiet vocem eorum: verum tacite leniterque properantes:gaudium. exultationem.fiduciam peccatoribus infundunt. Siquidem cum illis est dominus qui est fons et origo leticie. Tunc mens nostra nō turbida sed lenis et placida angelorum luce radiatur. tunc anima celestium premiorum auiditate flagrans e fracto si posset humani corporis domicilio:et membris exonerata mortalibus.cum his quos videt abire festinat ad celum. Horum tanta benignitas est vt si quis pro conditione fragilitatis humane miro fuerit eorum fulgore perterritus.omnem continuo ex corde auferant metum. Ita gabriel cum zacharie loqueretur in templo.et angeli cum diuinum virginis partum pastoribus nunciarent.et qui dominici corporis agebant excubias:securis videntium se mentibus ostendentes: ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi.quantum ex magnarum rerum sepe concutitur aspectu. Pessimorum vero vultus truces sonitus horrendi.sordidi cogitatus plausus motusque indisciplinatorum adolescentum vel latronū:e quibus confestiz timor anime sensibus corpori cutitur: odium

christianorum monachorum meror tediũ suorum recordatio et metus mortis: cupido nequitie: lassitudo virtutis: cordis hebetatio. Si igitur post timorem horrore concepto successerit gaudium: et ad deũ fiducia: atque ineffabilis caritas: venisse sciamus auxilium quia securitas anime: presentis maiestatis idiciũ est. Sic namque et abrahã patriarcha videns deũ gauisus est: et ioannes cũ mariam superuenisse sentiret: que in sacri ventris hospitio vniuersitatis gestabat parentem: exultauit necdũ natus in gaudium. Si autem incussa formido permanserit: hostis est qui videtur: quoniã nec refouere nouit vt gabriel pauẽtẽ virginem ne timeat: illuberet: et sicuti pastores nuncio consolati sunt quinimmo pauorẽ duplicat: et vsque ad profundam impietatis foueã: vt sibi homines prosternantur: impellit. Exinde misera gẽtilitas dominice interdictionis ignara falso demones deos opinata est: xpianorum autẽ populos his fallaciis irretiri nõ passus est dominus: qui diabolũ in euangelio audacter sibi principatũ omniũ presumentem repulit dicens. Uade retro sathanas. Scriptũ est enim. Dominũ deũ tuũ adorabis: et illi soli seruies. Horũ verborũ etiam nobis licentia est tributa: quia idcirco locutus est talia: vt similitudo temptamentorum auctoris nostri frangerentur eloquijs. Illud quoque mi carissimi ammoneo vt vite magis sit vobis quam signorum sollicitudo. Nullus ex vobis hec faciens, aut ipse superbia itumescat: aut despiciat eos qui facere non possunt. Conuersationem magis scrutamini singulorum: in hac et imitari vos que perfecta sunt: conuenit: et implere que desunt. Nam signa facere nõ ẽ nostre paruitatis: sed domini potestatis: que ad discipulos gloriantes in euangelio ait. Ne gaudeatis: quia demones vobis subiecti sunt: sed quod nomina vestra scripta sunt in celis. Nominum enim in libro vite conscriptio: testimonium est virtutis et meriti: expulsio autem sathane largitio saluatoris est. Unde his qui non in uite labori bus sed in prodigijs exultabant dicẽtibus Nonne in tuo nomine demonia eiecimus: et in tuo nomine virtutes multas fecimus? respondebit dominus. Amen dico vobis non noui vos. Discedite a me operarij iniquitatis. Non enim nouit dominus vias impiorum: hoc ergo magnopere postulemus: vt donum spirituum discernendorum mereamur accipere: quo secundũ sententiam scripturarum omni spiritui nõ credamus. Uolueram quidem iam finire sermonem: et silentio premere quecunque mee acciderãt paruitati: sed ne putetis me frustra commemorasse que euenire non possent: idcirco licet insipiens fiam: tamen dominus qui secrete mentis est inspector: nouit non me causa iactantie: sed vestri gratia profectus hoc facere: pauca replicabo de plurimis. Quotiens me nimijs laudibus efferre conati sunt: cum a me in nomine domini maledicta reciperent: quotiens augmenta nili fluminis futura dixerunt: cum a me audirent: et hoc ad vestram quid pertinet curam: quotiens minitãtes vt milites armati scorpionibus equis: beluis: et varijs serpentibus circundederunt me: et domum in qua eram repleuerunt: cum ego e contra psallerem: hi in curribus et hi in equis. nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur et statim misericordia christi fugabãtur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes dixerunt: venimus Antoni nostrũ tibi prebere fulgorẽ. Et ego clausis oculis: quia lucem diaboli dedignabar aspicere: orabam. et dicto citius impiorum lumen extinguebatur. Post menses autem paucos: cum me coram psallerent: et de scripturis sibimet sermocinarentur tanquam surdus non audiebam Commouerunt aliquando monasterium: Et ego mente immobili dominum deprecabar. Sepe strepitus: sepe saltationes: sepe sibilos ingesserunt: et me psallente: sonus eorum in voces flebiles vertebantur.

Credite mi filioli quod dicturus sum. vidi aliquando diabolum celsum corpore: qui se dei virtutẽ et prouidentiã ausus ẽ dicere

⁊ ait ad me. Quid vis vt a me tibi donetur antoni At ego spectaculū maximū i os ei⁹ iuge minās. totū me in eū christi nemine armatus ingessi: ⁊ stati ille procerus aspectu: īter medias manus exoleuit. Jeiunāti etiā mihi visus est vt monachus: ⁊ panes offerēs. his sermonibus suadebat vt vescerer. ⁊ huic aliquid īdulgerē corpusculo. Et tu īquit homo es. ⁊ humana fragilitate circūdaris: labor paululū ɔquiescat. ne egritudo surripiat. Jlico luridā facieȝ serpētis agnoui. ⁊ cuȝ ad cōsueta christi munimenta cōfugerē: tanꝗ per fenestrā fumus laberetur euanuit. Auri quoque decipulaȝ mihi ī deserto frequēter tetēdit. qđ ideo offerebat: vt aut visu irretiret me: aut tactu vapularet me. Naȝ sepe me a demonibus nō denego verberatuȝ. Canebā auteȝ sic nullus me separabit a charitate christi. Ad cuius vocis auditū. ī se īuicē desurētes. nō meo sed domini fugabātur īperio. qui ait: vidi sathanā quasi fulgur cadēteȝ de celo Hec ergo filioli. apostolici memor eloquij ī me trāsformaui: vt propositū vestrū nec demonū terror. nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniā ob vestrā vtilitatē multa memorādo īsipiēs factus suȝ: huius rei vobis īpertiri cupio notionē: quā verā esse nullus ambigat audiētiū. Pulsauit aliquādo demō monasterij ostiū: egrediēs video hominē enormi sublimitate porrectuȝ caput vsque ad celū. Cū ad hoc quis naȝ esset īquirereȝ: ait. Ego suȝ sathanas. Et ego. quid īquā hic queris. respōdit. Cur mihi frustra īputāt monachi. Cur mihi christianoruȝ populi maledicūt. Et ego. Juste faciūt. Tuis enī frequēter molestātur īsidiis At ille ait. Nihil ego facio: sed ipsi se īuicē turbāt. Nā ego miserabilis factus sū. Rogo. Nōne legisti. quia defecerunt inimici framea ī finē. ⁊ ciuitates eorū destruxisti. Nullā iā habeo locū. nullā possidebo ciuitatē: iaȝ mihi nulla sunt arma. Per omnes natiōes. cūctasqȝ prouīcias. christi personat nomē: solitudines ipse monachoꝝ stipātur choris. Jpsi se queso tueātur ⁊ me sine causa nō lacerēt. Tūc ego dei gratiaȝ cuȝ alacritate miratus: sic ad euȝ locutus suȝ: Nō tue veritati: que nulla est: tam nouam ⁊ tam inauditam ascribo sententiam. Nam cum fallacie caput sis. hoc sine mendacio coactus es confiteri. vere eniȝ iesus tuas funditus surripuit vires: ⁊ honore nudatus angelico. volutaris ī sordibus. Uix dum verba compleueram. ⁊ ille sublimis saluatoris nominatione deiectus est. Que ergo iam o filioli poterit residere cunctatio: que trepidatio manebit vlterius? Quis vos eorum turbo poterit conuellere? Secure sint anime singulorum. non sibi fingant vanas cogitationes. vana discrimina: non aliquis timeat a dyabolo sublatum ad precipitia se posse deferri. Pellatur omnis anxietas: dominus enim qui nostros prostrauit inimicos. manēs vt promisit in nobis. a varijs nos sathane muniuit incursibus. En ipse dyabolus qui huiusmodi cum suis satellitibus exercet astutias. nihil se posse contra christianos fatetur. Jam cure christianorum ⁊ monachorum sit: ne per eorum inertiam vires demonibus prebeantur. Nam quales nos ⁊ nostras repererint cogitationes: tales se nobis prestare consueuerunt. Et si quod ī pectoribus male mentis ⁊ pauoris semen inuenerint: quasi latrones qui deserta obsident loca: ceptos cumulāt timores. ⁊ crudeliter imminentes: infeliceȝ puniunt animam. Si auteȝ alacres fuerimus in domino. ⁊ futurorum bonorum cupido nos succenderit: si semper omnia manibus dei cōmitamus. nullus demonum ad expugnandum valebit accedere: magis autem cum munita in christo corda conspexerint: confusi reuertuntur. Jta ⁊ iob firmatum in domino dyabolus refugit: ⁊ infelicissimuȝ iudam expoliatum fide: vinculis captiuitatis innexuit. Una est enim ratio vincendi inimicuȝ leticia spiritualis. ⁊ anime dominuȝ sēper cogitantis iugis recordatio. que demonū ludos quasi fumū expellēs: persequetur aduersarios poti⁹ ꝗ timebit. Non est eniȝ nescius sathanas igniuȝ futuroꝝ: ⁊ estuātis gehēne copiosa nouit icēdia. Sed

vt mea iam claudatur oratio: illud in finem cōmemoro. Cū aliqua se vobis obtulerit visio: audacter requirite quis sit ille: ꝛ vnde venerit: ac sine mora si sanctorum fuerit reuelatio angelica consolatione timor vertetur in gaudiū. Si vero dyaboli fuerit oblata tētatio: fidelis anime percunctationibus euanescet. qa maximum est securitatis indicium. interrogare quisnam ē ꝛ vnde. Sic ꝛ naue filius auxiliatorem suū interrogando cognouit nec danielē percunctantem latere potuit inimicus. Postq̄ Antonius dicendi finē fecit: letantibus cūctis in aliis virtutis cupido exardescebat: in aliis infirma refouebat fides ex alioꝝ mentibus false opiniones pellebantur. ex aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur accensio. simulq̄ cum iam demonum īsidias contemnerent. mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorum quā domino tribuente: preceperat. Erant igitur in monte monasteria tanq̄ tabernacula plena diuinis choris psallentium legentium. orantium tantumq̄ ieiunandi: ꝛ vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo eius afflauerat: vt future spei auiditate. ad charitatem mutuam ꝛ misericordias īdigentibus exhibēdas: iugi studio laborarent. qui infinitam regionem quandam. ꝛ oppidum a mundana cōuersatione seiunctum: plenum pietatis atq̄ iustitie videbantur incolere. Quis tantū monachorum agmen aspiciens: virilem illum concordie cetum cernens in quo nullus nocens: nulla detractio susurronis sed multitudo abstinentium ꝛ certamen officium erat. non in hanc statim erumperet vocem. quam bone domus tue iacob tabernacula tua israel tanq̄ nemora obumbrantia. tanq̄ paradisus super fluuios. tanq̄ tabernacula que fixa sunt a domino tanq̄ cedri circa aquas. Dū hec ita geruntur. quibus indies beate vite studiū cresceret: Antonius mansionem ī celo positam recordans. ꝛ presentis vite despiciēs inanitatem. quasi parua esset que cunq̄ iam gesserat. separatus a fratribus instituebatur: Cunq̄ eum siue cibum siue somnum indulgere corpusculo. aut alias nature necessitates cogeret humana confectio: miro afficiebatˀ pudore ꝙ tātā aīe libertatē. modici carnis termini coercerēt. Nā frequēter cū fratribꝰ sedēs. a cibo q fuerat appositꝰ. memoria esce spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen vt pote homo sepe solus sepe cum fratribus. Et cum hec mira ut predixi ageret. cum confusione anime adhibendā magnopere corpori diligentiam persuadebat dicens nec corpus esse penitus enecandum ne operatio contra voluntatem creatoris dissolueretur. ꝛ ob id omne studium anīe conferendum. ne vitiis superata corpore is. ad eternas inferni tenebras truderetˀ quinimmo indultum sibi propter alteros in carne imperium vindicans domiciliū suum. vt apostolus paulus ad tertium celum subleuaret. Afferebat hoc a saluatore preceptum in quo ait. Nolite soliciti esse corpori qd vestiamini. ꝛ ne quesieritis quid manducetis aut quid bibatis. quia hec gentes querunt: vester autē pater nouit ꝙ indigetis his omnibus. Querite ergo primum regnum dei ꝛ iusticiam eius: ꝛ hec omnia adiicientur vobis. His rebus transactis. cū psecutio impiissima maximiani furore vesano vastaret ecclesiā. sanctis martiribus alexandriā perductis: relicto ꝛ ipse monasterio secutus est futuras xp̄i victimas: dicens. Pergamꝰ ad gloriosos fratrū triūphos. vt aut ipsi ꝯgrediamur: aut spectemus alios preliātes. Et amore quidē iam martir erat sed cum tradere se vltro non valeret. ꝛ sociari confessoribus in metallis vel in carceribus cōstitutis: magna cū cura ꝛ libertate ingredientes ad iudicē: exhortabatur. ne terrore impioꝝ subacti. dominū negarēt Iamq̄ sententia coronatos exultās. qua si ipse vicisset: vsq̄ ad locum felicis sanguinis prosequebatur. Quāobrem motus iudex ob antonii sociorumq̄ eius constātiā. precepit nullum penitus monachorum

aut obseruare iudiciũ aut in ciuitate ver sari. Et ceteris quidẽ omnibus in illa die placuit abscondi. Antonius autem impa uidus neglecto persecutoris imperio. la uit ependiten. id est scapulare suum. Et alia die stans in quodam eminẽti loco cã dente precinctus veste: procedentem iu dicem suo prouocabat aspectu. flagrãns cupiditate martirii. ostendebatq3 nobis contemptorem penarum ⁊ mortis in cri stianis animum perseuerare debere. intã tum vt contristaretur. quia volenti pati pro dei nomine. martirium non dabatur Sed dominus q suo gregi parabat magi strum. seruauit Antonium. vt institutio si cuti factum est monachorum: non solum oratione eius. sed ⁊ conspectibus firma retur. Nunq̃ tamen a confessorum vesti giis separatus est quia maxima circa eos cura ⁊ charitatis vinculo colligatus. ma gis carcerem patiebatur exclusus. Post quam autem persecutionis turbo deflu xerat. ⁊ beato episcopo petro iã ob marti rii gloriam coronato. ad pristinum mo nasterium regressus est: quottidianum fi dei ac conscientie martiriu3 merebatur. acrioribus se ieiuniis vigiliisq3 conficiẽs vestimento cilicino intrinsecus desuper pellicio vtebatur. nunq̃ corpus lauans. nunq̃ a pedibus sordes abluens. nisi cũ per aquas transire necessitas compulisset Nullus deniq3 antonii corpus nudum anteq̃ moreretur vnq̃ vidit. Quodam autem tempore cum ab omnium se amo uisset oculis. ⁊ clauso monasterio neminẽ omnino susciperet. martinianus militum prepositus. cuius filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur: pulsans osti um obsecrabat vt suo pigneri subueniret ⁊ exiens deum pro filia deprecaretur. Tunc ille aperire quidem minime voluit prospiciens vero desuper ait: o homo qd meum poscis auxilium. Mortalis ⁊ ego sum. ⁊ tue socius fragilitatis. Si autem credis in christum cui deseruio: vade ⁊ secundum fidem tuam ora deum. ⁊ sana bitur filia tua. Confestim ille credẽs abi it: ⁊ inuocato Jesu. filiam reduxit incolu mem Multa. ⁊ alia mirabilia per illum dominus operatus est: ⁊ merito: qui enim promisit in euangelio. petite ⁊ dabitur vobis. inuento qui eius gratiam mere tur accipere suam potentiam non nega uit. Nam plures vexatorum ante mona sterium eius clauso introitu dormientes fidelibus per eum ad christum precibus curabantur. Hec illi multitudo venien tium. desideratam solitudinem auferens tedio fuit. Metuens itaq3 ne signorum copiosa cõcessio. aut suos animos extolle ret: aut alios plus de se q̃ videbant ĩ ipso cogeret estimare. ad superiorem thebai dem pergere cogitauit. vbi nullus eum agnosceret. Et a fratribus acceptis pani bus. sedebat super fluminis ripam. transi tum nauis obseruans. Jllo talia cogitãte vox ad eum desuper facta est dicens: An toni quo pergis ⁊ quare? At ille intrepi de quasi consuetã vocem loquentis agno sceret: respõdit. Queniam nonsinunt me quiescere populi. idcirco ad superiorẽ the baidem ire optimum duxi. precipue quia ea exigor. que virtutem mee pusillanimi tatis excedunt: Et vox ad illum ait. Si ad thebaidem vadas ⁊ ad pastoralia vt cogitas: pergas. maiorem ac duplicẽ susti nebis laborem. Si autem vere quiescere cupis: vade nunc ad interius desertum. Cunq3 antonius diceret: ⁊ quis mihi locũ auium poterit ostendere. Jgnarus enim sum locorum: Cõfestim ei vox que loque batur. sarracenos indicauit. qui mercandi gratia ad egyptum venire consueuerant bis appropinquans Antonius: rogauit ut se pariter adducerent ĩ desertum. Nul lus obnisus est. sed tanquam a deo missũ comitem suscipientes: amplexi sunt eius societate3. Tribus autem diebus ⁊ nocti bus itinere confecto. inuenit montem ual de excelsum. ad cuius radices fons aque dulcis labebatur: Et campus haud magnus totum ambiens montem. qui pal

ependiten
epedition

mis per paucis. Et his neglectis consitus erat. Hunc antonius locū quasi a deo sibi offerret amplexus est. Is eni erat quē sibi ad fluminis ripam sedenti qui loquebatur. ostenderat. Et primo quidem accipiens a comitibus panes solus remansit i monte nullo alio cū eodē conuersante. Quasi propriā enī domū agnoscens. habebat locū illū. Sarraceni quoque videntes eius fiduciā optato. per eū transitu panes eidē cū leticia deferebant: nec non palmarū licet mediocri attamen aliquanto solacio refouebatur. Exinde cū fratres agnito loco tanq̄ ad patrē filii. sollicite alimenta transmitterent: videns antonius q̄ ob suū refrigeriū. multis onerosus labor indiceretur: et parcens etiā i hoc monachis. rogauit vnū de aduenietibus vt sarculū sibi bis acutum cum frumento deferret. Quibus allatis circuiens montem haud grandem: culture aptū reperit locum ad quē diriuata aqua desuper poterat influere. Ibique seminauit. atque exinde annuū sibi panē laborans: gaudebat q̄ sine cuiusq̄ molestia ex propriis manibus viueret in deserto: Sed cum rursus etiā illuc quidā venire cepissent: misertus est lassitudini eorū: et holus i paruo terre cespite coluit: vt post asperū iter aliquando venientes. solacio refouerētur. hoc fratrū fuit refrigeriū. et paruulam messē quā bestie que propter aquā illuc adueniebāt depaste sunt: e quibus vnam apprehēdēs dixit omnibus. Cur me leditis. nihil a me lese. Abite. et in nomine domini. ne huc appropietis vlterius. Quis nō credat post hanc denunciationē quasi timentes: nunq̄ illuc bestias propinquasse. Sic antonium impenetrabilia montium et deserti intestina captantem. orationibus etiā dedito: introeuntes fratres magnis vix precibus extorserunt: vt oliuas et legumen et oleum. quod post menses aliquot ministrabant. dignaretur accipere. et senili modicū laxaret etati. Proh nephas quantas ibi conuersans expertus est luctas: vere secūdum quod scriptum est. non illi aduersus carnem et sanguinem fuisse colluctationē sed aduersum principatus et potestates: ab his qui ad eum ingrediebantur: agnouimus Illic enim tumultus et voces populi. armorumq̄ sonitus prorsus plenum montem demonum multitudine se vidisse referebant. ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem. et fortiter colluctantē. Qui tamen et aduenientes suo refouebat hortatu: et flexis genibus armisq̄ orationum. omnē sathane prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est. in tā immani solitudine vnum hominē. nec demonum quottidianas expauisse congressiones. nec tantarum bestiarum quadrupedum siue reptilium. diuerse cessisse feritati. Iuste dauid cecinit. Qui confidunt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum. Immobilem et tranquillā retinens animi firmitatem: et demones fugabat. et feras: sicut scriptum est: secum pacificabat. Sed et diabolus: vt supradictus propheta ait: obseruans eum. frendebat dentibus suis. et ille saluatoris auxilio. ab vniuersis tutus perseuerabat insidiis. Quadam ergo nocte cum peruigili cura obsecraret dominum. tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit: vt omnes heremi beluas circum se aspiceret. Que cum rictu oris morsum corpori minitarentur: intellexit hostis astutias. dixitq̄. Si a domino in me vobis est tributa licentia deuorate concessum. si autē demonum huc venistis impulsu quam totius abite. quia christi famulus sum. ita factum est. et cum iubentis voce omnis bestiarum multitudo quasi maiestatis verbere cederetur: aufugit. Non multi post hec fluxerant dies: et alia oritur cum eodem hoste certatio. Operante illo: nam semper vt venientibus pro his que sibi detulerant aliquod munusculum rependeret: laborabat: traxit quidam sportelle

texebat triciam:siue funiculũ. Ad cuius motum exurgens: vidit bestiã pubetenus humanam faciem preferentem: que exinde in asinam finiebatur. Post cuius aspectum vexillũ crucis in fronte sua pingens hoc tm̃ ait. Christi seruus sum. si ad me missa es nõ fugio. Nullũ in medio spaciũ. & statim informe prodigiũ dicto otius cũ satellitu3 turba fugit: & ĩ medio cursu ruens extinctũ est. Ista autem explosi mors atque enecatio prodigii: demonũ erat cõmunis interitus: qui omni studio laborãtes: antoniu3 a deserto deducere non valuerunt. Mirãdis plus mirãda succedũt. Nõ grãde post ista tẽpus excesserat. & tantarꝫ victoriarꝫ homo fratrum precibus vincitur. A monachis enim rogatus vt eos dignaretur inuisere. vna cũ his profectus est. iposttis camelo aqua & panibus: quia nusq̃ preter monasterii locũ ex quo hauserant. potalis aqua per arentẽ viam reperiebatur. Veru3 ĩ medio itinere: bibẽdi subsidia defecerunt. Ardor nimius. estus intolerabilis: morte3 cuncta minitantur. Circueunt. & querunt saltim collecta pluuiis lacuna3: nihil prorsus remedii: nihil occurrit penitꝰ ad salute3. Camelus quasi periturus. & ipse estuans dimittitur. estuans pectus exuritur: & sitis desperatione feruescit. Mouit sene3 fratrũ cõmune discrimen: & vehemẽtissime cõtristatus ingemuit. Dehinc ad solita precum auxilia confugiens paululum ab eis secessit: ibique genibus fixis: supplices manus tetendit ad dominu3. Nec mora: & ad primas rogantis lachrimas. ĩ orationis loco: fons ebulliẽs erupit. ibique extincta siti: & arentia membra refecta sunt. & plenis vtribus inuentum potant camelu3. Ita enĩ casu euenerat: vt camelus errans per heremũ: du3 funiculu3 trahit: in quodam lapide eiusdem alligatione funiculi teneretur. Tandem confecto itinere ad monachos: qui inuitauerant: peruenit. Tunc vero quasi patri omnes obuia3 currunt: & honorifico salutatu in oscula eius & amplexus certatim ruunt. Proposito ferventi gaudet antoniꝰ: & letantibꝰ de aduẽtu suo cunctis quasi exenia de monte portans: spiritualia impartitur alimenta. Laudat veterum studia. hortatur nouorum. Sororem quoque iam vetulam virgine3 videns. & aliarum puellarum magistram: mira exultatione sustollitur. Exinde quasi diu abesset ab heremo: rursum festinauit ad montem. Plurimis iam ad illum venientibus cum etiam vexati a demonibꝰ malo necessitatis coacti auderent deserta penetrare: quos ille consolans. & monachis in commune precipiens: aiebat. Credite in iesum fideliter. mentem a malis cogitationibus. carnem ab immundiciis seruate puram: & iuxta eloquia diuina. ne seducamini in saturitate ventris. Odite vanam gloriam. orate sepissime. psallite vespere & mane & meridie: & mandata scripturarum reuoluite. Recordamini gestoru3 que sancti quique fecerunt: vt exẽpli memoria animam incitet ad virtutem. refrenet a vitiis. Suadebat etiam: iugi meditatione retinendum apostoli sermonem quo ait: sol non occidat super iracundiã vestrã. Non tm̃ autem super iracundiam sole3. occidere nõ debere ĩterpretabatur. sed & super omnia delicta hominũ: ne peccatoru3 vnq̃ nostrorum. aut ĩ nocte luna. aut ĩ die sol testes abscederent. illius quoque ammonebat precepti quod dicit. Diiudicate vosmetipsos. & probate: ut rationem diei noctisq3 facientes: si in se delictum deprehendissent. peccare desisterent. sin autem nullus error decepisset. perseuerantes instarent potius incepto q̃ arrogantia tumidi aut alios contemnerent. aut sibi iusticiam vendicarent iuxta supradicti doctoris eloquium dicentis. Nolite iudicare ante tẽpus: magis debere eos christo: cui soli occulta patent: reseruare iudicium. Multas esse: ut scriptum est vias: que videntur hominibus iuste. sed fines earum ad profundum respicere ĩferni. Sepe nostra non posse nos intelligere peccata. sepe falli in ratione gestorum: aliud esse dei cũcta cernẽtis iudiciũ. q non ex superficie corporꝫ. sed ex mentium iudicat archanis

patriam:ꝛ parentibus iaʒ defunctis:par/
teʒ substantie fratribus partē pauperib⁹
largitus est nihil sibi omnino seruans:ꝛ ti
mens illud de actibus apostolorū ananie
ꝛ saphire: vel exemplū vel suppliciuʒ ma
ximeqʒ dominice sententie memor dicen
tis qui non renunciauerit omnibus que
possidet non potest meus esse discipulus.
Erat autē tunc annoruʒ quindecim. Sic
nudus ꝛ armatus in christo: solitudinem
que in septimo miliario a maiū agaçe em/
porio per littus euntibus egyptum:ad le/
uam flectitur:ingressus est. Cumqʒ essent
cruenta latrocinijs loca:ꝛ propinqui ami
ciqʒ eius iminens periculuʒ denunciarēt
contempsit mortem vt morteʒ euaderet.
Mirabantur omnes animuʒ:mirabātur
etatē nisi ꝙ flāma quedaʒ pectoris ꝛ scin/
tille fidei in oculis relucebāt. Leues erāt
gene:delicatū corpus ac tenue: ꝛ ad oēm
iniuriam impatiēs:quod leui vel estu vel
frigore posset affligi. Igitur sacco tm̄ mē/
bra coopertus:ꝛ pelliciuʒ habens:ꝛ empe
diten hoc est palliū:quod illi beatus anto/
nius proficiscenti dederat: sagumqʒ ru/
sticuʒ inter mare ꝛ paludeʒ:vasta ꝛ terri/
bili solitudine fruebatur:quindeciʒ tantū
caricas post solis occasuʒ edens. Et quia
regio latrociniis infamis erat: nunꝗ̄ in
eodeʒ loco quisꝗ̄ habitare consueuerat.
Uidēs hoc diabolus:quid faceret quo se
verteret: torquebat̄ qui gloriabatur an/
tea dicens. in celum ascendam: super si/
dera celi ponaʒ niduʒ meū ꝛ ero similis al
tissimo:cernebat se vinci a puero: ꝛ prius
ab eo fuisse calcatum:ꝙ̄ per etateʒ pecca
re potuisset. Titillabat itaqʒ sensus eius.
ꝛ pubescenti corpori eius insolita volu/
ptatuʒ icendia suggerebat. Cogebat̄ enī
tyrunculus xp̄i cogitare qđ nesciebat: et
eius rei aīo causā uoluere: cuius expimē/
ta non nouerat. Iratus itaqʒ sibi:ꝛ pect⁹
pugnis verberās quasi cogitatiōes cede
manus posset excludere:ego te inqt aselle
faciā vt nō calcitres:nec te ordeo alā:sed
paleis fameqʒ cōficiā:ꝛ siti grauiqʒ onerabo
pondere. Per est⁹ indigabo ꝛ frigora: vt
cibū potiusꝗ̄ lasciuiā cogites. Herbaruʒ
ergo succo ꝛ paucis caricis p⁹ triduū vel
quatriduū deficiēteʒ animā sustentabat
orans frequenter ꝛ psallēs:ꝛ rastro humū
fodiēs. vt ieiunioꝝ laborē labor opis du/
plicaret:simulqʒ fiscellaʒ hoc ē sportellaʒ
iunco texēs:emulabat̄ monachoꝝ egypti
disciplinaʒ:ꝛ apl'i sentētiā dicētis. Qui au
teʒ nō operat̄ nō manducet. Sic attenua
tus ꝛ i tātuʒ exhaustus corpore: vt ossib⁹
vix hereret:quadā nocte infātiū cepit au
dire vagitus:balatus pecoruʒ: mugitus
boum:plāctus quasi mulierculaꝝ: leonū
rugitus:murmur exercit⁹ ꝛ prsus variaꝝ
portēta vocum: vt ante sonitu ꝙ̄ aspectu
territ⁹ cederet. Intellexit hec eē demonū
ludibria: ꝛ ꝓuolut⁹ genib⁹: cruceʒ xp̄i si/
gnabat in fronte:taliqʒ armatus casside:
ꝛ lorica fidei circūdatus:iacēs forti⁹ ꝓlia/
batur:quodāmō videre desiderās quos
horrebat videre:ꝛ sollicitis oculis huc il/
lucqʒ circūspiciēs:cū interi ex improuiso
splēdēte luna:cernit redaʒ feruentib⁹ eqs
sup se irruere. Cumqʒ īclamasset iesuʒ:an
te oculos ei⁹ repētino terre hiatu:pompa
omnis illa absorta ē. Tūc ille ait. Equum
ꝛ ascēsoreʒ ꝓiecit ī mare. Et hi ī curribus
ꝛ hi ī equis:nos aūt ī noīe dn̄i dei nr̄i ma/
gnificabimur. Multe sunt tētationes ei⁹
ꝛ die nocteqʒ varie demonū īsidie:quas
si oēs narrare veliʒ:modū excedā volumi
nis. Quotiēs illi nudas mlieres cubāti ac
circūiacētes finxit:ꝛ multotiēs esurienti
largissime apparuere dapes. Interdū orā
teʒ lupus vlulās:ꝛ vulpecula gāniēs trāsi
liuit:psallētiqʒ gladiatoꝝ pugna spectacu
lū ꝓbuit: vt vn⁹ q̄si iterfect⁹ ꝛ ante pedes
illi⁹ corruēs sepulturā rogaret. Orabat se
mel fixo ī terram capite:ꝛ vt natura fert
homīuʒ:abducta ab orōne mēs nescio quid
aliud cogitabat:īsiliuit dorso ei⁹ festinus
agitator:ꝛ latera calcibus:ceruiceʒ flagel
lando verberans: eya inquit curre cur

dormitas? Et cachinnās desuper. si de/fecisset: an ordeū vellet accipe sciscitabat. Igitur a sextodecimo vsq3 ad vicesimuz. etatis sue annum: estus τ pluuias breui tu guriunculo declinabat: qđ iunco τ carice texerat: extructa deinceps breui cellula: que vsq3 hodie pmanet latitudine pedum quattuor: altitudine vero pedū quinq3: h est statura sua humiliorez: porro longitu/dine pauloq3 ampliorez q̄ eius corpuscu luz patiebatur: vt sepulchrū potius q̄ do mum crederes: Capilluz semel i anno: pa sche die totōdit. Supra nudaz humū hoc est terraz stratumq3 iunceuz: vsq3 ad mor tem cubabat. Saccum quo semel fuerat indutus nunq̄ lauans: superfluū dicens munditias in cilitio querere. Nec muta/bat alterā tunicā: nisi cū prior penitus scis sa esset. Scripturas quoq3 sanctas memo riter tenens: post orationē psalmos. quasi deo presente recitabat. Et quia longū est per diuersa tēpora magnalia ei⁹ dicere cō prehendam breuiter ante lectoris occu/los vitā eius pariter exponēs: τ deinceps ad narrādi ordinez regrediar. A vicesimo primo anno vsq3 ad vicesimūsextū p tres annos: dimidiū lētis sextariū madefactū aqua frigida comedit: τ aliis trib⁹ ānis pa nez aridū cuz sale τ aqua. Porro a vices simo septimo anno vsq3 ad tricesimū her/bis agrestibus: τ virgultoꝝ quorūdaz ra/dicibus crudis sustētatus est. A tricesimo autē primo vsq3 ad tricesimuz quintū an/nuz: sex vncias ordeacei panis: τ coctum modice olus absq3 oleo in cibo habuit. Sentiēs aūt caligare oculos suos τ totū corpus impetiginez τ pumiceā quandaz scabredinez contrahi: ad superiorez victū adiecit oleum. τ vsq3 ad sexagesimum ter/tium vite sue annuz. hoc continētie cucur rit tenore: nihil extrinsecus. aut pomoruz aut leguminis: aut cuiuslibet rei gustans. Inde cuz se videret corpore defatigatuz. τ propinquaz putaret imminere mortem: a sexagesimo quarto āno vsq3 ad octoge/simum pane abstinuit: incredibili feruore mentis: vt eo tēpore quasi nouus accede/ret ad seruitutem domini: quo ceteri solēt remissi⁹ viuere. Fiebat aūt ei de farina τ cōminuto olere sorbitiūcula: cibo τ potu vix quinq3 vncias appendentib⁹: Sicq3 cōplens ordinē vite: nunq̄ ante solis oc/casuz: nec ī diebus festis: nec ī grauissima valitudine soluit ieiuniuz. Sed iam tēpus est vt ad ordinez reuertamur. Cuz habita ret adhuc in tuguriunculo: annos nat⁹ de cez τ octo: latrones ad eū nocte venerūt: vel estimātes habere aliquid quod tolle rent: vel in contēptum sui reputantes fie ri: si puer solitarius eoꝝ ipetus non ptime sceret. Itaq3 inter mare τ paludē a vespa vsq3 ad solis ortū discurrentes: nunq̄ lo/cuz cubilis eius inuenire potuerūt. Por/ro clara luce repto puero. quasi per iocuz quid inquiūt faceres: si ad te latrones ve nirent? Quib⁹ ille respondit. Nudus la/trones non timeo. Et illi certe aiunt occi di poteris. Possuz inquit possuz: τ ideo la trones non timeo: quia mori paratus suz. Tunc āmirati constantiā eius τ fidē: con/fessi sūt noctis errorez. deinde vite polli/centes correptionē. Uigintiduos iaz ī solitudine habebat annos. fama tm̄ notus oībus τ p totas palestine vulgat⁹ vrbes. Cū interī mulier quedā eleutropolitane vrbis cernēs despectui se hri a viro ob ste rilitatē: iā eniz per annos quindecim nul/los coniugii fruct⁹ dederat: prima irrumpe re ausa ē ad btm̄ hylarionem: τ nihil tale suspicāti: repēte genib⁹ aduoluta: ignosce inquit audacie: ignosce necessitati mee. Quid auertis oculos? Quid rogātē fugis Noli me mulierē aspicere: sꝫ miserā. Hic sex⁹ genuit saluatorē: nō hñt sani op⁹ me/dico sꝫ q male hñt. Tādē substitit: τ p⁹ tm̄ tpis visa mlīere īterrogabat causas aduē tus ei⁹: ac fletuū. Et postq̄ didicit: leua/tis ad celū ocl'is redire eā iussit: eūtēq3 eā lachrymis psecut⁹ ē. Exacto aūtāno: vi/dit eā cū filio. Hoc signoꝝ ei⁹ pncipiū ali/ud maius signum nobilitauit. Aristhene elpidii q postea prefecūs ptorii fuit vxor valde nobil' īter suos: τ int xpiāos no/bilior reuertēs cū marito et trib⁹ liberis

A beato anthonio gaze propter infirmitatem eorum remorata est. Ibi enim siue ob corruptum aerem siue vt postea claruit propter gloriam hylarionis serui dei emitritei pariter arrepti: omnes a medicis desperati sunt. Jacebat vlulans mater: et quasi inter tria filiorum discurrens cadauera quem primum plangeret: nesciebat. Agnito autem quod esset quidam monachus in vicina solitudine: oblita matronalis pompe: tantum se matrem nouerat: vadit comitata ancillulis et eunuchis: vixque ei a viro suo suasum est: vt asello sedens pergeret. Ad quem cum venisset. Per eum te ait iesum clementissimum dominum nostrum obtestor per crucem eius et sanguinem: vt reddas mihi tres filios: vt glorificetur in vrbe gentilium nomen domini saluatoris. Ingrediatur seruus eius gazam: et marnas corruat: Renuente illo et dicente: nunquam se egressum de cellula: nec habere consuetudinem vt non modo ingrederetur ciuitates: sed nec villas ingrederetur: prostrauit se humi crebro clamitans. Hylarion serue christi redde mihi filios meos: quos antonius tenuit in egypto: a te seruentur in syria. Flebant cuncti qui aderant. sed et ipse negans lacrimabatur. Quid multa: Non prius mulier recessit: quam ille pollicitus est: se. post solis occasum gazam introiturum. Qui postquam venit: singulorum lectulos et ardentia membra considerans inuocauit ihesum. Et: o mira virtus: statim quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora acceperunt cibos: lugentemque matrem cognoscentes et benedicentes deum sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est et longe lateque percrebruit: certatim ad eum de syria et egypto populi confluebant: ita vt multi christiani fierent: et se monachos profiterentur. Nec dum enim tunc monasteria erant in palestina: nec quisquam monachos ante sanctum hylarionem in syria nouerat. Ille fundator et eruditor huius conuersationis et studii: in hac prouincia fuit. Habebat dominus ihesus in egypto senem antonium: et in palestina hylarionem iuniorem. Facidia viculus est rinocorure vrbis egypti: de hoc decem iam annis ceca mulier adducta est ad beatum hylarionem: allataque ei a fratribus: iam enim multi cum eo monachi erant: omnem suam substantiam se expendisse ait in medicos. Cui respondit. si que inquit in medicos perdidisti: dedisses pauperibus: curasset te verus medicus ihesus. Clamante autem illa et misericordiam deprecante: expuit in oculos eius: statimque saluatoris exemplum virtus eadem secuta est sanitatis. Auriga quoque gazensis: in curru percussus a demone: totus obriguit: ita vt nec manus agitare neque ceruicem posset flectere. Delatus ergo in lectulo cum solam linguam moueret ad preces: audiuit non prius posse se sanari quam crederet in ihesum: et sponderet arti pristine renunciaturum. Credidit: spopondit: sanatus est. magisque de anime quam de corporis salute exultauit. Preterea fortissimus iuuenis nomine messicas de territorio hierosolyme: tantum sibi plaudebat in viribus: vt quindecim frumenti modios: diu longeque portaret: et hanc haberet palmam fortitudinis sue: si asinos vinceret: Sed hic afflatus a pessimo demone. non cathenas: non compedes: non claustra ostiorum integra patiebatur: Multorum nasus et aures mordiciis amputauerat: horum pedes: illorum guttur fregerat: tantumque sui terrorem omnibus incusserat: vt oneratus cathenis et funibus: in diuersa nitentium quasi ferocissimus thaurus: ad monasterium protraheretur. Quem postquam fratres videre perteriti: erat enim mire magnitudinis: nunciauerunt patri. Ille sicut sedebat iussit eum protrahi: et dimitti: solutoque ait. Inclina caput et veni. Tremere miser cepit. et ceruicem flectere: nec aspicere ausus contra omnique ferocia deposita. pedes sedentis lambere cepit. Adiuratus itaque et extortus demon qui iuuenem possederat: septima die egressus est. Sed nec illud tacendum est. quod orion vir primarius et ditissimus vrbis achile: que mari rubro imminet: a legione demonum possessus: ad eum perductus est. manus. ceruix: latera pedes ferro onerata erant: furorisque seuitiam torui oculi minabantur. Cumque deambularet

sanctus cū fratribus. ⁊ de scripturis ne/scio quid interpretaretur erupit ille de manibus se tenentiū. Et du3 peruenisset ad sanctū hylarionē stati amplexās eū post tergū in sublime eleuauit. Et clamor ingēs ortus ē ab omnib⁹: timebāt eni ne cō fecta ieiuniis membra collideret. Et sanctus Hylarion ridens. silete inquit ⁊ mihi meū palestritā dimittite: ac sic reflexa super humeros manu: caput ei⁹ tetigit: apprehensoq3 crine: ante pedes suos adduxit: cōstringens e regione ambas man⁹ ei⁹ ⁊ plātas vtroq3 calcans pede: simulq3 cōgeminās torquere demonū turbas cepit. Cumq3 ille eiularet: ⁊ reflexa ceruice terra3 vertice tangeret: dn̄e inquit iesu o me miserū solue captiuu3: ⁊ vnū ⁊ plures vicere tuū ē. Rē loqr inauditā. Ex vno hoīs ore diuerse voces: ⁊ cōfusus populi clamor audiebatur. Curatus itaq3 et hic post non multū tēporis cū vxore ⁊ liberis vēit ad mōasteriū: plurima q̄si grā3 reddi tur⁹ dona afferēs. Cui sāct⁹ ait. Nō legisti qd giezi. qd symon passi sūt: quor alt' acceptit preciū: alter obtulit vt ille venderet gratia3 spūs sancti: hic mercaretur. Cūq3 orion flēs diceret accipe ⁊ da pauperib⁹ Tu meli⁹ inquit tua potes distribuere q p vrbes ambulas ⁊ nosti pauperes: ego qui mea relīq cur aliena appetā? Multis nomen pauperum: occasio auaricie est. Misericordia artē non hēt. Nemo meli⁹ erogat q̄ q sibi nihil reseruat. Tristi aūt ⁊ in harena iacenti: noli inqt ɔtristari fili: qđ facio ꝓ me: ⁊ pro te facio. Si eni3 hec accepo: ⁊ ego offēdā deū: ⁊ ad te legio reuertet. Quis vero silentio possit preterire q̄ ɜazanus mayumites haud longe a monasterio eius: lapides ad edificandum de ora maris cudēs: tot⁹ palysi solut⁹ ē: ⁊ ab opariis sociis delat⁹ ad sanctū hylarionē stati3 ad op⁹ reuersus ē. Et.n. litt⁹ qđ palestine egyptoq3 pretenditur: per naturam mollib⁹ harenis in saxa durescentib⁹ aspe ratur paulatiq3 coherens sibi glarea perdit tactū: cū nō pdat aspectū. S3 ⁊ italic⁹ qdā eiusde3 oppidi municeps christianus aduersu3 gazēsū vir marne idolo deditū: circi eq̄s curules nutriebat: hoc sigdē i romanis vrbib⁹ iā ex inde seruabat a romulo: vt ꝓpter felicē sabinar raptū conscio quasi cōsilior deo quadrige septeno currant circuitu: ⁊ equos ptis aduerse frāgere victorie sit. Hic itaq3 emulo suo habente maleficū qui demoniacis qbusdā p̄cantationib⁹ ⁊ huius p̄pediret equos: ⁊ illi⁹ cōcitaret ad cursum: venit ad beatū hilarionē: ⁊ nō tā aduersariū ledi q̄ se defendi obsecrauit: Ineptu3 visu3 ē venerādo seni in huiuscemodi nugis oratiōem pdere. Cūq3 subrideret ⁊ diceret: cur eni nō magis equorū preciū ꝓ salute aīe tue paupe ribus erogas? Ille respondit functionē esse publicā: ⁊ hoc se non tā velle q̄ cogi nec posse hoīem xp̄ianū vti magicis artibus: sed a suo poti⁹ xp̄i auxiliū petere: maxime cōtra gazenses aduersarios dei nō tā sibi q̄ ecclesie xp̄i isultantib⁹. Rogatus ergo a fratrib⁹ q aderāt sanctis pa teram fictilem i qua bibere consueuerat: aqua iussit ipleri: eiq3 tradi. Quā cū accepisset italicus: stabulum ⁊ aurigas suos curruūq3 repagula asp̄sit. Mira vulgi expectatio. Nam ⁊ aduersari⁹ hoc ipsū irridēs diffamauerat: ⁊ fautores italici sibi certati victoriā pollicētes exultabant igit' dato signo hi auolāt: illi p̄pediūt' sub horu3 curru rote feruēt. illi p̄teruolātiū terga vix cernūt. Clamor vulgi nimi⁹. ita vt ethnici quoq3 ipsi concreparent: marnas victus a xp̄o ē. Porro furētes aduersarii: hylarionē maleficū xp̄ianor ad supliciū poposcerāt. Indubitata ergo victoria ⁊ illis ⁊ multis dehinc circensibus plurima fidei occasio fuit. De p̄'ato gazēse emporii oppido: ꝓpter virginē dei: vicin⁹ iuuenis amando deperib̄at. Qui cū frequēt' tactu: iocis: nutib⁹ sibil' ⁊ cet'is huiuscemodi q̄ solēt morituré v̄ginitatis eē p̄n cipia: nihil ꝓfecisset: perexit mempbim: se vt cōfesso vulnere suo: magicis artib⁹ rediret ad v̄ginē. Igit' post annū edoct⁹ ab esculapii uatib⁹ nō remediātis aīas s3 pdētis: venit p̄sumptū animi stuprū gestiens

et subter limē domus puelle: quedam tor
menta verbor: et portētuosas figuras scul-
ptas ī eris cupri lamina defodijt: ilico īsa-
nire virgo et amictu capitis abiecto: rota
re crinem: stridere dentibus: iclamare no
mē adolescentis cepit. Magnitudo quippe
amoris se in furorem verterat. Perducta ergo
a parentib9 ad monasteriū seni tradit: vlu
lante stati et cōfitēte demōe. vim sustinui
inquit: iuit9 huc adductus sum. O bene
memphis somniis homines deludebā. O
cruces o tormēta que patior. Exire me co
gis: sz ligatus subter limen licio et lamina
teneor: Non exeo nisi me adolescens qui
detinet dimiserit. Tūc senex ait. Grādis
fortitudo tua: q licio et lamīa strict9 tene-
ris. Dic quare ausus es ingredi puellā dī:
Ait vt seruarē virginē. Tu ingt seruares
perditor castitatis: Quare nō poti9 ī eum
qui te mittebat ingressus es: Ut quid in-
quit itrassez i illū: q habebat collegā me-
um amoris demonē. Noluit autez sanct9
anteq purgaret virginē vel adolescentē
vel signa iubere perquiri: ne aut solutus
incantationibus recessisse demō videret:
seu ipse sermoni eius accōmodasset fidez
asserens fallaces esse demones: et ad simu
landū callidos: sed magis reddita sanita
te icrepauit virginē: cur fecisset talia p q
in eā demon intrare potuisset. Non so-
lū autē in palestina et vicinis egypti vl sy-
rie vrbibus: sed etiā i longinquis prouinci-
is fama ei9 creuerat. Nāqz cādidat9 cōstā-
tini īpatoris: rutilus coma et candore cor-
poris īdicās prouinciā: int saxones quippe et
alamānos gens ē: non tā lata q valida q
apud hystoricos germania nūc frācia vr
antiq ab infantia possessus demone q no
ctib9 cū vlulare: igemiscere: et fremere dē
tib9 cōpellebat. secreto ab īperatore eue-
ctionē petit: causā ei simpliciter īdicās. Et
acceptis ad cōsularē qz palestine litteris
cū ingēti honore et comitatu ad gazā ddu-
ctus ē. Qui cū a decurionib9 loci illius q-
sisset: vbi habitaret hylarion monachus:
territi gazēses: et putātes aliqua ratione
eū ab īperatore missū: ad monasteriū con

citi precexerūt: vt et honorē cōmendato ex-
biberet. Et si que de preteritis iniuriis hy
larioni essēt offense: nouo officio deleren-
tur. Deābulabat autez nunc senex in bare
nis mollibus: et secuz de psalmis nescio qd
murmurabat: vidensqz tantaz turbā ve-
nientiuz: substitit: et resalutatis omnibus:
manu eis benedicens post horam ceteris
abire precepit: illū vero cuz seruis suis: et
apparitorib9 iussit manere. Ex oculis. n.
ei9 et vultu: cur venisset: agnouerat. Mox
ergo ad iterrogationē suspensus hō vt vix
terrā pedibus tangeret: i manc rugiens:
syro quo interrogatus fuerat sermone re-
spōdit: videres de ore barbaro: et qui fran
ceā tm et latinā liguā nouerat: syra ad pu-
rū verba resonare: vt nō stridor nec aspi-
ratio: non idioma aliqd palestini deesset
eloquii. Cōfessus est itaqz quo i eū intras-
set ordine: et vt interpretes eius intellige-
rent: qui grecā tantuz et latinā linguaz no
uerant: grece quoqz eum interrogauit.
Quo similiter et in verba eadem respondē-
te: multasqz icantationū occasiones et ne-
cessitates magicaruz artium ostendente
non curo: ait quomodo intraueris: sed vt
exeas in nomine domini iesu christi im-
pero. Cūqz curatus eēt simplicitate rusti
ca decez auri libras offerēs. ordeaceū pa
nez ab eo accepit audiens q qui tali cibo
alerentur: aurū pro luto ducerent. Parū
est de hominib9 loqui: bruta quoqz aīalia
quottidie ad eū furētia ptrahebant equo
ruz seu vaccaz. Cameluz enormis magni
tudinis: qui multos iam obtriuerat: trigi-
ta et eo amplius viri distentuz solidissimis
funibus cū clamore adduxerūt. Sangui-
nei erāt oculi: spumabat os: volubilis lin-
gua vrgebat: super oēm terrorē rugit9 p-
sonabat imanis. Jussit igit dimitti senex:
statimqz et q adduxerāt: et q cū sene erāt:
vsqz ad vnū omnes diffugierūt. Porro
ille solus perrexit obuiā: et sermone syro nō
me iqt terres zabule tāta mole corporis:
Et in vulpecula et i camelo vnus atqz idē
es. Et interim porrecta stabat manu. Ad
quē cū furens et quasi deuoratura seuiēs

belua puenisset:statis corruit: submissumqz caput terre coequauit: mirantib⁹ cūctis qui aderant. post tātam ferociam tantam subito mansuetudinez: docebat autē eos senex: dominuz causa diaboluz etiā iumē ta corripere: et tanto eorum ardere odio: vt nō soluz ipsos sed ea quoqz que ipsorum essent: cuperet interire. Huiusqz rei pponebat exempluz: qꝫ anteqꝫ beatū Job temptare permitteret: omnez substantiā ei⁹ interfe cerit: nec mouere quēpiaz debere: qꝫ do mini iussione duo milia porcorum a demoni bus interfecta sunt: siquidez eos qui vide rant nō potuisse aliter credere exisse d̄ ho mine tantā demonum multitudinem. nisi grandis porcorum numerus: et quasi a mltis actus pariter corruissent. Temp⁹ defici et si volucro vniuersa signa que ab eo sūt perpetrata dicere. In tantā a domino ele uatus fuit gloriā: vt beatus quoqz anto nius audiens conuersationez eius. scriberet ei: libenterqz eius epistolaz sumeret: ac si quādo de syrie partib⁹ ad se languentes p rexissent. diceret eis. Quare nos tam lon ge vexare voluistis: cū haberetis ibi filiū meuz hylarionē. Exēplo itaqz eius p totā palestinā innumerabilia monasteria cē ce perunt. et omnes ad eū monachi certatim currere. Qꝫ ille cernens laudabat xpi gra tiaz: et ad profectū anime singulos cohor tabatur: dicens preterire figuram mundi hui⁹: et illā veram esse vitam que pn̄tis vi te emeretur incommodo: volens autem exemplū eis dare etiā humilitatis et offi ciū: statutis diebus ante vindemiā: lustra bat cellulas monachorum. Quod postqꝫ co gnituz eēt a fratribus: oēs prius ad eū cō fluebāt: et comitāti tali duce circuibāt mo nasteria: hn̄tes viaticū suuz: quia interduz vsqz ad duo milia hominū cōgregabant. Sed et pcedente tēpore: vnaqueqz villa vicinis monachis ad susceptionē sanctorum gaudens cibos offerebat. Sane quantuz fuerit in eo studii: nullū fratrez qꝫuis hūi lez: qꝫuis pauperē pterire illud indicio ē: qꝫ vadens in desertum cades: ad vnū ex di scipulis suis visendū cum infinito agmine monachorum peruenit helusaz: eo forte die quo anniuersaria solēnitas omnez oppidi populū i tēplū veneris cōgregauerat. Co lunt autez illaz ob luciferū: cuius cultui sarracenorum natio dedita est: is et ipsuz op pidum ex magna pte semibarbarum esse propter loci situz dicitur. Audito qꝫ sanct⁹ hilarion preteriret: mltos eni sarracenorum arreptos demone frequenter curauerat: gregatis ei cuz vxoribus et liberis obuiaz processerūt: submittentes colla et voce sy ra barech idest benedic iclamātes. Quos ille blande humiliterqz suscipiēs: obsecra bat vt deum magis qꝫ lapides collerent: simulqz vbertiz flebat. celum spectans: et se pollicens si christo crederēt: ad eos cre bro venturum. Mira domini gratia: nō prius cum abire passi sunt: qꝫ future eccle sie limitem mitteret: et sacerdos coruz. vt erat coronatus christi signo denotaret. ¶ Alio quoqz anno cum exiturus eēt ad vi sēda monasteria: et dirigeret i scedula apd̄ quos maneret: et quos in transitu visitare deberet: scientes monachi quendaz d̄ fra trib⁹ parciorem: simulqz cupientes vicio eius mederi: rogabant vt apud eū mane ret: Et ille quid inquit vultis et vobis iniu riam: et fratri vexationem facere? Quod postqꝫ frater ille parcus audiuit: erubuit: et adnitentibus cunctis vix ab inuito ipe trauit vt suuz quoqz in mansionum ordi nem poneret. Post diem ergo decimum venerunt ad euz: custodibus iaz in vinea quasi villa esset aliena: ab eo dispositis: q cum lapidibus et glebarum iactu: fūdeqz vertigine accedētes deterrerēt: sine esu vuarum mane omnes profecti sunt riden te sene: et dissimulāte se ante scire qd̄ eue nerat. Porro suscepti ab alio monacho cui⁹ sabbas vocabulū ē: debem⁹ qppe pci tacere vocabulū. Largi dicere: qa domi nicus erat dies: inuitabant ab eo cūctiuer si ad vineā vt ante horā cibi vuarum pastu laborē vie subleuarēt. Et senis hilarion maledict⁹ ait: q prius refectionez corporis qꝫ aie quesierit. Orem⁹: psallam⁹ redda mus dn̄o officiū: et sic ad vineā pperabitis.

Completo itaq3 ministerio i sublimi stās: benedixit vinee: ꝛ suas ad pascendū dimisit oues. Erant autē qui vescebantur: nō minus tribus milibus. Cumq3 centū lagenis extimata adhuc integra fuisset vinea: post dies viginti trecētas fecit. Porro ille parcus frater multominus solito colligens. etiam id quod habuerat: versum in acetū sero doluit. Hoc aūt multis fratribus senex: ante futurꝫ dixerat. Detestabatur autē precipue monachos: qui infidelitate quadā3 in futurꝫ seruarent sua. ꝛ diligentiā haberēt vel sumptuū: vel vestiu3: aut alicuius rei cum seculo transeuntis. Deniq3 vnū de fratribus i quinto a se miliario manente3: quia cōperit hortli sui nimis cautu3 timidumq3 custode3: ꝛ pauxillum habere nūmorꝫ ab oculis suis abegerat. Qui volens sibi reconciliare senē: frequenter veniebat ad fratres: maxime ad esyciu3: quo ille vehementissime delectabatur. Quoda3 ergo die ciceris fasce3 virentis sicut in herbis erat: detulit: Que3 cum ad vesperꝫ esycius posuisset in mensam: exclamans senex se putore3 eius ferre nō posse simulq3 vnde eēt iterrogauit. Respondente autē esycio ꝙ frater quidā primitias agelli sui fratribus detulisset: nō sentis ingt putorē teterrimum ꝛ in cicere facere auariciā. Mitte bobus: mitte brutis animalibus: ꝛ vide si comedāt. Quod cum ille iuxta preceptū in presepia posuisset: exterriti boues ꝛ plꝰ solito mugiētes ruptis vinculis in diuersa fugierunt. Habebat enī senex gratia3 hanc: vt ex odore corporum vestiumq3: ꝛ earꝫ rerum quas gs tetigerat: sciret cui demoni vel cui vicio subiaceret. Igit senex sexagita tres hñs ānos vite: cernēs iā grāde mōasteriū ꝛ multitudinē fratru3 secu3 habitantium: turba'q3 corꝫ qui diuersis langoribus ꝛ imūdis spiritibus occupatos ad se deducebant: ita vt omni genere hominū solitudo p circuitu3 repleretur: flebat quottidie ꝛ incredibili desiderio cōuersationis antiq recordabatur: interrogatꝰ aute3 a fratribus quid haberet cur se cōficeret: aiebat. Rursus ad seculū redij: ꝛ recepi mercedē meā in vita mea. En omnis palestina ꝛ vicine prouīcie extimāt me alicuius eē momenti: ꝛ ego sub ptextu monasterij dispensationē fratꝝ: ville possessiōes ꝛ suppellectile3 hēo. Seruabat ḡ intente a fribꝰ maximeq3 ab esycio: q miro amore venerationis seni deditus erat. Que cū ita lugens biēnio tractaret: aristhene illa cuiꝰ latius supra fecimꝰ mētionē: pfecti tūc vxor sed nihil de ābitu pfecti hñs: venit ad eu3: volens etiā ad antoniū pgere. Cui ille flens ait. Vellē ipe quoq3 ire si nō carcere huiꝰ monasterij clausus tenerer: ꝛ si eundi fructus eēt. Biduo enī hodie ē ꝙ ex hac luce subtractꝰ: ꝛ totꝰ mundus tali parente orbatus ē. Credidit illa ꝛ substitit: ꝛ pꝰ paucos dies veniēte nūcio: antonij dormitione3 audiuit. Mirent alij signa sci hylarionis ꝛ portēta q̄ fecit: mirent icredibilem abstinentiā: sciā3: humilitatē: ego nihil ita stupeo: ꝙ gloriā illā ꝛ honorē calcare potuisse. Cōcurrebāt epi: psbyteri. clericorū ꝛ mōachorꝫ greges: matrone quoq3 xpianorꝫ grādis tēptatio ꝛ hic ide ex vrbibus ꝛ agris vulgꝰ ignobile: sed ꝛ potētes viri ꝛ iudices: vt benedictū ab eo panē vl' oleu3 accipent. at ille nihil aliud nisi solitudinem meditabat: itantū vt q̄dam die pficisci statuerit ꝛ adducto asello: nimijs ppe exesus ieiunijs vix igredi poterat. iter arripe conaret. Qui cu3 p heremū isset: ꝛ q̄si vastitas ꝛ exitiū palestie idiceret pl'q̄ decē milia hoīu3 diuerse etatis sexꝰ ad retinēdū ꝯgregata sūt. Immobilis ille ad p̄ces. ꝛ baculo harenā discutiēs: loq̄batur. Fallacē deū meū nō facio: nec possu3 videre subuersas ecclesias: calcata xpi altaria: filiorꝫ meorꝫ sāguinē. Uniuersi aūt q aderāt itelligūt reuelatū ei qddā eē secreti: q̄d nollet ꝯfiteri: ꝛ nihilominꝰ custodiebāt eū ne pficisceret. Decreuit ḡ publica voce oēs cōtestās n̄ cibi se nec potꝰ qppiā sumere. nisi dimitteret. Et pꝰ septē dies i edie tādē relaxatꝰ causa: ac vale dicēs plurimis: cū ifinito agmine psequentiū venit bethyriū: vbi psuasis turb vt reuerteret

elegit quadraginta monachos qui habe/bant viaticū: vt possent ieiunantes ingre/di .i.post solis occasuz cibū sumere. Quin/ta igit die venit pelusiū visitatisqz q i vici na heremo: et in loco q lychonos dicitur: morabantur preexit triduo ad castrū thon baston: vt videret dracontiū epm et cōfes sorē q ibi exulabat. Quo incredibiliter cō solato tāti viri p̄ntia: p⁹ aliud triduū mul/to labore babillonē p̄uenit: vt inuiseret phi lonē epm et ipsuz cōfessorē. Cōstātius eniz rex arrianoꝝ fauēs heresi vtrumqz in ea loca deportauerat. Inde egrediēs p biduum venit ad oppidū afroditon: vbi cōuen to dyacone baysano: qui locatis dromedibus: camellis. ob aque i heremo penuriā ɔsueuerat eūtes ad antoniū ducere cōfes sus ē fratribus instare diē dormitiōis beati antonij: et puigilē noctē in ipso q̄ defun ctus fuerat loco: a se ei debere celebrari. Tribus ergo dieb⁹ p vastā et terribilē soli tudinē: tandem ad mōtez altissimū puene runt: repertis ibi duobus monachis: Isa/ac videlicet et plusiano: quoꝝ ysaac inter/pres antonij fuerat. Et qz se prebet occa/sio: et ad id loci venimus: dignū videt bre ui sermone habitaculū tāti viri describe/re: Saxeus et sublimis mōs per mille cir/citer passus ad radices suas aquas expri/mit quaꝝ alie harene ebibūt: alie ad infe/riora dilapse paulatiz riuuz efficiunt. Su/pra quē ex vtraqz ripa palme innumera/biles: multū loco et amenitatis et comodi tribuunt. Videres nanqz senes huc atqz illuc cū discipulis bti Antonij discurre/re: hic aiebāt psallere: hic orare: hic opari. hic fessus residere solit⁹ erat. Has vites has arbusculas ipse plantauit: illā areolā manibus ipse composuit: Hāc piscinaz ad irrigandū hortulū mlto sudore fabricat⁹ est: istū ad fodiendū humū plurimis annis hūit. Iacebat vo in stratu ei⁹: et q̄si calēs adhuc cubile deosculabat. Erat autē cel/lula non plus mensure p quadrū tenēs: q̄ hō dormiens extendi poterat. Preterea in sublimi montis vertice quasi p cocleā ascendētibus: et arduo valle nisu due eius dem mensure cellule videbant: i quibus veniētiū frequentiā et discipuloꝝ suorum ɔtuberniam fugiēs morat⁹ est: verū he in viuo excise saxo: hostia tm̄ adita habebāt: postq̄ autē ad hortulū venerant: videtis inqt ysaac hoc pomeriū arbusculis cōsitū et olerib⁹ virēs: anī hoc ferme trienniū cū onagroꝝ grex vastaret: vnū e ductorib⁹ eoꝝ stare iussit baculoqz tūdēs latera ei⁹ ait. Quare comedistis qd nō seuistis? Et exinde exceptis aqs ad q̄s potādas ven/titabāt: nunq̄ eos nec arbusculas nec ole ra ɔtigisse dicebāt. Preterea rogabat se/nex vt sibi locum tumuli ei⁹ ostenderent. Qui cū seorsuz eū abduxissent vtꝝ ne mō strauerit ignorat: cēz occultandi iuxta pre ceptū bti antonij fuisse re ere: es: ne pga/mus q i illis locis ditissim⁹ erat: sublato ad villā suā sancti corpore martiriū fabrica/ret. Igitur reuersus a froditon: duob⁹ tm̄ secū fratrib⁹ i vicina heremo moratus ē: tāta abstinētia et silētio dedit⁹: vt eū pri mū se cepisse xp̄o fuire diceret. Porro iā triēniū erat q̄ clausuz celū illas t̄ras are/fecerat ita vt vulgo dicerēt antonij mor/tē etiā elemēta lugere. Fama quoqz hila rionis nō latuit incolas loci illi⁹ et certatiz viri et mlieres ore luridi et attēnuati fame pluuias a fuo xp̄i.i.a successore Antonij deprecabant. Quos ille cernēs mire do/luit: eleuatisqz ad celū oculis. et vtrasqz in sublime erigēs palmas statiz impetrauit qd rogauerat. Ecce aūt sitiēs harenosa/qz regio postq̄ pluuiis irrigata ē tātā fpē tiū et venenatoꝝ aīaliū ex iprouiso ebuli/uit mltitudinē: vt pcussi inumerabiles ni si ad hilarionē cōcurrissent: statiz iterirēt. Bndicto itaqz oleo vniuersi agricole at/qz pastores: tāgētes vulnera: certā salu/tē p̄sumebāt. Videns aūt se etiā ibi miris honorib⁹ affici: preexit alexādriā īde ad ite/ri⁹ monasteriū oasan trāsitur⁹: et qz nunq̄ ex q̄ ceperat eē monach⁹ i vrbib⁹ māserat diuertit ad quosdā frēs notos sibi in bru/chiū haud pcul ab alexādria. Qui cū mi/ro gaudio suscepissēt senē: et iā vicina nox eēt repēte audiūt discipulos ei⁹ asinū ster

nere. illuzqz pare pficisci: itaqz aduoluti pedib⁹ ei⁹ rogabāt ne hoc faceret: ⁊ ante limē pstrati: citius se mori q̄ȝ carere tanto hospite testabant̄. Quibus ille respondit. Idcirco abire festino: ne vobis molestiaȝ generē. Certe ex posteriorib⁹ cognoscetis nō frustra me subito recessisse. Igitur gazēses altera die cū littorib⁹ pfecti: nam pdie eū venisse cognouerāt itrātes monasteriū: cū illuȝ minime reperissent tādiuicē loquebant̄. Nōne vera sunt q̄ audiuim⁹? Magus est: ⁊ futura cognoscit. Urbs enī gaza postq̄ȝ profecto de palestina hilarione: iulianus iperio successerat. destructo monasterio ei⁹: pcibusq̄ȝ ad iperatorē datis ⁊ hylariōis ⁊ esycii mortē ipetrauerat: amboqȝ vt q̄rerent̄ toto orbe scriptuȝ est. Egressus ḡ sanctus hylarion de bruchio p inuiā solitudinem intrauit oasā: ibiqz anno plus min⁹ exacto: quia illuc quoqz euȝ sui fama puenerat: quasi iā in oriente latere n̄ posset: vbi m̄lti illū ⁊ opinione: ⁊ vultu nouerāt: ad solas nauigare isulas cogitabat: vt quē terra vulgauerat: saltē maria celarēt. Eodē ferme tēpore adrianus discipulus ei⁹ de palestina supuenit dicēs iulianū occisū: xp̄ianū iperatorē regnare cepisse: reuerti i euȝ debere ad monasterij sui reliquias. Quod ille audiēs ꝯtestat⁹ est: ⁊ conducto camello per vastaȝ solitudinē venit ad maritimā vrbē lybie parato niuȝ. vbi adrianus ifelix volens palestinā reuerti: ⁊ pstinā sub nomine magistri querens gloriā: multas ei fecit iiurias. Ad extremū ꝯuastatis: que a fratribus ei missa detulerat: nesciente eo pfect⁹ est. Super hoc sane: qa alter loc⁹ referendi nō ē: hoc aūt tm̄ dixeriȝ in terrorē eoꝝ qui magros despiciūt ꝙ p⁹ aliquātū tēporis morbo regio cōputruerit: Habēs ḡ senex zazanum secuȝ: ascēdit classeȝ: ⁊ siciliā nauigabat. Cūqz venūdato euāgelioꝝ codice quem manu sua adolescēs scripserat dare naulum disponeret: i medio ferme adria naucleri fili⁹ arrept⁹ demone: clamare cepit ⁊ dicere. Hilarion fue dei cur nobis per te ⁊ i pellago tutos cē non licet? Da mihi spaciū. donec ad terrā ueniam: nec hic eiectus precipiter in abyssos. Cui ille. si deus meus ait tibi concedit vt maneas: mane: sin autē ille te eijciet: qiud mihi iuidiaȝ facis homini peccatori atqz medico? Hoc auteȝ dicebat: ne naute ⁊ negociātes q in naui erāt: secū ad terrā puenissent: proderent. Nec multo p⁹ purgatus est puer: patre fidē dāte ⁊ ceteris qui aderāt: nulli se super nomine ei⁹ locuturos: Ingressus autē pachinuȝ promontoriū sicilie: obtulit nauclero euāgeliuȝ pro subuectiōe sua ⁊ zazanni. Qui nolēs accipe: maxime cuȝ videret eos excepto illo codice: ⁊ his qb⁹ vestiti erant amplius nihil habere: ad extremuȝ iurauit se nō acceptuꝝ. Sed ⁊ senex assensus ē fiduciā pauperis cōscientie ⁊ i eo magis letabat̄ ꝙ nihil haberet seculi: ⁊ ab accolis illius loci mendic⁹ putaretur. Porro recogitās ne negociatores de oriente veniētes se notuȝ facerent: ad mediteranea fugit loca: idest i vicesimo a mari miliario. ibiqz in quodaȝ deserto agello lignoꝝ quottidie fasceȝ colligans: iponebat collo discipuli quo in pxima villa venundato: ⁊ sibi alimoniā: ⁊ his qui forte ad eos veniebāt: pauxillū panis coemebant. Sed vere: iuxta qđ scriptuȝ est. nō pōt ciuitas latere sup mōtē posita. Scrutarius quidā dū i basilica beati petri ap̄li rome torqueret̄: proclamauit i eo imūd⁹ spirit⁹. Ante paucos dies siciliā igressus ē hylarion fu⁹ xp̄i: ⁊ nemo eū cognouit. vt putat se eē secretū: ego vadā ⁊ pdā illuȝ. Statimqz cū fuis suis ascensa i portu naui. appulsus ē pachinū: ⁊ ducēte demone āte tuguriū senis pstrat⁹ illico curat⁹ ē: H initiū signoꝝ ei⁹ in sicilia. inumerabilē deinceps ad eū egrotātiū: sȝ ⁊ religiosoꝝ hominū adduxit m̄ltitudinē: itantū vt de p̄morib⁹ viris tumens quidaȝ morbo intercutis: atqz eadē die q̄ ad euȝ venerat curat⁹ sit. Qui postea offerēs ei ifinita munera. audiuit dictū saluatoris ad discipulos. Gratis accepistis: ḡtis date. Cum hec ita gerūt̄ i sicilia: esyci⁹ discip̄ls ei⁹ toto senex orbe q̄rebat: lustrās littora. d̄serta pe

netrans: et hanc tm̄ habens fiduciã: quia vbicumq3 venisset diu latere non posset. Transacto ergo iã triennio: audiuit mo thōe a quodã iudeo: vilia populis scruta vendēte ꝓphetã xp̄ianoꝝ apparuisse i sici lia: tanta miracula et signa faciētē: vt de veteribus sanctis putaretur. Interrogãs itaq3 habitũ eius: et incessũ: et linguã ma ximeq3 etatē: discere nihil potuit. Ille enĩ qui referebat: famã ad se venisse hominis testabat. Ingressus ergo adriam ꝓspero cursu venit pachinũ: et in quadã curui lit toris villula: famã senis sciscitãs: consona oium voce cognouit vbi esset: quid age ret: nihil ita in eo cunctis admirantib⁹ q̃ ꝙ post tanta signa atq3 miracula: nec fra gmen panis quidē a quoq̃ i illis locis ac cepisset. Et ne longũ faciã sermonē scũs vir esycius: ad magistri genua ꝓuolutus plantasq3 eius lachrymis rigans: tãdē ab eo subleuatus: post bidui triduiq3 sermo nes audiuit a zazano: nō posse senem iam in illis habitare regionibus: sed velle ad barbaras quasdã pergere nationes vbi et nomē et sermo eius ignot⁹ foret. Duxit ita q3 eũ ad epydauꝝ dalmacie oppidũ: vbi paucis diebus in vicino agello mansitãs nō potuit abscondi. Siquidē draco mire magnitudinis quos gētuli sermone boas vocant: eo ꝙ tã grandes sint: vt boues glutire soleant: omnes late vastabat pro uinciam: et nō solũ armēta et pecudes: sed et agricolas quoq3: atq3 pastores tractos ad se: vi spirit⁹ absorbebat. Cui cũ pirã iusˀ sisset preparari: et oratione ad xp̄m missa euocato precepisset strue3 lignoꝝ scande re: ignē supposuit: cũctaq3 spectante ple be: immanem bestiã cōcremauit. Unde estuans quid faceret. quo ve se verteret: aliã parabat fugam: et solitarius terram mente perlustrans: merebat ꝙ tacente de se lingua miracula loquerentur: Ea tempestate terremotu totius orbis qui p⁹ iuliani mortē accidit: maria regressa sunt terminos suos: et quasi rursũ deus dilu uiũ minaretur: vel i antiquũ chaos redirēt oia. naues ad ꝑrupta dilapse mōtiũ pepē derũt. Quod cũ viderēt epidauritani: fre mentes videlicet fluctus: et vndaꝝ molē et mōtis rugitum littoribus inferri: verē tes qđ iã euenisse cernebant: ne oppidum funditus subuerteretur: egressi sũt ad se nem: et quasi ad preliũ ꝓficiscentes posue runt eũ i littore. Qui cũ tria crucis signa pinxisset i sabulo maris: manusq3 cōtra tē deret: incredibile dictu est in quãtã altitu dinē intumescēs mare: ante eũ steterit: ac diu fremēs: et quasi ad obicē indignans: paulatĩ in semetipsũ relapsũ sit. Hoc epidaurus et omnis illa regio vsq3 hodie predicat: matresq3 docent filios suos: ad memoriam in posteros transmittendã: ve re illud qđ et ad apostolos dictũ ē: si credi deritis dicetis mōti huic: trãsi i mare et fi et: etiã iuxta lr̃ã impleri põt: si tamē quis habuerit aploꝝ fidē: et talem qualē illis habendã dn̄s imperauit. Quid enĩ interest vtrũ mons descēdat in mare: an immēsi vndarũ montes repente obriguerint: et ante senis tm̄ pedes saxei ex alia pte mo liter fluxerint. Mirabatur oĩs vrbs et magnitudo signi salinis percrebuerat. Qđ intelligens senex in breui lembo clã no cte fugit: et inuēta post biduũ oneraria na ui prexit cyprũ. Cumq3 inter maleas et cytherã pyrate derelicta classe in littore que non antemna s3 conto regitur duo bus haud paruis myoparonib⁹ de se dro mone occurrissent: denuo hinc inde fluct⁹ verrente remige: omnes qui in naui erãt trepidare: flere discurrere: preparare con tos: et quasi non sufficeret vnus nuncius: certatim seni pyratas adesse dicebant. Quos ille procul intuens subrisit: et cōuer sus ad discipulos modice inquit fidei qua re trepidastis? Nũquid plures sunt hi q̃ pharaonis exercitus? et tamen omnes deo volente submersi sunt. Loqueba tur et nihilominus spumantibus rostris ho stiles carine iminebãt: iactu tm̄ lapidis in medio. Stetit ġ i ora nauis: et porrecta cō tra vēientes manu: hucusq3 ait vēisse suf ficiat. O mira rerũ fides stati resiliere na uicule et ipellētib⁹ ɔ remis ad pupĩ ipet⁹

redijt. Mirabantur pyrate: post tergum se redire nolentes: totoqз corporis nisu vt ad nauigiū peruenirent: veloci⁹ multo ꝙ̄ venerant: ad littus ferebant. Pretermit-to cetera ne videar ī narratione signorꝫ volumen extendere: hoc solꝫ dicaз: ꝙ ꝓspero cursu inter cicladas nauigans: hinc inde clamantiūз de vrbibus ꝛ vicis: ꝛ ad litus concurrentiū: īmundorꝫ spirituum voces audiebat. Ingressus ergo scūs hilarion paphū vrbeз cypri: nobilē carminibus poetarꝫ: que freq̄uēti terremotu lapsa: nunc ruinaꝝ tm̄ vestigiis: quod olꝫ fuerit: ostendit: in secundo ab vrbe miliario habitabat ignobilis: gaudēs ꝙ paucis diebus qetus viueret. Uerum non pleni viginti transiere dies: cuз per omneз illaз insulā viciūqз: quicūqз īmundos hēbant spūs: clamare ceperunt venisse hilarionē seruū xp̄i: ꝛ ad eū se debere properare: h̄ salomina hoc curiū: hoc lapbite: ꝛ vrbes relique conclamabant: plerisqз afferentibus scire se quideз hilarioneз: ꝛ veruз illū esse famulꝫ dei: sed vbi esset ignorare. Intra triginta igit̄ nec multo āplius dies ducenti ferme tam viri ꝙ̄ mulieres ad eū congregati sunt. Quos cum vidisset dolens qd̄ se non paterentur quiescere: ꝛ q̊dammodo in vltionē sui seuiens: tāta eos orationū īstātia flagellauit: vt qdam statim: alii post biduum triduum ve. oēs vero intra vnam ebdomadam curarentur. Manens itaqз ibidem biennio: ꝛ semper de fuga cogitans: esyciuз ad se venire sperabat: ꝛ palestinam misit ob salutationem fratrꝫ ꝛ monasterij sui cineres inuisendos. Qui cū reuertisset: cupiēti rursꝫ ad egyptū nauigare: hoc est ad ea loca: que vocant̄ bocholia eo ꝙ nullus ibi xp̄ianorū esset: sed barbara ꝛ ferox natio suasit vt in ipsa magis insula ad secretiorē locū cōscenderet. Queз cū diu lustrās omnia repperisset: perduxit euз duodecim milib⁹ a mari procul: iter secretos asperosqз mōtes: et quo vix reptando manibus genibusqз possit ascendi: Quo introgressus cōtemplatus quidem est terribileз valde ꝛ remotū locū: arboribusqз hinc inde circundatum: habenteз: etiam aquas de supcilio collis irriguas: ꝛ hortulū peramenū ꝛ pomeria plurima: quorū fructꝫ nunꝙ̄ ī cibo sumpsit: sed antiquissimi iuxta templi ruinam: ex quo vt ipse ferebat ꝛ vt discipuli eius testabantur: tam innumerabilium per nocteз ꝛ diem demonum voces resonabant: vt exercitꝫ crederes. Quo ille valde delectat⁹: ꝙ scilicet agonistas haberet in proximo: habitauit ibi per annos quinqз: ꝛ sepe inuisente se esycio: ī hoc extremo iā vite sue tempore refocillatus est: ꝙ propter asperitatē difficultatēqз loci ꝛ vmbraꝝ vt ferebat̄ vulgo multitudinem: nullus aut rarus ad se posset vel auderet ascendere. Quadā auteз die ingressus sanctus hylarion hortulū: vidit hominem toto corpore paraliticū iacentē ante fores: interrogauitqз esyciuз quisnā esset. vel quomodo fuisset aduectus. Qui respondens, ait: procuratorem fuisse ville: ad cuius ius hortulus quoqз in quo ipsi erant ptineret. Et ille conlachrimans: tendensqз ad iacenteз manꝫ: tibi inquit dico in nomine domini iesu christi surge ꝛ ābula. Mira velocitas. Adhuc enim verba in ore loquētis voluebantur: ꝛ iam membra solidata ad standꝫ hominem subrigebant. Quod postꝙ̄ auditꝫ est: etiaз difficultatem loci: ꝛ iter inuiꝫ plurimorꝫ vicit necessitas: nihil per circuitꝫ cūctis vilis obseruantibus ꝙ̄ de quo quomodo laberetur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor: diu eūз in codeз loco manere nō posse. Quod ille non leuitate quadaз aut puerili sensu victus faciebat: sed honoreз fugiens ꝛ importunitatem: semper silentium ꝛ vitam ignobilem desiderabat. Igitur octogesimo etatis sue anno. cū absens esset esycius: quasi in testamenti vicē: breuem manu propria scripsit epistolam: oēs diuitias suas ei derelinquens: euangeliū scilicet ꝛ tunicam saccineam cucullam ꝛ palliolꝫ: nam minister eius ante paucos dies obierat. Uenerunt itaqз ad egrotantem de papho multi religiosi viri: ma-

xime q eū dixisse audierant: iaȝ se ad do/
minum migraturum: ⁊ de corporis vincu
lis liberanduȝ. Sed ⁊ constantia quedam
sancta femina: cuius generum ⁊ filiā vn/
ctione olei de morte liberauerat. Quos
omnes adiurauit vt ne puncto quideȝ ho
re post mortem reseruaretur: sed statiȝ eū
in eodeȝ hortulo terra operirent. sicut ve/
stit⁹ erat: in tunica cilicina: cuculla ⁊ sago
rustico. Jamqȝ modicus calor tepebat in
pectore nec preter sensum quicq̄ viui ho/
minis supererat: ⁊ tamen apertis oculis
loquebatur. Egredere quid times? Egre
dere. quid dubitas anima? septuaginta p/
pe annos seruisti xp̄o. ⁊ morteȝ times. Jn/
ter hec verba exalauit spiritum. Statiȝq̄
humo obrutum: ante vrbi sepultū q̄ mor
tuuȝ nunciauerunt. Quod postq̄ palesti/
ne sanctus vir audiuit esycius: perrexit ci
prum: ⁊ simulans se velle in eodeȝ habita
re hortulo: vt diligentis custodie suspitio/
nem acolis tolleret: cū ingenti vite sue pe
riculo: post decem ferme menses corpus
eius furatus est: quod mayumaȝ inde de/
ferēs. totis monachoruȝ et oppidoruȝ tur
bis prosequentibus: in antiquo monaste
rio condidit. ibiq̄ illesa tunica: cuculla ⁊
palio: ⁊ toto corpore: quasi adhuc viueret
integro: tantisq̄ fragrante odoribus: vt de
libutum vnguētis putaretur. Non videt̄
mihi in calce libri tacenda ⁊ cōstantie san/
ctissime femine illius mulieris deuotio: q̄
perlato ad se nuncio: quod corpusculū hy
larionis palestine esset: statim exanimata
est: veram tn̄ seruum dei dilectioneȝ mor/
te quoq̄ comprobans. Erat eniȝ solita p/
uigiles in sepulchro eius noctes ducere: ⁊
quasi cum presente ad adiuuādas oratio/
nes suas sermocinari. Cernas vsq̄ hodie
miram inter palestinos ⁊ cyprios conten/
tioneȝ: his corpus hylarionis: illis spiritū
se habere certantibus: ⁊ tamen vtrobiqȝ
magna quottidie signa fiunt: sed magis in
hortulo cypri: forsitan quia plus illum lo/
cū dilexerat. Finit vita sc̄i hylarionis.

Jncipit p̄log⁹ bt̄i Hieronymi p̄sbri in
vitam sancti malchi captiui monachi.

Qui nauali prelio di
micaturi sunt. āte in portu ⁊ trāqͥl
lo mari flectunt gubernacula remos tra/
hūt ferreas man⁹ ⁊ vncos p̄parāt: disposi
tumqȝ p tabulata militem pendenti gra/
du ⁊ labente vestigio: stare firmiter assue
scūt: vt q̄t i symulachro pugne didicerint:
in vo certamine nō p̄timescūt. Jta ⁊ ego
q diu tacui silere qppe me fecit: cui meus
sermo suppliciū est prius exerceri cupio i p/
uo opere: ⁊ veluti quandaȝ rubiginem lin
gue abstergere: vt venire possiȝ ad histori
aȝ latioreȝ. Scribere eni disposui: si tamē
dominus vitam dederit ⁊ si vituperato/
res mei saltem fugientem me: ⁊ clausum
persequi desierint ab aduētu saluatoris
vsqȝ ad nostram etatem: idest ab aposto/
lis vsqȝ ad huius temporis fecem: quo/
modo ⁊ per q̄s xp̄i ecclesia nata sit ⁊ adul
ta: persecutionibus creuerit: martirijs co
ronata sit: ⁊ postq̄ ad christianos pn̄cipes
venerit. potentia quidem ⁊ diuitiis ma/
ior. sed virtutibus minor facta sit. Veruȝ
hec al's: nunc que imminent explicemus.
Finit prologus beati hieronymi in vi
tam sancti Malchi. Jncipit vita eius.

Maronias trigita ferme
milib⁹. ab anthiochia vrbe syrie:
haud grādis ad oriētē distat viculus: huc
p⁹ multos dn̄os vel patronos: dū ego ado
lescētulus morarer in syria ad pape eua/
grij necessarij mei possessionē deuolutus
suȝ. quē idcirco nunc nominaui: vt osten
derē. vñ nosseȝ quod scripturus suȝ. Erat
illic senex quidā nomine malch⁹ quē nos
latine regē possum' dicere: syr⁹ natione
⁊ lingua: ⁊ vt rebar eiusdē loci indigena.
Anus quoqȝ in ei⁹ contubernio valde de/
crepita: ⁊ iaȝ morti p̄xima visebat: tā stu
diosi ambo religionis: sic ecclesie limen te
rētes vt Zachariā ⁊ Helisabeth de euan
gelio crederes: nisi q Johannes i medio
nō erat. De his cuȝ curiose ab accolis q̄re/
reȝ: que nā esset eoꝝ copula matrimonij.
an sanguis: an spirit⁹: omnes voce ꝯsona

factos & deo placidos & mira nescio q̄ re/
spōdebāt qua cupiditate illectus adorsus
suū hominē & curiosius sciscitās rex fideꝫ
hec ab eo accepi. Ego īquit mi nate nisi/
beni agelli colonus solus parētibus fui.
Qui cū me quasi stirpē generis sui & here/
dem familie ad nuptias cogerent mona
chum me potius esse velle respondi. Quā
tis pater minis: quātis mater blāditijs p/
secuti sūt: vt pudicitiā pderē: hec res sola
indicio ē: ꝙ & domū & parētes fugi. Et qꝛ
ad orientem ire non poteram: propter vi
cinam persidem: & romanorum militum
custodiam: ad occidenteꝫ verti pedes: pu
sillum nescio quid portans viatici: qd me
ab iopia tn̄ defenderet. Quid mlt'a? per
ueni tandem ad heremum calcidos: que
inter mimas & beroas magis ad austrum
sita est. Ibi repertis monachis: eorum
me magisterio tradidi: manu & labore vi/
ctum queritans: lasciuiamqꝫ carnis refre
nans ieiuniis. Post multos annos incidit
mihi cogitatio: vt ad patriam pergerem:
& dum adhuc viueret mater: iam enim pa
trem mortuum audieram: solarer vidui/
tateꝫ eius: & exinde venundata possessiōe
partem erogarem pauperibus: ex parte
monasterium construerem. Quid erube/
sco confiteri infidelitatem meaꝫ? parteꝫ
in sumptuum meorū solacia reseruarem.
Clamare hoc cepit abbas meus diaboli
esse tentationem: & sub honeste rei occa/
siōe: ātiqui hostis astutias. Hoc esse reuer
ti canē ad vomituꝫ suuꝫ. sic multos mona
chorū esse deceptos: nunq̄ dyabolū aper
ta fronte se prodere. Propōebat mihi exē
pla de scripturis q̄ plurima. inter que illō
ab inicio: ꝙ adā quoqꝫ & euaꝫ spe diuinita
tis supplantauerit. Et cū persuadere non
posset. prouolutus gēibus obsecrabat. ne
se desererē. ne me perderē ne aratrū te
nēs p' tergū respicerē. Ve mihi misero. vi
ci pessima victoria reputās illū n̄ meā vtili
tatē ſꝫ suū solaciū q̄rere. prosecut' ḡ me d̄
mōasterio. q̄si fun' efferret. & ad extremū
vale dicēs video ait te fili sathane notatū
cauterio. Nō q̄ro cās. excusatōes n̄ rcipio

ouis q̄ de ouili egredit': lupi statiꝫ morsib'
patet. De beroea edissam pergentibus: vi
cina est publico itineri solitudo: per quā
saraceni incertis semper sedibus huc atqꝫ
illuc vagantur. Que suspitio frequentiaꝫ
in illis locis viatorum congregat: vt imi/
nens periculū mutuo auxilio declinetur.
Erant i comitatu meo viri: femine: senes:
iuuenes: paruuli: numero circiter septua/
ginta. Et ecce subito equorum camelo
rumqꝫ sessores ismahelite irruerunt: crini
tis vittatisqꝫ capitibus: ac seminudo cor
pore: pallia & latas calligulas trahen/
tes. Pendebant ex humero pharetre:
& laxos arcus vibrantes: hastilia lon/
ga portabant. Non enim ad pugnanduꝫ:
sed ad predandum venerant. Rapimur:
dissipamur: in diuersa distrahimur. Ego
interiꝫ longo postliminio hereditari' pos/
sessor: & sero mei consilii penitens: cuꝫ alte
rius muliercula in vnius heri seruitutem
sortitus venio ducimur immo: portamur
sublimes in camelis & per vastā heremū
semper ruinaꝫ timentes: heremus potius
q̄ sedem'. Cibus semicrude carnes: & lac
camelorum potui erat. Tandem grandi
amne transmisso: peruenimus ad interio/
rem solitudineꝫ: vbi dominaꝫ eiusqꝫ libe/
ros ex more gentis adorare iussi ceruices
flectimus. Hoc quasi clausus carcere mu
tato habitu: id est nudus ambulare disco.
Naꝫ aeris quoqꝫ temperies preter pudi/
citiaꝫ nihil aliud velari patiebatur. Tra/
duntur mihi pascende oues: & in maloruꝫ
cōparatione h̄ fruor solatio: ꝙ dominos
meos & conseruos rari' video. Videba/
tur mihi aliquid habere sancti Jacob. re/
cordabar Moysi: q & ipsi in heremo pec/
corum quondam fuere pastores. Vesce/
bar recenti caseo & lacte: orabā iugiter: ca
nebā psalmos: quos in monasterio didice
raꝫ. Delectabat me captiuitas mea: age/
bāqꝫ dei iudicio gratias: ꝙ monachū quē
in patria fueraꝫ perditur': in heremo inue
neraꝫ: o nihil vnq̄ tutuꝫ apud diaboluꝫ: o
multiplices & ineffabiles eius insidie: sic qꝫ
me latentē inuenit inuidia. Dominus vi

dens gregē suum crescere:nihilqȝ in me deprehendens fraudulentie.sciebā enim apostolum precepisse dominis sic quasi deo fideliter seruiendum:ꝛ volens me remunerari.quo fidum sibi magis faceret tradidit mihi:illam conseruaȝ mecum aliquādo captiuaȝ.Et cuȝ ego refutarē. Dicerēqȝ me christianū:nec mihi licere vxorem viuentis accipere:ꝗquidē captus nobiscuȝ vir eius:ab alio domino fuerat abductus.Herꝰ ille placabilis in furorē versus:euaginato me cepit petere gladio:ꝛ nisi festinus brachio tenere mulierēȝ preoccupassēȝ illico fudisseȝ sanguineȝ.Iaȝ venerat tenebrosior solito:ꝛ mihi nimiuȝ matura nox:duco in speluncā semiruptaȝ nouaȝ coniugeȝ:ꝛ ꝓ nubante nobis tristitia vterqȝ detestamur alterutrꝫ:nec fatemur Tunc vere sensi captiuitateȝ meaȝ ꝓstratusqȝ humi:monachuȝ cepi plangere quē perdebam:dicens. Huccine miser seruatus sum.ad hoc me mea scelera perduxerunt incanescente iaȝ capite virgo: maritus fiereȝ vxoris aliene?Quid prodest parentes:patriaȝ:rem familiareȝ contēpsisse ꝓ dn̄o:si h̄ facio:quod vt ne facerē: illa contempsi:nisi ꝙ forte ꝓpterea hec sustineo:quia rursum patriam desideraui: qd agimus anima?Perimus an vicimꝰ?Expectamus manuȝ dn̄i:an proprio mucrone cōfodimur?Uerte in te gladium: tua magis mors timēda ē ꝗ corporis. habet ꝛ pudicitia seruata:martiriuȝ suuȝ. Iaceat insepultus xp̄i testis in heremo ipse ero mihi persecutor ꝛ martir.Sic fatꝰ eduxi in tenebris micanteȝ gladiuȝ ꝛ acumine ꝯtra me verso. vale inquaȝ infelix mulier.habeto me potius martireȝ ꝗ maritū Tunc illa prouoluta pedibus meis. ego te inquit per iesum per huius hore necessitatem rogo:ne effundas sanguinem tuum in sanguinem meum. vel si mori placet in me primuȝ verte mucroneȝ sic nobis potius coniungamur.Etiaȝ si vir meꝰ ad me rediret: seruarē castitatē. ꝗ me captiuitas docuit:vl̄ iterirē ātēꝗ ꝑderē cur morieris ne mihi iūgaris.ego morerer si iungi velles. Habeto ergo me coniugē pudicitie:ꝛ magis anime copulam amato ꝗ corporis.Credant domini maritū xp̄s nouerit fratreȝ.Facile ꝑsuademus nuptias cuȝ nos viderint sic amare. Fateor obstupui ꝛ ammiratus virtuteȝ femine coniugē plus amaui. Nunꝗ tamen illius nuduȝ corpus intuitus suȝ:nūꝗ carneȝ tetigi:timens in pace perdere:quod in prelio seruauerā.Transeunt in tali matrimonio dies plurimi:amabiliores nos dominis fecerunt nuptie simulate. Nulla fuge suspitio interdum ꝛ mense toto aberam: fidus gregis pastor per solitudinē.Post grande interualluȝ duȝ solus in heremo sedeo: et preter celum terrāqꝫ nihil video:cepi mecuȝ tacitus voluere:ꝛ inter multa monachoruȝ contubernia recordari:maximeqȝ vultꝰ patris mei qui me erudierat: tenuerat:perdiderat.Sicꝗ cogitās: aspicio formicarum gregeȝ:angusto calle feruere. Uideres onera maiora ꝗ corpora. Alie herbaꝝ q̄daȝ semia forcipe oris trahebāt. Alie egerebant humuȝ d̄ foueis: ꝛ aquaruȝ meatus aggeribus excludebant Ille venture hyemis memores:ne made facta humus in herbam horrea verteret: illata semina precidebant:he luctu celebri corpora defuncta portabant. Quodꝗ magis miruȝ esset in tanto agmine egrediens non obstabat intrantibus:quin potius siquaȝ sub fasce vidissent ꝛ odore concidisse:subpositis humeris adiuuabant. Quid multa?Pulchruȝ mihi spectaculuȝ dies illa prebuit:Unde recordatus Salomonis ad formice solerciam nos mittentis: ꝛ pigras mentes sub tali exemplo suscitantis: cepi tedere captiuitatis ꝛ monasterii cellulas querere:ac formicarum illarum solicitudinem desiderare: vbi laboratur in mediū. ꝛ cū nihil cuiusꝗ propriuȝ sit: oīuȝ oīa sūt.Regresso ad cubile:occurrit mihi mlier tristiciā animi vultu dissimlare n̄ potui.Rogat cur ita exaīatꝰ sim.audit cām. hortor ad fugā n̄ asp̄nat peto silētiū: fideȝ

tribuit ꝛ iugi susurro inter spem ꝛ metum medium fluctuabamus. Erant mihi in grege duo hirci mire magnitudinis: quibus occisis vtres facio: eorum carnes viatico ꝑparo: ꝛ primo vespere putantibus dominis nos secreto cubitare: inuadimus iter vtres ꝛ partem carnium portantes. Cumque peruenissemus ad fluuium: nam decem milibus aberat: inflatis ꝛ ascensis vtribus agnos credidimus paulatim pedibus subremigantes: vt deorsum flumine deferente: et multo longius quam conscenderamus: in alteram nos exponente ripam: vt vestigium sequentes perderent. Sed inter hec madefacte carnes: ꝛ ex parte lapse: vix tridui cibum pollicebantur. Bibimus vsque ad sacietatem: future nos siti preparantes. Currimus post tergum semper respicimus: ꝛ magis noctibus ꝑmouemur: ꝛ vel ꝓpter insidias late vagantium sarracenorum: vel propter ardorem solis nimium. Pauco miser etiam referens ꝛ iam securus: toto tamen corpore perhorresco. Post diem tertium dubio aspectu procul respicimus duos camelis sedentes venire concite: staticque mens mali presaga putare dominum: meditari mortem solem cernere nigrescentem. Dumque timemus ꝛ vestigiis per harenas nos proditos intelleximus: offertur ad dexteram specus longe sub terra penetrans. Igitur timentes venenata animalia: solent quippe vipere: reguli ꝛ scorpiones: ceteraque huiuscemodi feruorem solis declinantia vmbras petere: intrauimus quidem speluncam: sed statim in ipso introitu sinistre nos fouee credidimus: nequaquam vltra ꝓgredientes: ne dum mortem fugimus incurremus in mortem: illudque nobiscum reputantes: si iuuat miseros dominus: habemus salutem: si despicit peccatores: habemus sepulchrum. Quid putas nobis fuisse animi: quid terroris: cum ante specum haud procul starent dominus ꝛ conseruus ꝛ vestigio indice iam ad latebras peruenissent? O multo grauior expectata: quam illata mors. Rursus cum labore ꝛ timore lingua balbucit: ꝛ quasi clamante domino loqui vel mutire non audeo. Mittit seruum vt nos de specu protrahat: ipse camelos tenet: ꝛ euaginato gladio nostrum expectabat aduentum. Interea tribus ferme vel quattuor cubitis introgresso famulo: nobis ex occulto tergum eius videntibus. Nam oculorum istiusmodi natura est: vt post solem vmbras intrantibus ceca sunt omnia: vox per antrum sonat. Exite furciferi. Exite miseri. Exite morituri. Quid statis: quid moramini? Exite dominus vocat. Adhuc loquebatur: ꝛ ecce ꝑ tenebras aspicimus leenam inuasisse hominem: ꝛ gutture suffocato: cruentum intro trahere. Iesu bone. Quid tunc nobis terroris? quid gaudii fuit? Spectabamus hostem nostrum perire: domino nesciente. Qui cum videret illum moras facere suspicatus duos vni resistere. Sed ꝛ iram differre non valens sicut tenebat gladium ad speluncam venit: ꝛ clamore rabido serui increpans secordiam: prius a fera tentus est quam nostras latebras preteriret. Quis hoc vnquam crederet: vt ante os nostrum ꝓ nobis bestia dimicaret? Sublato ergo illo metu: similis ante oculos nostros versabatur interitus: nisi quod tutius esset leonis rabiem quam iram hominum sustinere. Pauemus intrinsecus ꝛ ne mouere quidem nos ausi ꝑstolamur euentum rei inter tanta pericula: pudicitie tantum conscientia pro muro septi. Leenna insidias cauens: ꝛ visam se esse sentiens: apprehensum morditiis catulum matutina effert: nobisque cedit hospitio.

Neque tamen satis creduli statim erupimus: sed expectantes diu ꝛ egredi cogitantes: illius nobis semper figurabamus occursum. Sub tali ergo terrore ꝛ illa transacta die: exiuimus ad vesperam vidimusque camellos: quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant: ꝑteritos cibos in ore voluere: ꝛ in aluum missos iterum retrahere. Quibus ascensis: ꝛ noua sistartia refociliati: decimo tandem die ad romana per desertum castra puenimus: oblatique tribuno rei ordinem pandimus. Inde ad sabinianum mesopotamie ducem transmissi: camelorum accepimus precium. Et quia iam abbas ille meus dormierat in domino: ad hec delatus loca: me mo-

nachis reddo: hanc trado virginibus: diligens eam vt sororem: non tamen me ei credēs vt sorori. Hec mihi senex malch⁹ adolescētulo retulit. Hec ego vobis narraui senex: castis historiam castitatis expono: virginibus virginitatē custodire exhortor: vos narrate posteris: vt sciant inter gladios ⁊ deserta ⁊ bestias pudicitiā nunq̄ eē captiuam: ⁊ hominē xp̄o deditum: posse mori: non posse superari. Finit vita beati Malchi monachi captiui.

Incipit vita sancti Pauli simplicis.


Uit quidam inter

discipulos sācti Antonii Paulus nomine: cognomento simplex. Hic initiuȝ couersionis sue: huiusmodi habuit. Cum vxorem suaȝ cū altero concubitanteȝ vidisset nulli quicq̄ dicens egressus est domū: ⁊ mesticia animi tactus: in heremuȝ semetipsū dedit. Ubi cum anxius oberraret: ad monasteriuȝ venit Antonii: ibiq̄ȝ ex loci amenitate ⁊ opportunitate cōsiliū capit. Cūq̄ȝ adiisset Antoniuȝ: vt iter salutis ab eo inquireret: ille intuēs hominem simplicis nature: respōdit ei ita demū euȝ posse saluari: si his q̄ a se dicerentur obediret. Tūc ille oīa quecūq̄ȝ pciperet: facturuȝ se esse respōdit. Ut ḡ promissioneȝ ei⁹ probaret Antonius ante fores cellule stāti: hic inquit expecta me orās donec egrediar. Et ingressus māsit intrīsecus p totā diē ⁊ nocteȝ: p fenestrā tñ ex occulto frequētius respiciēs videbat euȝ indesinenter orantē: ⁊ nusq̄ ꝓrsus se mouenteȝ: sed stare in estu diei ⁊ rore noctis: ⁊ ita eē mādati memoreȝ: vt ne paruȝ qdeȝ a loco se moueret. Egressus aūt die postera Antonius instruere eum ⁊ docere de singulis cepit: quomodo ope manuū solitudinē solaretur: ⁊ digitis qdeȝ corpis opus carnale: cogitatiōe vero mentis ⁊ animi intentione: operet̄ que dei sunt. Cibuȝ quoq̄ȝ in vespera sumere: ⁊ precipue in potu cōfirmans non minus p aque abundantiaȝ fantasias anime fieri: q̄ per vinuȝ calorē corporis increscere. Et vbi plene eū qualiter in singulis agere deberet instruxit: ī vicino: hoc est in trib⁹ a se milib⁹ cellulam ɔstituit: ibiq̄ȝ eū exercere que didicerat. iubet. Ipse tamen frequentius visitans eum gratulabatur: deprehendens illum ī his que sibi tradita fuerant tota intentione ⁊ omni sollicitudine permanentem.

Quadam autem die cum venissent ad sāctum antoniū fratres magni quidem ⁊ pfecti viri: accidit etiā pauluȝ adesse pariē cū eis. Et cū sermo de profundis rebus ⁊ mysticis haberet̄. cūq̄ȝ de ꝓphetis ⁊ d̄ saluatore plīma tractarēt: paul⁹ ex simplicitate animi īterrogat si xp̄s prius fuerit: an ꝓphē. Beatus ṽo antoni⁹ cū p eo q̄ tā absurde īterrogaret quasi erubuisset blādo motu: vt erga simpliciores solebat silere atq̄ȝ abire cū iubȝ. Ille aūt q̄ oē qd̄ cū q̄ȝ ab eo dictū fuisset: tāq̄ preceptum dei suare īstituerat: abscedēs ad cellulā suāȝ tāq̄ mādato accepto: silentiū gerere instituit: nec omnino aliqd loqui. Qd̄ cū comperisset Antonius: mirari admoduȝ cepit vnde hec illi obseruātia placuisset: quam a se sciebat nō esse ei iniunctam. Cūq̄ȝ iussissȝ eū loqui: ⁊ cur siluerit īterrogaret: dicit ei Paulus. Tu pater dixisti mihi: vt irem ⁊ silerem. Et obstupefactus antonius ita ab eo sermonem quem ille negligēter protulerat obseruatum: omnes inquit nos ille condēnat: Cū enī nos de celo dominum nobis non audiamus loquentem ab isto qualiscūq̄ sit sermo: q ex ore nr̄o ceciderit: obseruatur. Multa tamen ⁊ sāctus Antonius docere eū volens de obedientia: precipere ei solitus erat etiam: q̄ ratio ⁊ causa non posceret in quibus eius animus erga obedientiam probaretur. Haurire nāq̄ȝ aliquando euȝ aquam iussit ex puteo ⁊ in terrā tota die effundere: ⁊ cōtextas sportas resoluere: ac denuo texere ⁊ vestimentum dissuere: ⁊ iterum resuere. ⁊ rursus resoluere: ⁊ in pluribus huiusmodi exercitijs ab eo memoratur ībutus: vt in nullo prorsus etiam que contra rationem imperari videbantur: discere t ɔtradicere: ⁊ ita per hec oīa īformat⁹:

tempori brevi ad perfectionem venit. Ex cuius exemplo docebat beatus antonius q siquis vellet velociter ad perfectionez venire: non sibipsi magister fieret: nec ꝓpriis voluntatibus obediret: etiā si rectuz videretur esse qđ vellet: sed ſm mandatū salvatoris observandum esse: vt ante oīa vnusquisq abneget semetipm sibi: ⁊ renūciet ꝓpriis voluntatibus: quia ⁊ ipse salvator dixit: ego veni non vt faciam voluntatem meam: sed eius qui misit me. Et vtiq3 voluntas xpi non erat contraria volūtati patris: sed neq3 qui venerat obedientiam docere inueniretur non obediens si propriaz faceret volūtatē: quanto magis ergo nos non iudicabimur obedientes: si proprias faciamus voluntates. Deniq supradictus Paulus exemplo nobis est: q obedientie ⁊ simplicitatis merito: intantū spiritalium gratiarum culmen ascendit vt multoplures ⁊ potentiores virtutes per ipsum: q per sanctum Antonium dominus fecerit. Et qm pro affluentia grāruz ad eum multi ex omnibus terre partibus confluebant vt curarentur ab eo: verens btūs Antonius ne molestia multitudinis fugaretur: in interiori heremo quo accedi facile ab aliquo non posset: ꝯmanere eum fecit: vt veniētes magis ipe susciperet antonius. Si quos vero ipe non potuissz curare: hos ad paulum tāq ꝓlixiorē sanitatum gratiā habentem mittebat: ⁊ ab illo curabantur. Tantam autem simplicitatis fuisse apud euz fiduciā tradūt: vt quodaz tpe cum quidam rabiem patiens in modū canis: laniaret omnez qui ausus fuissz ad se accedere ⁊ ꝑductus ad eū fuisset: instabat orationi vt demonem qui eum vrgebat: fugaret. Et cuz mora fieret nec celer sequeretur effectus: quasi infantum more indignatus dixisse fertur ad dominuz. Vere non manducabo hodie: si eum non curaueris. Et continuo quasi delitioso domino satisfactum est a deo: ⁊ stati curatus ē rabid⁹. Finit vita btī pauli simplicis.

Incipit vita sancte Paule edita a sancto Hieronymo presbitero.



Si cuncta mei corporis membra verterentur in linguas ⁊ oēs artus humana voce resonarent: nihil dignum sancte ac venerabilis Paule virtutibus dicerem. Nobilis genere: sed nobilior sanctitate: potens quondam: sed nūc xpi paupertate insignior. Graccoruz stirps: soboles scipionū: pauli heres. cuius vocabulū trahit: mecie pappirie matris africani vera ⁊ germana ꝓgenies. Rome pretulit bethleem: ⁊ auro tecta fulgentia: informis luti vilitate mutauit. Non meremus q talem amisimus: sed gratias agimus q habuimus: immo habemus. Deo eni viuūt oīa ⁊ quicquid refertur ad dominum: in familie numero computatur: quāq amissio illius celestis dom⁹ habitatio sit. Que qdiu in corpore fuit: peregrinata est a domino ⁊ voce semper flebili querebatur dicens. Heu mihi: quia peregrinatio mea prolongata est habitaui enim cum habitantibus cedar: multum peregrinata est aīa mea. Nec mirum si planxerat se versari in tenebris. Hoc enim cedar interpretatur: cum mundus in maligno positus sit: ⁊ sicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius. Lux q3 in tenebris luceat: ⁊ tenebre eam non comprehenderint. Unde ⁊ illud crebrius inferebat: aduena ego suz ⁊ peregrina: sicut oēs patres mei. Et iterum. Cupio dissolui: ⁊ esse cum xpo. Quotiēs autez infirmitate corpusculi q icredibili abstinētia: ⁊ duplicatis ꝯtraxerat ieiuniis: vexabat: dolebat: corp⁹ meū subicio ⁊ i ſuitutem redigo: ne aliis predicās ipa reprobra inueniar: ⁊ bonū ē mihi vinū nō bibere: ⁊ carnē nō mādudare: ⁊ humiliaui in ieiunio anīmā meā: ⁊ totū lectū meū versasti in infirmitate mea: ⁊ versata suz in miseria: dum mihi ifigit spina: atq3 iter doloris aculeos quos mira patientia sustinebat: qsi apertos sibi celos aspiceret: loquebat. Quis dabit mihi pēnas sic colūbe: ⁊ volabo ⁊ requiescam? Testor iesum ⁊ sanctos angelos

eius: ipsumq; proprium angelum: qui custos fuit et comes admirabilis femine me nihil in gratiā: nihil in ore laudantiū: sed qcquid dicturus sum pro testimonio dicere: et minus eius esse meritis q; tot⁹ orbis canit. Sacerdotes mirantur: virginū chori desiderant: monachorum et pauperum turba deplangit. Uult lector ei⁹ breuiter scire virtutes. Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirū de proximis et familiola quam vtroq; sexu: de seruis et ancillis in fratres sororesq; muta uera ista proferre: cum eustochiū virginē et deuotam christo filiam: in cuius consolationem libellus hic cuditur: procul a nobili genere sola fide et gratia diuitē dere liquerit. Carpamus igitur narrandi ordinem. Alij altius repetant: et a cunabulis eius ipsisq; vt ita dicā crepūdijs matrem blesillam: et rogatū pferāt patrē: quorū altera scipionū graccorūq; progenies est: alter p oēs grecias vsq; hodie et stemmatibus et diuitiis: ac nobilitate agamennonis fertur sanguinem trahere: qui decēnali troiam obsidione deleuit: nos nihil aliud laudamus nisi qd̄ propriū est: et de purissimo sancte mentis fonte profertur. quāq; dñs ac saluator in euangelio doceat apl'os sciscitātes. quid sibi redditurus sit: qui omnia sua pro nomine eius dimiserant: cētuplum in presentiarū recepturos: et in futuro vitam eternam. Ex quo intelligimus non laudis esse possidere diuitias: sed p xp̄o eas contemnere: nō tumere ad honores: sed pro fide dei eos par uipendere. Uere quod pollicitus est huis suis et ancillis: saluator reddidit in presenti. Nam que vnius contempsit gloriā vrbis: totius orbis opinione celebrat. Quā rome habitantem nullus extra romā no uerat latentem in bethleem et barbara et roma terra miratur. Cuius enī gentis homines: ad sancta loca non veniant. Quis autē in sanctis locis preter Paulā: qd̄ plus inter homines miraretur: inuenit. Et sicut inter multas gemmas preciosissima gemma micat: et iubar solis paruos stella rum igniculos obruit et obscurat: ita cunctorū virtutes et potētias: sua humilitate superauit: minimaq; fuit inter oēs: vt oīum maior esset et quāto plus se deiiciebat tāto magis a xp̄o subleuabatur. Latebat et non latebat: fugiēdo gloriā: gloriā merebatur: que virtutes quasi vmbra sequitur: et appetitores sui deserēs: appetit cōtemptores. Sed quid ago narrandi ordinem pretermittens? Dū i singulis teneor: nō seruo precepta dicendi. Tali igitur stirpe genita ē: iūctaq; viro toxotio: qui enee et iuliorū altissimū sanguinē trahit. Unde etiā xp̄i virgo: filia ei⁹ eustochiū: iulia nūcupantur: et ipse iulius a magno demissū nomen iulo. Et hec dicimus nō quo habētibus grādia sint: sed quo cōtemnētibus mirabilia. Seculi homines suspiciūt eos qui his pollent priuilegiis nos laudam⁹ quos habentes paruipēdimus: si habere noluerint: pdicamus. His inq; orta maioribus et fecūditate ac pudicitia probata. primū viro: deinde ppinquis et totius vrbis testimonio: cū quinq; liberos edidisset: blesillam sup cuius morte eam rome cōsolatus sū: paulinā que sanctū et admirabilē virū: et propositi et rerū suarū pāmachium: religt heredē: ad quē sup obitu ei⁹ paruū libellū edidim⁹: eustochiū q̄ nūc sāctis locis ꝟginitatis et eccl'ie monile pciosū ē: rufinā q̄ i maturo funere piū mr̄is aīum cōsternauit: et toxotiū post quē parere desinit vt itelligeres eā nō diu huire voluisse officio cōiugali: sed mariti desiderio q mares optabat liberos obedisse. Postq; vir mortuus ē: ita eū plāxit: vt ppe ipsa morere: et ita se cōuertit ad domini huitutē: vt mortē ei⁹ videret optasse. Quid ḡ referā ample et nobilis domus quondā opulētissime oēs pene diuitias i pauperes erogatas. Quid in cūctos clemētissimū animū et bonitatē: etiā in eos quos nūq; viderat euagātē. Quis inopū moriēs: nō illi⁹ vestib⁹ obuolutus ē? Quis clinicorū: nō eius facultatibus sustētatus ē? Quos studiosissime tota vrbe perquirens damnū putabat: si quisq; debilis et esuriens: cibo

sustentaret alterius. Spoliabat filios: et i-
ter obiurgantes propinquos: maiorem se
eis hereditatē xpi misericordiam dimitte
re loquebatur. Nec diu potuit excelsi apud
seculū generis: et nobilissime familie: visi-
tationis frequētiam sustinere. Merebat
honore suo et ora laudantiū declinare et fu
gere festinabat. Cūq3 orientis et occidētis
episcopos ob quasdā ecclesiarum dissen-
siones romam īperiales littere contraxis-
sent: vidit admirabiles viros xpiq3 ponti-
fices paulinum anthiocene vrbis epm: et
epiphanium salamine cypri: que nunc con
stantia dicitur: quorum epiphanium etiā
hospitem habuit: paulinum in alia manē
tem domo: quasi proprium humanitate
possedit: quorum accensa virtutibus: per
momēta patriā deserere cogitabat. Nō
domos: non liberorum non familie: nō pos-
sessionum: non alicuius rei que ad seculū
pertinet memor: sola: si dici potest: et inco-
mitata: ad heremum antoniorum et paulorū
pergere gestiebat: tandēq3 exacta hyeme
aperto mari: redeuntibus ad ecclesias su-
as episcopis: ipa voto cum eis et desiderio
nauigabat. Quid vltra differro? Descē
dit ad portū fratre: cognatis: affinibus: et
qđ his magis ē liberis prosequentibus: et
clementissimam matrem vincere pietate
cupientibus. Iam carbasa tendebātur et
remorum ductu nauis in altum protrahe
batur. Paruus toxotius supplices man9
tendebat in littore: rufina iam nubilis vt
suas expectaret nuptias tacens fletibus
obsecrabat: et tamē illa siccos tēdebat ocu
los ad celum: pietatem in filios: pietate in
deum superans. Nesciebat se matrem: vt
xpi probaret ancillam. Torquebantur
viscera et quasi a suis membris distrahere
tur cum dolore pugnabat: in eo cūctis ad
mirabilior: qđ magnam vinceret carita-
tem. Inter hostium manus et captiuitatis
duram necessitatem: nihil crudelius est q3
parentes a filijs separari. Hoc contra iu-
ra nature plēa fides patiebatur: imo gau-
dens appetebat amorem filiorū: maiorē
in deum: amore contemnens: in sola custo-
dio: que et prepositi et nauigationis eius
comes erat: quiescebat. Sulcabat interi
nauis mare et cūctis q cū ea vehebātur li-
tora respicientibus: illa auersos tenebat
oculos: ne videret quos sine tormento vi
dere nō poterat. Fateor nulla sic amauit
filios: quib9 antequā proficisceretur cūcta lar
gita est: exheredans se ī terra: vt heredita
tem inueniret in celo. Delata ad īsulas pō
cias: quas clarissime quondā feminarū
sub domiciano pricipe pro cōfessione nomi
nis xpiani. flauie: domicille nobilitauit in
exilium: vidensq3 cellulas ī quibus illa lō
gum duxerat martiriū sumptis alis hiero
solymā et scā loca videre cupiebat. Tardi
erant venti: et oīs pigra velocitas. Inter
scillā et caribdim. adriatico se credens pela
go: quasi per stagnū venit methonem: ibi-
q3 refocillato paululum corpusculo: et salo
thabentes artus in litore ponens: p malē-
am et citherā: sparsasq3 p equor cycladas:
et crebris freta cōcita t'ris: post rodū et lici-
am tandē vidit cyprū: vbi sci et venerabil'
epyphanij pedib9 obuoluta: decem ab eo
dieb9 retēta ē: nō ī refectionē: vt ille arbi
trabatur: sed in opus dei et rebus pbatum
ē. Nā oīa illi9 regiōis lustrans monaste-
ria: pro vt hēc poterat refrigeria sumptuū
fratribus dereliquit: quos amor sci viri
de toto illuc orbe cōduxerat. Inde breui
cursu trāsfretauit seleuciā: ð q ascēdēs an-
thiochiā sanctiq3 confessoris paulini: modicū
caritate detēta: media hyeme calēte ar-
dore fidei: femina nobil' q̄ pus eunuchorū
manib9 portabatur: asello sedēs pfecta ē.
Omitto siric: celes et fenicis iter. neq3 .n.
odeporicū eius disposui scribere: ea tan-
tum loca nomino: que sacris voluminib9
continentur. Beritho. romana: colonia et
antiqua vrbe sydone derelicta: i sarepte
littore helie īgressa ē turriculā. ī qua ado
rato dño saluatore p harenas thiri in qb9
Paulus genua fixerat puenit ad choū: q
nūc ptolomais dr: et p cāpos magedo iosie
nescis: consciös intrauit ī trā philistijm: mira
ta ruinas dor vrbis quondā potentissime
et versa die stratōis turrim ab herode rege

Iudee.in amore cesaris augusti cesaream nuncupatam in qua cornelii domũ christi vidit ecclesiam: et philippi ediculas: et cubiculum quattuor virginum prophetissarum: deinde antipatrida semirutum oppidulũ: quod ex patris nomine herodes vocauerat: et lyddam versam in dyospolim: dorcadis atque enee resurrectione et sanitate inclytam: haud procul ab ea arimathiam viculum ioseph: qui dominum sepeliuit: et nobe vrbem quondam sacerdotum nunc tumulus occisorum: ioppen quoque fugiẽtis portum ione: et vt aliquid perstringam de fabulis poetarum: relegate ad saxum andromede spectatricem: repetitoque itinere nycopolym: que prius emmaus vocabatur apud quam ĩ fractione panis dominus cognitus: cleophe domum in ecclesiam dedicauit: atque inde proficiscens ascendit bethoron inferiorẽ et superiorem: vrbes a salomone rege cõditas: et varia postera bellorum tempestate deletas: ad dexterã respiciens aylon et gabaon: vbi iesus filius naue contra quinque reges dimicans soli ĩperauit et lune: et gabaonitas ob dolum et insidias federis impetrati: in aquarios lignariosque dannauit. In gabaa vrbe vsque ad solum dirrupta paululũ substitit: recordata peccati eius et cõcubine in frusta diuise: et tribus beniamin in sexcentis viris propter paulum reseruate. Quid diu moror? Ad leuã mausolo helene derelicto: que adyabenorum regina in fame populũ frumẽto iuuerat: ingressa est hierosolimã vrbem trionomã. iebus: salem. hierlm que ab helio postea adriano: de ruinis et cineribus ciuitatis: in helia suscitata est. Cumque proconsul palestine qui familiolam eius optime nouerat: premissis apparitoribus iussisset parari pretoriũ: elegit humilem cellulã: et cuncta loca tanto ardore ac studio circuiuit: vt nisi ad reliqua festinaret. a primis nõ posset abduci: prostrataque ante crucẽ quasi pendentẽ dominũ cerneret adorabat: Ingressa sepulchrũ resurrectionis osculabatur lapidẽ: quẽ ab hostio sepulchri remouerat angelus: et ipsum corporis locũ ĩ quo dominus iacuerat quasi sitiens desideratas aquas: fidei ore lambebat. Quid ibi lachrymarum: quantum gemitum. quid doloris effuderit: testis est cuncta hierosolima: testis ẽ ipse dominus quem rogabat. Unde egrediens ascẽdit syon q̃ in arcẽ vel speculam vertitur. Hanc vrbẽ expugnauit quondam et edificauit Dauid: vnde de expugnata dicitur. Ueh tibi ciuitas ariel: id ẽ leo dei: et quondã fortissima: quã expugnauit Dauid. De ea que edificata est. fundamenta eius ĩ montibus sanctis: diligit dominus portas syon super oĩa tabernacula Jacob: nõ eas portas quas hodie cernimus in fauillas et cineres dissolutas: sed portas quibus ĩfernus non preualet: et per quas credentiũ ad xp̃m ingreditur multitudo. Ostendebatur illi colũna ecclesie porticum sustinens infecta cruore domini: ad quã vinctus dicitur et flagellatus. Monstrabatur locus vbi super centum viginti credentiũ animas spiritus sanctus descenderat: vt Johelis vaticinium cõpleretur. Deinde pro facultatula sua pauperibus atque cõseruis pecunia distributa: perrexit bethleem: et ĩ dextera parte itineris stetit ad sepulchrũ rachel: ĩ quo beniamin nõ vt mater vocauerat moriẽs benoni: hoc est filiũ doloris meĩ: sed vt pater prophauit in spiritu: filium dextre prerauit. Atque inde specũ saluatoris introiens: postq̃ vidit sacrũ virginis diuersorium et stabulũ in quo cognouit bos possessorem suũ: et asinus presepe domini sui: vt impleretur illud quod in eodẽ ppheta scriptũ ẽ. beatus qui seminat super aquas: vbi bos et asinus calcãt: me audiente iurabat cernere se fidei oculis ĩfantem pannis inuolutum: vagientẽ ĩ presepio: deũ magos adorantes: stellã fulgentẽ desuper matrẽ virginẽ: nutritium sedulũ: pastores nocte venientes: vt viderent verbum quod factum erat: et iã tunc euangeliste Joannis principium dedicarent. In principio erat verbum. et verbum erat apud deũ: et deus erat verbum: et verbum caro factum ẽ: paruulos interfectos herodẽ sementẽ: mariã et ioseph

fugientes in egyptum:mixtisque gaudio lachrimis loquebatur. Salue bethleez domus panis:in qua natus est ille panis qui de celo descendit. Salue effrata regio liberrima atque carpofora:cuius fertilitas deus est. Ex te mihi egredietur qui sit princeps in israel: et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. De te quondam micheas propheta vaticinatus est. Et tu bethleem domus effrata: non minima es in milibus iuda. Propterea dabis eos usque ad tempus parientis:pariet: et reliquie fratrum eius conuertentur ad filios israel. In te enim natus est princeps:qui ante luciferum genitus est:cuius de patre natiuitas omnem excedit etatem:et tamdiu in te dauitici germinis origo permansit:donec virgo pareret. et reliquie populi credentes in christum conuerterent ad filios israel: et libere predicarent. Uobis oportebat loqui primum verbum dei:sed quoniam repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite:ecce conuertimur ad gentes. Dixerat enim dominus. Non veni: nisi ad oues perditas domus israel. Et eo tempore Jacob super eo verba completa sunt: non deficiet princeps ex iuda:neque dux de femore eius:donec veniat cui repositum est: et ipse erit expectatio gentium. Bene enim Dauid iurabat:bene vota faciebat dicens. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei:Si dedero somnum oculis meis:et palpebris meis dormitationem. et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino tabernaculum deo Jacob. Et statim quid desideraret exposuit:atque oculis propheticalibus quem nos iam venisse credimus ille venturum esse cernebat. Ecce audiuimus eum in effrata inuenimus eum in campis silue. Zob quippe sermo hebraicus vt te docente didici:non mariam matrem domini hoc est astin:sed ipsum id est aston significat:vnde loquitur confidenter. Introiuimus in tabernaculum eius adorauimus in loco vbi steterunt pedes eius. Et ego misera atque peccatrix:digna sum iudicata deosculari presepe:in quo dominus paruulus vagijt:orare etiam in spelunca in qua virgo puerpera:deum fudit infantem Hec requies mea:quia domini patria est: hic habitabo:quoniam saluator elegit eam:paraui lucernam christo meo: anima mea illi viuet: et semen meum seruiet ipsi.

Haud procul inde descendit ad turrim ader. id est gregis. iuxta quam Jacob pauit greges suos:et pastores nocte vigilantes audire meruerunt. gloria in excelsis deo et super terram pax hominibus bone voluntatis:dumque seruant oues:inuenerunt agnum dei puro et mundissimo vellere: quod in ariditate totius terre celesti rore compluitum est:et cuius sanguis tulit peccata mundi. et exterminatorem egypti littus fugauit in postibus. Statimque concito gradu: cepit per viam veterem pergere que ducit gaçam ad potentias vel diuitias dei: et tacita secum voluere:quomodo eunuchus ethiops:gentium populum prefigurans mutauerit pellem suam. et dum vetus relegit instrumentum:fontem reperit euangelij:atque inde ad dexteram transijt ad bethsur:et venit eschol: quod in botrum vertitur. Unde in testimonium terre fertilissime:et in typum eius qui dicit torcular calcaui solus:et de gentibus non est vir mecum: exploratores botrum mire magnitudinis portauerunt. Nec post longum spatium: intrauit sarre cellulam:videns in cunabulis isaac: et vestigia quercus abraham:sub qua vidit diem christi et letatus est:Atque inde consurgens ascendit hebron:hec est caritabarbe: id est oppidum virorum quattuor: videlicet Abraham. isaac iacob et adam magni: quem ibi conditum iuxta librum iesu naue:hebrei autumant licet plerique caleph quartum putent: cuius ex latere memoria demonstratur. Noluit pergere cariathsepher:id est viculum litterarum:quia contemnens occidentem litteram. repererat spiritum viuificantem:magisque mirabatur superiores et inferiores aquas:quas othoniel filius iephone cenez pro australi et ardida possessione susceperat:et quarum ductu siccos prioris instrumenti agros fecerat irriguos: vt redemptionem veterum peccatorum:in aquis baptismi reperiret. Altero die orto iam sole:stetit in la

percussio capbarberuch id est vile benedictionis: quem ad locum Abraham dominum prosecutus est. Unde latam despiciens solitudinem. et terram quondam sodome et gomorre adame et seboim: cōtemplata ē balsami vineas in engaddi: et segor vitulam cōsternātē: q̄ prius bale vocabat̄: et i zoaraz: hoc ē puulā syro sermone trāslata est. Recordabat̄ speluce loth: et versa i lachrymas: virgines socias admonebat. cauēdū cē vinū i q̄ ē luxuria: et cui⁹ opus moabite sunt et āmonite. Diu hereo i meridie: vbi spōsa cubātē repit spōsuz: et ioseph inebriat⁹ē cū fratrib⁹suis. Reuertar hierosolimaz et p tecuā atq3 amos rutilantez mōtis oliueti lucē aspiciā: de quo saluator ascēdit ad prēm: i q̄ p ānos singulos vacca rufa i holocaustū dn̄i cremabat̄: et cui⁹ cinis expiabat ppl'm israel: in q̄ iuxta ezechielez cherubin de tēplo trāsmigrantes: ecc'iam dn̄i fundauerūt. Ingressaq3 sepulchrū lazari: marie et marthe vidit hospitium et bethfage villā sacerdotaliū maxillarū: et locū i quo pullus lasciuiēs gētium dn̄i frena suscepit: apostolorūq3 stratus vestib⁹: mollia terga p̄buit ad sedendum. Rectoq3 itinere descēdebat iericho: cogitās illū de euāgelio vulneratū: et sacerdotibus et leuitis mentis feritate pretereūtibus: clemētiā samaritani: idest custodis q semínecē suo imposito iumēto ad stabulū eccl'ie reportauit: et locū adommijn qd̄ interp̄tatur sanguinū: q2 multus i eo sāguis crebris latronū fundebat̄ icursib⁹: et arbores siccomoꝝ zachei: idest bone penitētie opa: quib⁹ cruēta dudum et noxia rapinis peccata calcabat: excelsumq3 dn̄m de excelso vtutū ituebat̄: et iux viā cecoꝝ loca q receptis luminib⁹ vtriusq3 ppl'i credentis in dn̄m sacramēta p̄miserāt. Ingressa hierico vidit vrbē quā fūdauit ayel i abyram primogenito suo: et cuius portas posuit i segub nouissimo filioꝝ. Intuita ē castra galgale: et aceruū3 p̄putioꝝ: et secūde circūcisionis misteriū: et duodeci3 lapides q de iordanis alueo illuc trāslati duodeci3 apostoloꝝ fundamēta firmauerāt: et fontez quondā legis āmarissimū et sterilē: quē ver⁹ heliseus sua cōdiuit sapiētia: et i dulcorem vbertatēq3 conuertit. Uix nox trāsierat: feruētissimo estu venit ad iordanem: et stetit i ripa fluminis: et orto sole: solis iusticie recordata ē: quō i medio iordanis alueo: sicca sacerdotes posuerit vestigia: et ad Helie atq3 helisei ipiū stantib⁹ ex vtraq3 aqs: iter vnda p̄buerit: pollutas q3 diluuio aqs: et toti⁹ humāi gn̄is iterfectione maculatas: suo dn̄s mūdauerit baptismate: Lōgū ē: si velis de valle achor dicere: id ē tumuli atq3 turbaꝝ: i q̄ furtū et auaricia cōdēnata est: et de bethel domo dei: in qua sup nudā humū: nud⁹ et pauper dormiuit Jacob: et posito subt⁹ caput lapide: i Zacharia septē oculos habere describit̄. et in Esaia lapis dicit̄ angularis: vidit scalā ad celū vsq3 tēdētez: i qua dn̄s desuper initebat̄: et ascēdētib⁹ porrigēs manū et negligētes de sublimi p̄cipitās. Sepulchra q̄q3 i mōte effraim iesu filij naue: et eleazari filij aarō sacerdotis: a regiōe venerata ē: q̄ꝝ vn⁹ cōdit⁹ ē in tamnata septētrionali pte mōtis gaaz: alter i galaath filii sui finees: satisq3 mirata ē: q distributor possessionū sibi mōtana et aspa delegisset. Quid narrē de sylo: in q̄ altare dirutū hodieq3 mōstrat̄: et raptū sabinaꝝ a tumulo trib⁹ beniaminiaca pcurrit. Trāsiuit sichez: n̄ vt pleriq3 errāter legunt sychar: q̄ nūc neapolis appellat̄: et ex latere mōtis garizim extructā: circa puteū Jacob itrauit eccl'iaz: sup quā dn̄s residens sitiēsq3 et esuriēs: samaritane fide saciat⁹ē q̄ qnq3 mosaycoꝝ voluminū viris: et sexto quē se hr̄e iactabat errore dosithei d̄relicto: verū messiā et vex repit saluatorē. Atq3 ide diuertēs: vidit duodeci3 patriarchaꝝ sepulchra. et sebasten. i. samariā: q̄ in honorē augusti ab herode regē greco sermōe augusta ē nōiata: Ibi siti sūt Heliseus et abdias pphetā: et q̄ maior nat⁹ iter mulierū nō fuit baptista Joānes: vbi multis itremuit mirabilib⁹. Nāq3 cernebat demōes variis rugire cruciatib⁹: et añ sepulchra scōꝝ vlulare hōies luporū vocibus

latrare canum: fremere leonum: sibilare serpentium: mugire thaurorum: alios rotare caput: et post tergum terram vertice tangere: suspensisque pede feminis vestes nō defluere in faciem. Miserebatur omnium: et per singulos effusis lachrymis: xpi clementiam precabatur: et sicut erat inualida: ascēdit pedibus montem: in cuius duabus speluncis: persecutionis et famis tpe abdias ppha centum prophetas aluit pane et aq. Hinc cito itinere percucurrit nazaram nutriculam domini: chanaan et capharnaum signorum ei9 familiares: lacum thiberiadis nauigante domino sanctificatum: et solitudinē in qua multorum populorū milia paucis saturati sūt panibus et de reliquijs nascētiū repleti sūt cophini duodecī tribuū israel: ascendebatque montem thabor: ī quo transfiguratus est dominus: aspiciebat procul montes hermon et hermonijm: et campos latissimos galilee: in quibus sisara et omnis eius exercitus barach vincente prostratus est. Torrens cyson qui mediam planiciem diuidebat et oppidū iuxta naym: in quo vidue suscitatus est filius: monstrabatur. Dies me prius quam sermo deficiet si voluero cuncta percurrere: que Paula venerabilis fide incredibili peruagata est. Transibo in egyptum et in sochot atque apud fontem sampsonis: quem de molari maxille dente produxit: subsistam parumper et arētia ora colluam vt refocillatus videam morastim sepulchrū quondā michee prophete nunc ecclesiam: et ex latere derelinquam chorreos: getheos: maresa idumeam et lachis: et per harenas molissimas pergentiū vestigia subtrahētes latāque heremi vastitatem: veniam ad egyptum fluuium syor q interpretatur turbidus: et qnque egypti trāseam ciuitates: que loquuntur lingua canaditidi et terram gessen et caneos in quibus fecit deus mirabilia: et vrbem no: que postea versa est in alexandriam: et oppidū domini nytriam in quo purissimo virtutum nitro: sordes lauantur quottidie plurimorum. Quod cū vidisset occurrente sibi sancto et venerabili episcopo Isidoro confessore: et turbis innumerabilibus monachorum: e quibus multos sacerdotalis et leuiticus sublimabat gradus: letabatur ad gloriā domini: sed se idignam tanto honore fatebatur. Quid ergo narrē: machari os: arsenios: serapiōes: et reliqua columnarū xpi nomina? Cuius non intrauit cellulam: quorum non pedibus aduoluta est? Per singulos sanctos xpm se videre credebat: et quicquid ī illos contulerat: contulisse se in dn̄m letabatur. Mirus ardor et vix in femina credibilis fortitudo oblita sexus et fragilitatis corporee: iter tot milia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat: et forsitan cunctis eā suscipientib9 impetrasset: nisi maius sanctorum locorum traxisset desiderium: atque propter feruentissimos estus de pelusio mayumam nauigatione preueniens: tanta velocitate reuersa ē: vt aues putares. Nec multo post in sanctam bethleem mansura veniens perpetuo: angusto per triennium mansit hospitio: donec extrueret cellulas ac monasteria: et diuersorium peregrinorum iuxta viā conderet: in qua Maria et ioseph hospitium non inuenerant. Hucusque iter eius descriptum est: quod multis virginib9 et filia comite peragrauit. Nunc virtus eius latius describatur: que ipsius propria est in qua exponenda deo iudice ac teste: pfiteor me nihil addere: nihil in maius extollere more laudantium: sed ne rerum excedant fidem: multa retrahere: et ne apud detractores: et gemino semper dente rodētes fingere putet: et cornicem esopi alienis colorib9 adornare: que prima xpianorum virtus est: tanta se humilitate deiecit: vt qui eam videret et p celebritate nominis videre gestiret: ipsam esse non crederet: sed ancillarum vltimam. Et cum frequentibus choris virginū cingeretur: et veste et voce et habitu et incessu: minima omnium erat: nūquam post viri mortem vsque ad diem dormitionis sue cum vllo comedit viro: quamuis eum sanctum et in pontificali sciret culmine positū Balena nisi periclitans non adijt: mollia etiam in grauissima febre lectuli strata

nõ habuit: ſꝫ ſup duriſſimaꝫ humum ſtra/tis ciliciolis quieſcebat: ſi tamẽ illa quies dicenda eſt. Que iugibus pene orationi/bus dies nocteſqꝫ iũgebat: illud implens õ pſalterio. Lauabo per ſingulas noctes lectuꝫ meuꝫ: lachrymis meis ſtratuꝫ meũ rigabo. In qua vt fontes crederes lachry maruꝫ: ita leuia peccata plangebat: vt il/laꝫ grauiſſimoruꝫ criminuꝫ crederes reaꝫ. Cũqꝫ a nobis crebrius moneretur vt par ceret oculis vt eos ſeruaret euãgelice le/ctioni: aiebat. Turpanda eſt facies: quaꝫ contra dei preceptuꝫ purpuriſſo ⁊ ceruſa ⁊ ſtibio depinxi: affligenduꝫ eſt corpꝰ qd multis vacauit delitijs. longus riſus per/peti cõpenſandus eſt fletu: molia linthea mina ⁊ ſerica precioſiſſima aſperitate ci licij cõmutãda. Que viro ⁊ ſeculo placui: nũc xpo placere õſidero. Si int̃ tales tan taſqꝫ virtutes caſtitateꝫ in illa voluero p̃/dicare: ſuperfluus videar: in q̃ etiaꝫ cũ ſe/cularis eſſet. oĩum rome matronaruꝫ exẽ pluꝫ fuit que ita ſe geſſit: vt nũqꝫ de illa etiaꝫ maledicoruꝫ quicqꝫ auderet fame confingere. Nihil animo eius clementius nihil erga humiles blandius fuit. Nõ ap petebat potentes nec tamẽ ſupbos ⁊ glo rioſaꝫ querentes: faſtidio deſpiciebat. Si paupereꝫ viderat: ſuſtentabat: ſi diuiteꝫ: ad bñfacienduꝫ cohortabat̃. Liberalitas ſola excedebat moduꝫ: ⁊ vſuras tribuens euerſuram quoqꝫ ſepe faciebat: vt nulli ſtipeꝫ rogantiuꝫ denegaret. Fateor erro reꝫ meuꝫ. cur in largiendo eſſet profuſior arguebaꝫ: illud proferens de apoſtolo: nõ vt aliis refrigeriũ ſit: vobis autem tribu latio: ſed ex equalitate in hoc tempore: vt abundantia veſtra ſit ad illorum inopiaꝫ. Et hoc de euangelio ſaluatoris: qui habet duas tunicas det alteraꝫ non habenti: et prouidenduꝫ eſſe: ne qd libenter faceret: ſemper facere non poſſet: multaqꝫ huiuſ/modi que illa mira verecũdia: ⁊ ſermone parciſſimo diſſoluebat: teſteꝫ inuocãs do minuꝫ ſe ꝓ illius noĩe cuncta facere: ⁊ hoc h̃re voti vt mẽdicãs ipſa moreret̃: vt vnuꝫ nũmuꝫ filie non dimitteret: ⁊ ĩ funere ſuo alieno ſyndone ĩuolueret̃. Ad extremum ĩferebat. Ego ſi petiero m̃ltos ĩueniam q mihi tribuãt: mẽdicãs ſi a me nõ accepit: q ei poſſuꝫ etiã de alieno tribuere ⁊ mor tuus fuerit: a quo aĩa eiꝰ regretur? Ego cautior ĩ re familiari eſſe cupiebaꝫ: ſꝫ illa ardentior fide: toto ſaluatori aĩo iũgebat̃. et paupem dñm' paup ſpũ ſequebat̃: red/dens ei qd accepat: ꝓ ipo pauper effecta. Deniqꝫ ↄſecuta eſt qd optabat: et ĩ grãdi ere alieno filiã dereliqt: qd huculqꝫ dhẽs nõ ſuis viribus: ſed xpi ſe fidit miſericor/dia redditurã. Solent plereqꝫ matrona/ruꝫ bucinatoribus ſuis dona conferre: et in paucos largitate ꝓfuſa manum a cete ris retrahere: q̃ illa oĩo carebat vitio. Ita enĩ ſingulis ſuã pecuniã diuidebat: vt ſin gulis neceſſariũ erat: nõ ad luxuriam: ſed ad neceſſitateꝫ. Nemo pauꝑuꝫ vacuꝰ re/uerſus eſt. Qd obtinebat: nõ diuitiaꝝ ma gnitudine: ſed prudentia diſpenſandi illud ſemp replicãs: beati miſericordes qm̃ ipſi miſericordiaꝫ ↄſequẽt̃: ⁊ ſicut aqua extin/guit ignẽ: ita ⁊ elemoſina extinguit pec/cata: ⁊ facite vobis amicos de iniquo mã/mona: q vos recipiãt ĩ eterna tabernacl'a: ⁊ date elemoſynam: ⁊ ecce oĩa munda ſũt vobis: ⁊ verba danielis regẽ nabuchodo noſor p̃monentis: vt elemoſynis redime/ret pctã ſua. Nolebat ĩ his lapidibꝰ pecu/niaꝫ effũdere: qui cũ terra ⁊ ſeculo tranſi turi ſunt: ſed ĩ viuis lapidibus q voluunt ſup terraꝫ: de qbꝰ ĩ apocalipſi Johãnis ci/uitas regis magni extruitur: quos ĩ ſaphi rũ ⁊ ſmaragdũ ⁊ ceteras gemmas eẽ ver tẽdos ſcriptura cõmemorat. Uez hec cõ munia poſſũt eẽ cũ paucis: ⁊ ſcit diabolus nõ ĩ ſũmo culmĩe ꝟtutũ poſita: vnde loqt̃ ad dñm poſt amiſſã Job ſubſtantiã: poſt euerſam domũ: poſt liberos ĩterfectos: co rium ꝓ corio: ⁊ oĩa q̃ habuerit hõ dabit ꝓ aĩa ſua: ſed extende manũ tuã ⁊ tãge oſſa ⁊ carnes eiꝰ: niſi ĩ faciẽ benedixerit tibi. Scimꝰ pleroſqꝫ dediſſe elemoſynam: ſed de proprio corpore nihil dediſſe: porexiſſe egentibus manuꝫ: ſed carnis voluptatẽ ſu peratos: dealbaſſe ea q̃ foris erãt: ⁊ intus

plenos fuisse de ossibus mortuorum. At non Paula talis. que tante continentie fuit: vt prope mensuram excederet: et debilitatem corporis nimijs ieiunijs ac labore contraheret que exceptis festis diebus: vix oleum in cibo caperet: vt ex hoc vno estimaretur: quid de vino et liquamine et piscibus et lacte ac melle et ouis: et reliquis que gustu suauia sunt iudicarit: in quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant: et sibis ventrem ingurgitauerint: totam pudicitiam suspicantur. Semper virtutes sequitur inuidia: feriuntque summos fulgura montes. Nec mirum si hoc de hominibus loquar: cum etiam dominus noster phariseorum zelo sit crucifixus: et omnes sancti emulos habuerint: in paradiso quam serpens fuerit: cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Suscitauerat ei dominus adad qui eam colaphizaret: ne se extolleret: et quasi quodam stimulo carnis sepius admonebat: ne magnitudine virtutum altius saperet: aliarumque vitijs feminarum: se in excelso crederet constitutam: Ego aiebam: liuori esse cedendum: et dandum insanie locum: quod fecisset iacob in fratre suo esau: et Dauid ipsi tinacissimo inimicorum Saul: quorum alter mesopotamiam fugerit: alter se alophilis tradiderit: malens hostibus quam inuidis subiacere. At illa iuste respondebat hec dicens. Si diabolus contra seruos dei et ancillas: non vbique pugnaret: et ad omnia loca fugientes precederet: si non sanctorum locorum amore retinerer et bethleem meam in altera reperire posse parte terrarum. Cur enim non patientia liuores superem? Cur non humilitate frangam superbiam: et percutienti maxillam alteram non offeram: dicente apostolo Paulo: vince in bono malum. Nonne apostoli gloriabantur: quando pro domino sunt passi contumeliam? Nonne ipse saluator humiliauit se: formam serui accipiens: et factus obediens patri vsque ad mortem mortem autem crucis: vt nos sua passione saluaret? Job nisi certasset et vicisset in prelio: non accepisset coronam iusticie: nec audiuisset a domino putasne me tibi aliter locutum quam vt appareres iustus? Beati dicuntur in euangelio: qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. Secura sit conscientia quod non propter peccata patiamur: et afflictio in seculo materia premiorum est. Si quando procacior fuisset inimicus: et vsque ad verborum iurgia prosilisset: illud psalterij decantabat. Cum consisteret peccator aduersum me obmutui et silui a bonis. Et rursum. Ego enim quasi surdus non audiebam: et quasi mutus non aperiens os suum: et factus sum quasi homo non audiens: nec habens in ore suo increpationes. In temptationibus vero: deuteronomii verba voluebat. Temptat vos deus vester vt sciat si diligitis dominum deum vestrum ex toto corde vestro et ex tota anima vestra. In tribulationibus et angustijs Esaie replicabat eloquia. Qui ablactati estis a lacte: qui abstracti ab vbere: tribulationem super tribulationem expectate: spem super spem: adhuc pusillum propter malitiam labiorum: propter linguam malignam. Et scripture testimonium in consolationem suam differebat ablactorum esse: et eorum qui ad virilem etatem peruenissent: tribulationem super tribulationem sustinere: vt spem super spem mereretur accipere: scientes quoniam tribulatio patientiam operatur: patientia probationem: probatio spem spes autem non confundit: et quod si is qui foris est noster homo corrumpitur: ille qui intus est innouetur: et id presentiarum momentaneum et leue tribulationis nostre: eterne glorie pondus operetur in nobis: non aspicientibus que videntur: sed que non videntur. Que enim videntur: temporalia sunt: que autem non videntur eterna. Nec longum fore tempus etiam si humane impatientie tardum esse videatur: quin dei statim sequatur auxilium dicentis. Tempore opportuno exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sum tui. Nec dolosa labia et linguas iniquorum esse metuendas: tamen domino adiutore letemur: et ipsum audire debeamus monentem: per patientiam vestram possidebitis animas vestras: et non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Et alibi. Patienter agamus in omnibus que accidunt nobis. Patien

nomen eorum incognitum habebant: sed vnum tantum erat eis arduum votum: vt semetipsos mortuos facerent corpore: vt possent secularia euadere. Cibus vero illis erat spiritalis eloquia: corpori autem ministrabant que necessaria sunt: panem tantum et aquam: vt subsisterent deo referre gloriam: et inuicem caritatem. Hec diuina opera dum videret zozimas: edificatus est valde proficiens: deitatis laudans diuitias semper augendo cursum proprium: quia sibi cooperantem inuenerat diuinam potentiam. Plurimis autem transactis diebus: appropinquit tempus sacrorum ieiuniorum: preparabantque se cuncti purificatos dominice passioni: atque sacratissime eiusdem saluatoris nostri ihesu christi resurrectioni exhibere. Janua autem monasterij nullo modo patefiebat. sed semper clausa manens: ad diuinitatis opera monachis quietam prestabat vitam: nec licitum erat eam patefieri: nisi quidam monachorum pro aliqua necessaria causa aduenisset. Desertus autem erat locus et non solum viam transeuntibus: sed et propinquis incognitus: quia talis regula ab initio in monasterio illo custodiebatur: et propterea deus zozimam ad hoc perduxit monasterium. Qualis autem erat illa consuetudo regule in initio expositionis: patefaciam. Dominicorum die prima ieiunij ebdomada: omnes iuxta consuetudinem monachi vocabantur: sancta dei mysteria secundum morem celebrare christianorum: et vnusquisque eorum sacratissimum atque viuificum corpus domini suscipiebat: paruumque sumentes cibum congregabantur ad orationem solenni studio. Cum autem complessent orationem flectentes genua senes se inuicem osculabantur: deinde omnes se amplexantes et pacem dantes abbati: rogabant sibi ab eo orationem futuri certaminis eorum auxiliatricem fieri. Hisque pactis monasterii aperiebantur regie: simulque psallentes et dicentes: Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo: Dominus protector vite mee a quo trepidabo: et cetera que sequuntur. Egredientes autem vnum tantum vel duos ad custodiendum monasterium relinquebant: non qui infra posita custodirent: quia nec erat quod a furibus raperetur: sed ad hoc maxime predicti custodes ibidem relinquebantur: ne oratorium sine celebratione solenni post poneretur. Singuli autem secum deferebant vite necessaria prout poterant: aliquanti quidem panem paruum ad fragilitatem corporis sustentandam: alii autem caricas: alius vero dactilos: ceteri autem legumina aqua infusa: alii autem nihil nisi proprium corpus et pallium quo vestiebantur. Nutriebantur vero quotiens natura compellebat herbis que in desertis nascebantur. Igitur regulam propriam nouiter sibi quisque eorum creabat: talemque habebant immutabilem legem: ignorare alium quomodo alius operaretur certamina: eo quod iordanem non derelinquentes: seorsum longe ab inuicem discedentes a ciuitate: et habitationem habebant per desertum: nullusque alii adiungebatur sed si forsitan vnus eorum alium longe ad se venientem aspiceret: e vestigio discedens propositam itineris viam. ad aliam se declinabat partem: et ita solitariam agebant vitam: semper psallendo et deo gratias referendo oportunum gustabant cibum. Sic enim omnes dies complentes ieiunii: remeabant ad monasterium dominicorum die: precedente ebdomada resurrectionis domini: et saluatoris nostri. die quo festa palmarum sancta celebrare consueuit ecclesia: referens vnusquisque eorum proprii laboris fructum sue videlicet conscientie: cognoscendo ipsum qualiter operatus sit: qualesue seminauerit fructus. Nulli vero erat licitum interrogare proximum suum quomodo vel qualiter presentem exercuerit laborem: quia huiusmodi regula tradita fuerat: qua vnusquisque eorum habitando desertum: deo tantummodo certaminis sui cursum demonstrarent: a nullo clarificari homine desiderantes: nullam querentes transitoriam vel vanam gloriam aut humanum fauorem: sed spiritualia operando: carnalia autem atque terrena contemnendo: celestia obtinebant Nam demonstratio hominum: infructuosa opera et damnosa semper acquirit: Tunc vero zozimas iuxta consuetam regulam monasterii: pertransiuit iordanem: paruumque secum detulit cibum ad sustentationem corporis: et pannum quo induebatur. Eandem regulam adimplebat pertranseundo heremum: tempore vero

refectionis edebat cibū necessariū: ꝓ na
tura corporis. Soporē vero in terra par
uum iacens capiebat modicum gustando
somnū: vbi eū finis diei occupasset: atq̄
iterū diluculo iter suū faciebat: incessabi
liter augmētando cursū: habens deside/
riū pertrāsire heremū: sperans aliquem
reperiri patrē ī deserto q̄ eū potuisset edi
ficare iuxta eius desideriū. Currebat igit̄
securus optimā viā vt ei ꝓmissū fuerat.
festinanterq̄ currebat. Viginti ergo die/
rū ꝑgēs iter: facta hora quasi sexta pau/
lulū se abstinuit ab itineris labore: eleua
tisq̄ oculis ad oriētē: ↄsuetā sibi celebrat
orationē. Solitus autē erat statuto diei
tēpore idest tertia sexta ꝛ nona abstinere
se a sui itineris cursu orationis causa: ele/
uāsq̄ oculos ad supna ꝛ respiciēs ad dex/
teram: vidit in quodā loco stare quasi vm
braculū humani corporis. Stupefactus
ac turbatus valde: existimabat fantasma
esse qđ videbat: ꝛ signaculū sibi redēpti/
onis sancte crucis faciēs: ac cōpleta orati
one: vidit quandam ambulantem in par
te meridiana. nudo nigroq̄ corpore ex
incendio solis exustā: capilli capitis eius
vt lana cādida: atq̄ ꝑui vsq̄ ad collū cor
poris descēdentes. Dū hoc videret zozi
mas admirat⁹ repletusq̄ gaudio magno:
cepit currere ad eandē partē in qua pre/
dicta videbatur. Nā ꝛ illa q̄ zozimā vide/
bat: ineffabili exultabat leticia: q̄m vide/
rat qđ multorū annorū spacio minime re
spexerat humane nature speciē. neq̄ ali
cuius animalis vel volucris figurā. Mi/
ratur ergo zozimas: q̄ vel qualis eēt quē
viderat: existimās ꝙ magnā vidisset ꝑso/
nā. Dum enī illa videbat: de lōge ad se
appropinquantē: cepit gradu ↄcito fuge/
re ad interiora deserti: zozimas autē con/
temnēs senectutis debilitatē: fastidiumq̄
itineris: cōcito eā gradu sequebatur: ꝛ illa
magis fugā petebat. Erat autem zozime
cursus velocior: ꝛ paulatī appropinqua/
bat fugiēti. Proximus autē ei fact⁹ ita vt
etiā vox eius posset audiri: cepit zozimas
vociferari: talē emittēs vocē cū lachry/
mis. Ut qd me fugis homē senē ꝛ pctōrē
serue dei viui? Sustine me quicunq̄ sis:
coniuro te per deū pro cuius amore hanc
habitas heremū vt recipias me debilem
atq̄ indignū senē. Cōiuro te per illum ad
quē pro tantis tuis laboribus spē habes.
bonā ꝛ eternā retributionē: colloq̄re me/
cum dulcedinis ac suauitatis v̄ba ꝛ noli
me derelinquere sine mutua locutiōe. Hec
zozima cū lachrymis orāte: venerūt vtri/
q̄ currentes in quēdā locū. qui locus ita
videbatur: quasi torrēs ibi aliq̄n cucur/
rerit: positio autē loci illi⁹ sicubi videbat̄
coniungentē eum ad prememoratū locū
precedens illa que fugiebat. ante faciem
zozime descendit: ꝛ rursum per aliam par
tem loci illius quasi torrens ascēdit. zozi
mas nimiū fatigatus minime potuit cur/
sum facere: sed magis astās ex vna parte
loci: augens lachrymis lachrymas ꝛ fleti/
bus fletus: rogabat edificationis sibi im/
pendi sermonē. Mox illa que prius fu
gam petebat: talē emisit vocē. Abba zozi
ma qd me persequeris? Ignosce mihi per
deū te rogo. ignosce mihi ꝑ deū peto: q̄a
minime possū cōuertere faciē meā ad te.
eo ꝙ mulier sum nuda: sȝ palliū quo indu
tus es mihi porrige: vt possī corporis mei
verecundiā tegere: veniāq̄ ad te vt ora/
tiones tuas accipiā. Tūc stupefact⁹ atq̄
turbatus senex eo ꝙ audisset se vocari ex
nōie sapiā dei replet⁹ diuinaq̄ refulgens
grā: itellexit ꝙ nō eū noīatim poterat vo
care: quē nūq̄ viderat neq̄ audierat: nisi
q̄ superna ꝓuidentia ei reuelauerat. Sta/
timq̄ expolians se panno quo induebat̄:
iactauit illi auersa facie. Illa v̄o sumens
eū cinxit se vt potuit: ꝛ cooperuit partem
necessariā sui corporis: respiciēsq̄ zozimā
ait ad eū. Quid tibi visum fuit peccatricē
mulierē videre: aut quid querens cogno
scere tot tibi imposuisti labores? Ille ve/
ro genua flectens: obsecrabat vt benedi
ctionē ab ea acciperet: illaq̄ humo ꝓstra/
ta vicissim adorabat eū. Erāt ergo vtriq̄
ꝓstrati in terrā inuicē se adorātes: ꝛ rogā
tes alterutrū initiū facere benedictiōis.

Nulla vo penit' audiebat vox: nisi tantū modo benedic pater et vicissim: bndic me dña bndic. Dū autē diu i hoc psisterent: rndit mulier dicēs. Abba zozima. tibi magis cōcessū ē bndicere atq orare: eo q sacro honore psbyterii fūgeris: pluresq annos sanctis assistis altarib' bn scis oratio nib' mēte repleta. Hec audiēs zozimas: ampli' territ' atq stupēs ait. Certe video mater q oī spūali gratia sis repleta: qm nomē et officiū psbyterii designasti in me: quē nūq vidisti. Spiritalis enī gra non pter ordinē vel dignitatē tribuit: sz magis ex bonis operibus: et deo dignis actibus acqrit: vñ et p dñz te adiuro: vt prius a te bndictionē accipiā tuaq orone pfrui merear. Cōsentiēsq vo smoīb' senis: mlier rndit. Bndict' dñs redēptor aiaꝝ nraꝝ zozimas autē rndit. Amē. Moxq erecti ambo de terra: ait seni mlier. Rogo te pater quid ad me peccatricē venire festinasti: Aut qd nudaz et ab oī bono ope infirmaz cernere voluisti mulierem: Zozimas respondit. Non hoc tm voluntatis mee fuit: sz diuine dispēsationis munus nos fecit vtrosq videre. Rndit mulier Si vt asseris p diuinaz dispēsatiōez actū ē rogo te vt mihi pr cōuersatione humani generis: quomō sint reges vel pastores eccliaꝝ narres. zozimas rndens ait ad eā Multifaria relinquēs breui smone dicā mater: q dñs nr ihs redēptor nr: oī pplo suo firmaz pacez cōcedere dignat' ē. Sz rogo te vt depreceris deū p toti' ecclie stabilitate: simulq p pctis meis. Rndit mlier ad eū. Opportunū ē et valde necessariū te abba zozima q hitu et sacerdotali ornaris officio: p oīb' atq p me peccatrice orare deū qm i hoc vocat' es: tm pter pceptū tuū obedire cū oī vtute debeo: et orabo deū sicut petisti licet peccatrix. Et eleuans oculos ad orietez: manusq erexit in celū cepitq silenter orare: ita vt tm labia moueret. et vox ei' penit' n audiret Unde senex nullū vbum orationis intelligere potuit: sed hoc sibi testem deū adhibens dicebat: quia dum prolixam mulier faceret orationē: vidit eā in loco i quo stabat orans sus. ensaz a terra in aere: quasi vnius cubiti mēsura. Qua visiōe magno cōprehēsus timore: et cadēs cepit sudorib' īundare: stupore cōprehēdi: admiratiōib' estuare: nihilq aliud dicere poterat nisi tātūmō kyrieleyson: Dū hec agerētur: cepit senex magna dubietate anhelare: ne forte spūs eēt fantasie: fingēs orationem. Moxq conuersa mulier cofortauit eum dicēs. Quid te abba cogitatiōes tue pturbāt: scādalizare i me q spūs sī. et fictā facio orone: Satisfact' esto: peccatricē me esse mulierculā: que tn sacro sū circūdata baptismate: et spūs fantasie nō sum: sed fauilla et cinis et totuz caro: et nihil spiritalis fantasie aliquādo vel ad mētez reducens Hec dicēs: signo crucis signat frontē suā oculos et labia: simulq pectori vexillum crucis infigēs: ita dixit. Abba zozima de' de aduersario et de imissionibus eius liberet nos: quoniā super nos multa ē inuidia eius. Hec audiens senex pstrauit se: et apprehendit pedes eius: dicēs cū lachrymis. Obsecro te p dominū nostruz iesum xpm. verū deū et hominē: qui de virgine maria nasci dignat' est. pro quo nuditatē sustines istaz: pro quo has quoq carnes affligēs expēdisti: vt nihil abscōdas a me que sis et vnde vel quando: et ob quā occasionez solitudinē hanc inhabitasti: sed oīa q circa te sunt edicito mihi: vt dei magnalia facias manifesta. Sapiētia enī abscōdita et thesaurus occultus: que vtilitas in vtrisq: Dic mihi oīa pter deū: nec enīz pro gloriatiōe aliqd dicis aut ostensione: sed vt mihi satisfacias peccatori et idigno Credo enī deo cui viuis et cū quo cōuersaris: quoniā ob huiuscemodi rē directus sum in hanc solitudinem: vt ea que circa te sunt deus faciat manifesta. Non enim nostre virtutis est: iudicijs resistere dei. Nisi fuisset acceptabile christo dō nostro manifestare te. et qualiter decertasti: nec te ipsam permiserat videri ab aliquo: nec me confortaret tantam properare viam: nusq valentem progredi: aut de cellula

mea procedere. Hec eo dicente: sed et alia plura: eleuans eum mulier dixit. Vere abba erubesco dicere tibi actuū meorum turpitudinem: tamen quia vidisti nudū corpus meum: denudabo tibi et opa actuū meorum. vt cognoscas quante turpitudinis atqz luxurie confusione et opprobrio repleta est anima mea. Non enī vt tu ipse cōsiderasti propter aliquā meam gloriam que circa me sunt: pronūcio. Quid enim potero gloriari que diaboli vas fui electionis aūt effecta. Scio autē quia si cepero narrare ea que sunt de me: fugies a me quēadmodū quis fugiat a facie serpentis: auribus non sustinens audire ob īexpedibilia que sum opata. Dicam tamen nihil negans: sed verius referam: supplicās te prius vt non deficias orare pro me: vt mīsicordiā īuenire merear in die iudicij. Et senex suffusus lachrymis flebat. Tūc cepit narrare ea que de se erāt ita dicēs. Ego pater patriam habui egyptū: parētibus aūt meis viuētibus. duodecimū etatis gerēs ānū: affectū illorum spernens ī alexandriā veni. Et quomodo virginitatē meam ī primis violauerim: et qualiter īdesinent et insatiabiliter vicio libidinis subiugata iacuerim: erubesco osiderare: hoc enim nō breue ē dicere: citius tñ dicam. vt cognoscere possis īsatiabilem vicij mei ardorem: quem ī amorem stupri habui. Decem et septē et eo amplius annis publico astās loco. pessimum mei corporis exercebam negociū: tradens volentibus irrecusabiliter carnis mee pudorem: repellēs a me omne acqsitionis lucrū. Unum tantū mihi erat lucrū. luxuriosam acqrere vitā. Nam ludus et ebrietatum nimietas mihi pro thesauris videbantur. Multotiēs oblata recusabā: vt āplius acqrerē pessimi mei odesiderij amicos: et hoc nō qsi locuples faciebā sed egestatē pro diuitiis reputabā. Unus uero mihi et magnus erat desiderij ardor: pcelatis ouiuijs risibus atqz iocis īsistere: et diebus et noctibus pessimā corporali nature īiuriā irrogare. huiusmōi enī obscenis et maculosis opibus: mee iuuētutis expēdidi vitam. Hoc mō mihi viuēti: vidi aliquādo lybiorū et egyptiorum multitudinē: cōcurrentē qsi ad mare: reppiqz aliquem et īterrogaui dicens. Ubi putas festinát isti viri qui currunt? Dixit autem mihi. In hierosolymam omnes ascendūt ob sancte crucis exaltationē: que post aliquot dies solito celebratur. Dixi aūt ei et ego. Putas suscipient me: si voluero abire cū ipsis? Et ille dixit. Si habueris naulū nullus te prohibebit. Dixi ei. Vere frater naulum vel sumptū nō habeo: vadā autem et ascendam ī vnam nauium quam cōduxerūt: et licet noluerint enutrient me. memetipsam eis tradam: nā corpus meum in potestate habentes pro naulo accipiant. Propterea autem cū eis volui ambulare abba ignosce: vt multos haberem cooperatores ī libidinis passiōe. Dixi tibi mi senex et mi abba ignosce mihi: nec me cōfusionem meam dicere cōpellas. Contremisco deniqz: maculant enī et te: et ipm aerem isti sermones mei. Zozimas aūt terram lachrymis īfundens respondit ei. Dic o mater mea pter deum dic: et ne ptermittas sequentia salutifere narrationis. Illa aūt adiūgens priori narrationi addidit hec. Ille aūt adolescēs sermonū meorum audiēs scurilitatem ridens discessit. Ego aūt fusum quem manu tenebam proijciens: hūc enī post tēpus oueniebat me tenere: cucurri ad mare vbi illos pspexi currentes: et vidi iuuenes aliquos stantes ī littore: numero qsi decem: satis corpore acerrimos: et ad id qd mihi erat placabile optimos visos. Erāt aūt et alij q iam in naues ascēderāt. Impudenter aūt vt mihi osuetudo erat: et irreuerenter ī medio eorum me odi dicēs. Accipite et me vobiscū q pgitis: nō .n. ero vobis īplacabilis. Sed et alios sordidiores pferēs sermones. oēs ad ridēdū cōmoui. Illi aūt īerubescentē motū meū videntes: accipiētes me ī nauiculā portauerūt. Exide aūt nauigationē cepimus. Que aūt post hec acta sūt. quō tibi enarrare potero pr? Que lingua dicere pōt aut auris audire ea que nauigio vel ī itinere fcā sūt: quō etiā nolētes ad peccādū miseros opellebā? Nō ē enarrabilis negssima spes: cuius

magistra sum infelicib⁹ effecta scelerib⁹. Ego nunc satis factus esto qꝛ stupeo quomodo meas iniquitatū luxurias mare illud sustinuit: quō non aperuit terra os suū ⁊ in infernū me viuentē demersit: que tātas ī laqueum duxi animas. Sed ꝑfecto deus qui neminē vult perire. sed oēs saluos fieri: expectauit penitētiam meā. Nō enim vult mortē peccatoris ꝫ longanimiter expectat. sustinens cōuersionem. Sic nāq cū magna festinatione ascendimus hierosolymā: ⁊ quātos quidem dies ante sācte crucis festiuitatem in ciuitate commorata sum. similibus vacaui nequissimis operibus: magisq̄ꝫ prioribus. Nō enī sufficiens fui iuuenibus mecū in naui luxuriantibus ⁊ in itinere: ꝫ ⁊ alios multos peregrinos ⁊ ciues ī opus sceleris mei cogregans coinquinaui seducens. Quando autē venit sancte exaltatiōis preciose crucis festiuitas: ego quidē sicut ⁊ prius preibam: iuuenum illaqueans ⁊ capiens animas. Uidi autem primo diluculo omnes ad ecclesiam vnanimiter cōcurrētes: abii ⁊ ego currēs cū properātib⁹ ⁊ veni cū illis in atrium tēpli. Et cū venisset hora exaltatiōis dominice crucis: impingebam ⁊ īpingebar repellebarq̄ꝫ quodāmodo festinans ingredi cū populo conanter vsq̄ꝫ ad ianuam templi: cum his qui ingrediebant̄ tamen cum magna laboris tribulatione appropinquabam ⁊ ego infelix. Quando autē ianuā ingredi volebā: illi quidē oēs sine impedimēto ingrediebant̄: me autem diuina aliqua ꝟtus ꝓhibebat: nō īdulgēs ītroitū. Mox igit̄ repulsa eijciebar foras ⁊ eiecta sola inueniebar in atrio stās. Considerans autē per muliebrē impotētiā mihi hoc euenire: iterū me aliis miscendo vi mihi quodāmodo faciēdo introeundi: sed nimirū laborabā ī vacuū. Ut enī limina vestigio cōtingebā oēs iteri⁹ recipiebant̄ nullū īpedimētū habētes me aūt solā nō recipiebāt: ꝫ q̄si multitudo militaris effecta. vt ingredienti mihi aditū clauderet: ita me repentina ꝟtus q̄dā prohibebat: ⁊ iterum īueniebar in atrio. Hec ter ⁊ quater passa ⁊ facere conās ⁊ nihil ꝓficiēs: desperās decetero ⁊ ampli⁹ nusq̄ꝫ ꝓgredi valēs factū quippe fuit corpus meū a vi cōprimētiū valde ꝯfractū. Recedēs itaq̄ꝫ īde ī angulo atrii ꝯstiti: ⁊ vix aliquādo quam ob causā ꝓhibebar videre viuificū lignū in cogitationē reduxi. Tetigit enī mētē ⁊ oculos cordis mei intellect⁹ salutis: recogitans quia squalida actuū meoꝝ scelera mihi ītroeūdi aditū obstabant. Cepi igit̄ flēs nimiū ꝯturbari. ⁊ pect⁹ meū tondere atq̄ꝫ suspiria de ꝓfūdo cordis ꝓferēs. gemēs ⁊ eiulās ꝓspexi ī loco in quo stabam sursum imaginē sancte dei genitricis stantē: ⁊ aio ad eā ītēde ⁊ īdeclināter ītendēs Dn̄a ꝟgo scā maria: q̄ deū veꝝ ꝑm carnē genuisti: scio enim scio: qꝛ nō ē condecens nec opportunū: sic horridā me ⁊ peccatricē adorare sacrā imaginē tuā: vel cōtemplari oculis tantis sordib⁹ pollutis: que sēper ꝟgo esse dinosceris: ⁊ casta: que corpore ⁊ aīa mūda existis: ⁊ immaculata. Justū ē enim luxuriosam me a purissima castitatis tue mūdicia: abhominari ⁊ proijci. Tamē q̄m vt audiui: ob hoc deus hō fact⁹ est: quē ipa digna genuisti vt peccatores vocaret ad penitentiā: adiuua me solitariam: ⁊ nullum habentē adiutoriū: ꝑcipe et mihi licentiā tribue: ecclesie patefactū ingredi aditum. Non efficiar aliena a visione preciosissimi ligni: ī quo affixus de⁹ hō quem virgo concipiens ipa virgo peperisti: q ꝓprium sāguinem pro mea dedit liberatione. Jube dn̄a: ⁊ mihi indigne: ob diuine crucis salutationē: ianuā templi patefieri: ⁊ te ex te genito xp̄o dignissimā da fideiussorem: qꝛ nūq̄ꝫ vltra meā carnē coinquinabo: p horrenda cōmixtionū ludibria sed mox vt filij tui ꝟgo scā videro lignū: seculo ⁊ actibus eius cū oīb⁹ que in eo sūt statī renūcio. ⁊ ꝯtinuo egrediar: vbicūq̄ꝫ ipa vt fideiussor me direxeris. Hec dicēs ⁊ q̄si aliq̄ꝫ satisfactionē recipiens: fidei succensa calore: ⁊ de pietatis visceribus dei genitricis presumens: moui me de eodem loco in quo stans feci orationem ⁊ veniēs iterum ingredientibus me miscui ⁊ vltra

non erat qui me repelleret: vel qui prohiberet appropinquare me ianuis tépli. Ac cepit ergo me tremor validus ⁊ extasis: et tota ex oībus tremebunda turbabar. Ita q̄ coniungentem me ad ianuam: cui⁹ mihi aditus primo claudebať: quasi oīs virtus que prius ingredi me ꝓhibebat: post aūt viam ingrediendi ꝑpararet: ita ab q̄ impedimenti molestia introiui: ⁊ sic intra scā scōrum recepta sum: ⁊ p̄ciosi ac viuifici crucis ligni adorare mysteriū digna habita sum: ⁊ tunc vidi dei sacramēta: ⁊ qualiter est paratus suscipere penitētes. Tūc proijciens me pronam in terraȝ ⁊ sanctuȝ illud osculans pauimentum exibam. Currens aūt ad illā q̄ me fide duxit vēi restās. Cōiunxi me igitur in illum locum vbi fidedictionis cōscriptum est cirographuȝ: ⁊ genu curuans coram imagine scē ꝟgis dei genitricis: his precata suȝ verbis. Tu quidem semꝑ o benignissima domina tuā ostendisti pietatis misericordiam: tu indignam supplicationem non proiecisti: vidi gloriam quam peccatores merito non vidēt⁹. Gloria omnipotenti deo: qui per te suscipit peccatoꝝ penitentiam. Quid amplius peccatrix ⁊ misera: valeo recordari aut enarrare. Tempus est iam iplere quā fidem dixi dictioni tue placitā. Nunc vbi tibi complacet dirige me. Esto mihi salutis ducatrix. ⁊ ꝟitatis magistra: p̄cedens me in viam q̄ ducit ad penitentiā. Et hec dicens: audiui vocem alicuius a longe clamantis ⁊ dicentis. Jordanem si transieris bonam inuenies requiem. Ego autē hāc vocem audiens ⁊ pro me factam credēs lachrymans exclamaui: ⁊ ad dī genitricis imaginē prospiciens sic vociferata sum. Dn̄a dn̄a ⁊ regina toti⁹ orbis: per quā humano generi salus aduenit: noli me derelinquere. Et hec dicens d̄ atrio templi suȝ egressa: ⁊ festinanter ambulabam. Exeunte autem me vidit me q̄s: ⁊ dedit mihi tres nummos dicens. Accipe hos nummos. Ego autem accipiens: tres ex eis panes comparaui: ⁊ hos accepi benedictiōi mei itineris congruos. Interrogaui autem eū qui panes vendebat. vnde ⁊ qualis via esse nosciť que ducit ad iordanem. Et cognoscens portam ciuitatis que in illa parte ꝑgit: currens iter agebam plorans. Interrogationi autem interrogationem annectens: reliquū diei cōsumpsi iter ꝓsperans. Erat enim hora diei iam tertia: quādo p̄ciosam ⁊ scām crucem videre merui. Et sole iam ad occasum declināte: ecclesiam beati Joannis baptiste positaȝ iuxta iordanē conspexi: ⁊ in eodē tēplo ingressa adorans: continuo in iordanem descendi: ⁊ ex illa sancta aqua: manus ⁊ faciem laui Communicaui autem viuifica ⁊ intemerata xp̄i dn̄i sacramēta: in eadem scā p̄cursoris ⁊ baptiste Joannis basilica: ⁊ tunc vnius panis medietateȝ comedi: ⁊ ex aqua bibi noctu in terra quiescens. Lucescente crastino in partem aliam trāsiui: ⁊ iterum pecij ductricē meā ꝟginē mariaȝ: vt mihi dirigeret vbi ei placitū esset. Deueni aūt in hanc solitudinē: ⁊ a tunc vsq̄ȝ hodie elōgaui fugiēs: expectās deum meum: q̄ saluos facit a pusillo aīo ⁊ ꝓcella eos qui conuertuntur ad ipsū. Zozimas autem dixit Quot anni sūt o dn̄a ex quibus hanc īhabitas solitudineȝ? Respōdit mulier. Quadraginta septem anni sūt: vt considero: ex quo de scā ciuitate egressa sū: Dixit auteȝ zozimas. Et q̄d inuenire ad esum potuisti o mi domina? Respōdit mulier. Duos semis q̄dem panes deportans: iordanē trāsmeaui: q̄ post modicum arefacti q̄nasi lapides obdurauerunt: ex q̄bus modicum q̄duisq̄ ad aliquos annos comedens transegi. Dixit aūt zozimas. Et sic absq̄ dolore transisti tanti temporis lōgitudinem: nihil repentine immutationis ꝯturbantis te sētiens calorem? Et illa dixit. Reȝ nūc me interrogas quā dicens valde cōtremisco. Si ad narrationē venero tātoꝝ q̄ sustinui ꝑiculoꝝ: ⁊ cogitationū que inique ꝯturbauerūt me: timeo ne iterū ab eisdē tribulationē patiar. Dixit zozimas. Nihil relinq̄s o dn̄a q̄d nō indices. Semel enim in hoc te manifestaȝ cognouim⁹ ordine: omnia te indiminute oportet nos edocere. Illa aūt

dixit ei. Crede abba decē ꝛ septē annis feris īmansuetis ꝛ irrationabilibꝰ reluctās desiderijs: dū cibū initiabaꝫ desiderio mihi erāt carnes: ꝯcupiebā pisces quos egyptus habebat desiderabaꝫ etiaꝫ vinū delectabile mihi. Multuꝫ enim delectabar ī vino: ꝛ supabundantius vsqꝫ ad ebrietatatem bibebam: ꝛ nunc mihi erat valde in desiderio: eoqꝫ multū vterer dū esseꝫ ī seculo. Hic aūt inqͣm oīno gustandi nō habēs vsū vehemētissime vrebar: ꝛ sustinebā necessitatis piculū. Fiebat aūt mihi ꝛ de luxuriosis cāticis nimiū desideriū: perturbans ꝛ reducēs ad memoriā demoniorū cātica ꝯcātare q̄ ī sclo didicerā. Mox aūt lachrymās ꝛ pectus meū manu pcutiens: meipaꝫ ad memoriā deducebā de cōueniēti fide dictiōis quā fecerā: egrediēs ꝯtra hāc solitudinē. Ueniebā aūt p cogitationē ante imagineꝫ dei genitricis marie: q̄ me ī fide sua suscepit: ꝛ ante illā plorabā vt effugaret a me cogitationes q̄ misserrimā meā aīaꝫ affligebāt. Qn̄ aūt supflue dolēterqꝫ lachrymabar: ꝛ viriliter pectꝰ meū tūdebā: tūc videbā lumē vndiqꝫ circūfulgēs me: ꝛ serenitas mihi q̄daꝫ stabilis mox fiebat. Cogitatiōes aūt q̄ ad fornicationē iterū iterūqꝫ ꝯpellebāt me: quō tibi enarrare possū Abba ignosce. Jgnis intꝰ īfelix corpꝰ meū nimis succēdebat: ꝛ totā me p oīa exurebat: ꝛ ad desideriū cōmixtionis trahebat. Dū mihi ḡ talis ascenderet cogitatio ꝓsternebā me ipaꝫ ī t̄rā: ꝛ lachrymis t̄rā īfūdēs: ipaꝫ mihi veraciter astātē videbā: q̄ me ī fide direxerat: minātē mihi cōpellatiōe q̄ſi pꝛeuaricāti: ꝛ penas pꝛeuaricatiōis īminētes ira mucronis ꝯtra me agētē. Nō aūt an̄ surgebaꝫ de t̄ra nisi prius illa: dulcissima lux illuminaret me solito: ꝛ cogitatiōes pturbantes me effugaret. Semp itaqꝫ cordis mei oculos ad illā fideiussorem meam sine cessatiōe erigebaꝫ: depcans eaꝫ auxiliari mihi ī hac solitudine: ꝛ penitētie habui adiutricē ꝛ coadiutricē ipaꝫ que genuit castitatis auctorem: et sic decem et septē annoꝝ curriculū periculis multis: vt dixi: reluctans vsqꝫ hodie adiutoriū meū dei genitrix mihi astitit ✠go bn̄dicta: p oīa et ī oībꝰ me dirigēs. Dixit aūt ꝫozimas. Nō exhibuisti cibum aut vestimentum? Et illa dixit. Panes qͣdem illos: sicut dixi: expendēs p decem ꝛ septē annos: deīceps nutriebar herbis que inueniebanͭ p solitudinem: Jndumentū aūt qd̄ habui transmeato iordane nimia vetustate scissum ꝛ ꝯsumptū ē. Multam aūt glaciali frigore estusqꝫ ardore necessitatē sustinui: cōcremata estus īcendio ꝛ nimio frigoris gelu: rigescens corpore ꝛ tremens: multotiens ꝛ ī terrā cadens: pene absqꝫ spū iacebaꝫ īmobilis: multis ꝛ diuersis necessitatibus ꝛ tēptationibꝰ imensis eluctans: ꝛ ab illo die vsqꝫ ad hāc: virtus dei multis modis aīaꝫ ꝛ corpꝰ meū custodiuit. Recordans enim de qualibꝰ malis liberauit me dominꝰ: esca enutrior in consumabili: ꝛ facietatis possideo epulas spem salutis mee. Nutrior aūt ꝛ cooperior tegmine ✠bi dei: q continet oīa. Nō in solo pane viuit hō: ꝛ nō habētes opimētū petre circūdate sūt tegmine: hi qui se peccati expoliauerunt tunicā. Audiens autē ꝫozimas quoniam scripturarū testimonia ꝓferebat ex libris Moysi videlicet ꝛ bti Job siue psalmoꝝ: dixit ad eā. Psalmos o mr̄ didicisti vel alios libros sacre scripture legisti? Jlla aūt hoc audiēs subridēs dixit ad eū. Crede mihi pr̄ non vidi hoīeꝫ ex q̄ iordanē trāsiui: nisi te hodie: sed neqꝫ feraꝫ aut aliud aīal qualecūqꝫ: ex quo ī hāc deueni solitudinē. L̄ras aūt nūqͣ̄ alicubi didici: ſꝫ neqꝫ psallentē neqꝫ legenteꝫ aliquem auscultaui. Sermo aūt dei viuus ꝛ efficax ē: intellectum intrinsecus docēs humanum. Hucusqꝫ finis coꝝ q̄ ī ea sunt. Nunc autē obsecrās queso te p īcarnationem ✠bi dei: vt ores ꝓ me luxuriosa. Et cū hec dixiſſꝫ cucurrit senex ꝛ genuflexo se in terrā ꝓsternens cū lachrymis: exclamauit dicēs. Bn̄dictus ds̄ q fecit mirabilia magna solus gloriosa ꝛ vehemenͭ stupenda: quibꝰ nō est numerus. Benedictꝰ es domine ds̄: q ostēdisti mihi quanta largiris timentibꝰ te. Uere enī nō derelinqs

querentes te dñe. Illa aũt apphendẽs se nem non pmisit in terram pfecte psterni: sed dixit ei. Hec que audisti hõ obtestor te p dñm nr̃um ihm xp̃m saluatorem nr̃m: nemini dixeris: q̃adusq3 de⁹ d̃ vinculo carnis absoluat me. His oib⁹ acceptis vade in pace: ⁊ iterũ hoc eodẽ tpe trãseũte anno apparebo tibi: ⁊ videbis me dei nos gubernante gr̃a. Fac aũt pter dominũ qd̃ nũc tibi iniungo. In sacris ieiunijs recurrentibus ãni futuri nõ trãseas iordanẽ: vt ɔsuetudinẽ habetis agere i monasterio. Stupebat autẽ zozimas audiẽs qm̃ ⁊ canonẽ siue regulã monasterij edicebat: nihilq3 aliud clamabat: nisi gl̃am deo: q maiora q̃ petitur diligentibus se largitur. Illa aũt dixit. Sustine: vt dixi: abba i mõasterio neq3 eñi ⁊ si volueris: exire quoq̃ valeb. Vespe aũt sacratissime dñice cene accipe diuini corporis: ⁊ viuifici sãguĩs portionẽ i vase sacro: dignoq3 tãti mysterij: ⁊ afferens sustine me i pte iordãis q̃ ɔiungit̃ sclo: ⁊ veniẽs viuifica accipiã dona. Ex q̃ eñi i eccl̃ia btissimi p̃cursoris priusq̃ trãsirẽ iordanẽ cõicaui: deinceps vsq3 nũc nũq̃ cõicaui: nũq̃ vsq3 nũc scificatiõis hui⁹ vsa sum sacramẽtis: ⁊ iõ deprecor depcationez meam non negligas: s3 affer: vt dixi: viuifica atq3 diuĩa mysteria: ea hora q̃ dñs discipulos diuine cene pticipes fecit. Ioãni aũt abbati mõasterij i q̃ hitas dicito. Attẽde tibi ipi ⁊ gregi tuo: aliq̃ eñi fiũt ibi digna emẽdatõe: s3 nũc nolo te ea sibi edicẽ s3 qñ tibi p̃cepit dñs. Hec dicẽs ⁊ orõnẽ a sene postulãs: ad iteriorẽ solitudinẽ velocius festinauit. zozimas aũt psternẽs se osculabat̃ t̃re locũ i q̃ ei⁹ vestigia steterãt: dãsq̃ gl̃iaz dõ: ⁊ imẽsas gr̃as agẽs: reuersus ẽ laudãs ⁊ bñdicẽs dñz nr̃z ihm xp̃z. Iterz g̃ remeãs p viã solitudinis ɔiũxit se fr̃ib⁹ i mõasterio: eo tpe q̃ reuerti ɔsueuerãt hi q ibidẽ morabãt̃. Et totũ qdẽ ãnũ illũ tacuit: nihil audẽs ex his q̃ viderat enarrare. In seipõ aũt depcabat̃ dñz vt iterz ei ostẽderet desiderabilẽ vultũ. Suspirabat ãt ãnualis cursus ɔsiderãs tarditatẽ. Quando g̃ aduenit sacra ieiuniorũ initiata dñica: mox p⁹ solitã orõnẽ alij qdẽ psallẽtes exierũt: ipse aũt modica febris ĩfirmitate detẽt⁹ mãsit itus i mõasterio. Recordat⁹ ẽ aũt zozimas scẽ illi⁹ p̃dictũ sibi s̃monẽ: qa neq3 volens exire valebis. Aliquãtis autẽ elapsis dieb⁹ ab ĩfirmitate subleuatus. i monasterio cõuersabat̃. Quãdo aũt monachi sũt reuersi ⁊ cõiũcti vespe sacrate cene dñice. fecit qd̃ ei iussum fuerat. ⁊ mittẽs i modico calice itemerati corporis xp̃i portionẽ: ⁊ p̃ciosi sanguinis dñi nostri ihu xp̃i: posuit i canistro caricas modicas ⁊ palmaz fruct⁹ id ẽ dactilos: ⁊ paz lẽticule aqs ĩfuse: ⁊ venit tarde hora iã vespera: ⁊ ad litt⁹ iordanis sedebat. aduentum p̃stolans sancte mulieris. Beatissima aũt illa tardante zozimas nõ dormitauit: sed sollicite attẽdebat solitudinẽ: sustinẽs qd̃ videre desiderauit. Dicebat autẽ senex in semetipõ: Nũqd veniẽs nõ me inuenit: ⁊ reuersa ẽ. Hec dicẽs flebat: ⁊ oculos eleuãs i celũ suppliciter deũ depcabat̃. dicẽs. Nõ me alienes dñe videre iterũ quã videre me tribuisti. nõ vadaz vacuus peccata mea portãs in increpatiõe. Hec orãs cũ lachrymis alia i eum cogitatio incidit. Quid inquit ⁊ si venerit faciet: Quomõ trãsiet iordanẽ q2 nauicula nõ est: Qualiter aũt ad me indignũ p̃ueniet: Heu me infelicẽ. heu qs me taz iuste speciei alienauit: Hec sene cogitante. et ecce illa sacra aduenit: ⁊ in parte alia fluminis stetit: zozimas autẽ vidẽs eã surrexit gaudẽs ⁊ exultans nimis: glorificãs deũ. Luctamẽ aũt certaminis in ei⁹ fluctuabat cogitatiõis itentiõe: q2 nõ p̃ot iordanis transire fluẽta. Et respiciẽs senex: vidit eã vexillo crucis aquas iordanis signãtẽ. Toti⁹ tũc noctis tenebras splẽdor illuminabat lune: q2 tẽpus recursus illi⁹ tũc erat. Statĩ autez vt signũ crucis ipressit ascẽdit sup aquas: ⁊ ambulãs sup liqdũ equoris fluctũ: veniebat quasi p solidum iter: zozimas autem stupens ⁊ genua flectere nitens: clamans desuper aquas mulier prohibuit eum dicens. Quid facis abba. quia sacerdos dei es ⁊ diuina portas mysteria: Qui sta

tim obediuit dicenti. Illa autē descendēs de aquis dixit seni. Benedic pater benedic. Ille autē cum magna festinatione respondit. Stupor enī nimius inuaserat eū: in tam glorioso miraculo & dixit. Uere nō mentitur deus: qui pollicitus est sibi similes esse eos qui semetipsos purificāt. Gloria tibi domine ihesu xpe de⁹ noster: q ostē disti mihi per hanc ancillā tuam: quantū mee considerationis inferior sum mensura vere perfectionis. Hec dicente: postulauit mulier sanctum dicere symbolum: & sic dominicam inchoare orationē. Et expleto. pat̄ noster qui es in celis: sicut mos est: pacis osculum obtulit seniori: & sic viuifica mysteriorum sanctorum suscipiēs dona extensis in celum manib⁹ & ingemiscens cū lachrimis: ita clamauit dicens. Nunc dimittis ancillā tuā domine ſm verbū tuū. Quia viderūt oculi mei salutare tuum. Et dixit seni. Ignosce abba: & aliud petitionis mee imple mandatum. Uade nunc ad monasteriū dei pace gubernat⁹. Post recursū autē anni aduenientis: iterum veni in illum torrentē in quo tecum prius sum locuta: prorsus non omittas qn venias: & videbis me iterum qualiter deus voluerit. Ille aūt respondit ad eā. Utinā esset possibile nūc tua sequi vestigia: & tui preciosissimi vultus visione perfrui. Oro mater vt vnā senis petitiunculā facias: & modicū cibi ex eo qd̄ huc attuli digneris accipere. Et hec dicens: ostendit ei qd̄ secum detulerat canistrum. Illa autē extremis digitis lenticulā cōtigit: & tria tollens grana proprio intulit ori: sufficere dicens gratiam spiritus vt custodiret anime substantiam immaculatā. Tunc dicit seni. Ora pro me dominum: & mee infelicitatis memor esto. Ille pedes eius sanctos contingens: cū lachrymis deprecabat̄ vt oraret pro ecclesia & īperio & p se: & dimisit abire flens & eiulans. Non enim audebat eam multū detinere: que nec si vellet poterat detineri. Illa autem iterū crucis impressione iordanem signans ascēdit ambulansq̄ super liquidū iordanis elemētū transiuit sicut antea veniens fecerat. Senex aūt reuersus est gaudio & tremore nimio repletus: semetipsū reprehendebat penitens: qa nomē scē vt cognosceret nō inquisiuit: sperabat tamē hoc aduenieti consequi anno. Trāsacto autē eodē anni cursu: venit iterum in vastā deserti solitudinē. Expletis oībus ſm cōsuetudinē festinās ad illā gloriosā visionē intuēdā: perambulansq̄ solitudinis iter: & īueniēs aliqua cupiti loci indicātia signa: dextra leuaq̄ aspiciens: intuitumq̄ oculorū deducens: lustrabat vbiq̄ sicut sciētissim⁹ venator: sicubi suauissimam reptā cōprehenderet feram. Cum vero nullo modo aliqd quaq̄ versū conspiceret: cepit se ipsū lugēs infundere lachrymis. Tunc eleuans oculos orando dicebat. Ostende mihi domine ī corpore angelū: cui totus cōparari non dignus ē mundus: hoc orādo venit ad locū qui in similitudinē fuerat designatus torrentis: & in extremo ei⁹ stans vidit in parte superiori splendentem solē: & aspiciēs vidit corpus scē mortuū iacens: & manus ac pedes vt oportet cōpositas: ipsū vero corpus ad oriētē aspiciēs. Currens igit̄ lachrymis lauit beatissime pedes: nō enī aliud corporis ei membrū audebat cōtingere. Lachrymans autē aliq̄diu & psalmos dicens. tpi & rei cōgruētes: fecit sepulture orationē & dicebat sibiipsi. Forsitā nō cōplacet sancte hec fieri: Hec eo cogitāte. designata scriptura erat ī terra vbi hec legebāt̄. Sepeli abba zozima: misere marie corpusculū: & redde terre qd̄ suū est: & puluerē adijce pulueri. Ora tamen p me ad dominū. Transeunte mēse parmenothi ſm egyptios. qui est scd̄m romanos aprilis: die nona nocte id ē qnto id⁹ aplis salutifere passiōis: p⁹ diuine & sacre cene cōmunionē. Has lr̄as senex cū legisset. cogitabat qdem prius: quisnam esset qui scripsit. illa enim vt dixerat litteras ignorabat. in hoc tamen valde exultans gaudebat quia eius sanctum didicerat nomen. Cognouit ꝟo quia mox vt diuina mysteria in iordane participauit: eadem hora

in locū illū venit. vbi mox de hoc mundo transijt: et idem iter qd zozimas per viginti dies ambulans vix consumauit laborans: vnius hore cursū maria ↄsumpsit: et statim migrauit ad dn̄m. Glorificans aūt dn̄m zozimas et lachrymis corpus eius infundens: tps ē inquit miser zozima: qd iussuz ē pfice. Sed qd faciaz infelix: qr vnde fodere valeā nō habeo. Deest sarculus: nō est rastrū: nihilq3 ex oībus pre manib⁹ habetur. Hec eo in corde suo dicente secrete: modicū ↄspexit lignum iacens: qd assumens cepit fodere. Valde autē dura erat terra et valde fortissima: et nequaq3 valebat senex fodere illaz: qr et ieiunio ↄfectus et longe itineris fatigatione nimis erat defectus. Laborabat enim et suspirijs nimijs vrgebatur: et sudoribus madefactus ingemuit grauiter: ex ipo cordis sui pfundo. Et respiciens vidit ingentis forme leonē: iuxta corpus scē stātē: et eius plantas lambentem. Uidens aūt pauore cōtremuit p pauore grandissime fere illius: pcipue: qr audierat scām dicentē: qr nunq3 aliquam ibi ferā viderat. Signo aūt se crucis ↄfirmauit vndiq3 credēs qr illesū eū custodire valet ꝟtus iacētis. Leo aūt cepit annuere seni: blandis eum motibus salutans: zozimas aūt dixit. Quoniā a deo missus venisti o maxime ferarū: vt hui⁹ dei famule corp⁹ terre cōmēdetur: opus exple officii Et iussit leonē sepelire eius corpus. Ego enim inquit senectute cōfectus nō valeo fodere: s3 nec ↄgruum qd habeo ad h3 op⁹ exercendum: et iterum itineris tanti longitudinem pperare non valeo vt afferam: tu diuino iussu hoc op⁹ cū vngulis facito: vt cōmendetur terre hoc sanctum corpusculum. Continuo aūt iuxta senis sermonem: leo cū brachiis et vngulis suis fecit foueam: quantum ad sepeliendum scē corpusculum posset sufficere. Senex vero lachrymis pedes eius abluens et multipliciter effusa prece exorās p oībus eam nūc amplius exorare: operuit terra corpusculum astante leone: sicut repererat nudum: et nihil aliud habens: nisi illud scissuz vestimentum qd ei iā antea pieceerat zozimas ex quo vestimēto necessaria corporis mēbra ↄtexerat. Tūc recedūt parit: et leo qdē in interiora solitudinis quasi ouis mansueta discessit. Zozimas aūt reuersus est ī monasterium suum: benedicens et sanctificās deum: et hymnū laudis decantans christo domino nostro. Ueniens autem in cenobium: fratribus ab initio cuncta retulit: nihil abscondens ex omnib⁹ que vidit et audiuit: ita vt omnes audiētes magnalia dī: nimio stupore admirarentur: et cum timore et amore magnaq3 fidē: celebrarēt beatissime huius transitus diem. Johannes aūt abbas inuenit quosdam emendādos iuxta sancte illi⁹ sermonem: et hos miserāte deo conuertit. Zozimas aūt in eodem degens monasterio: impleuit annos cētū: et tunc migrauit ad dn̄m ī pace: gratia domini nostri iesu christi: cui est cum eq̄li pri gloria et honor et imperium: vna cum sancto et viuificatore et adorando spiritu: nūc et semper: et in secula seculorum. Amen.

Finit vita beate Marie egyptiace.

Incipit vita sancte Marine virginis.

Uit frater quidaz secularis: habēs vnicam filiam paruulā. Ipse vero cōuerti cupiens cōmendauit eaz cuidam parenti suo: et in monasterium: qd longe erat a ciuitate per miliaria trigintaduo: et īgressus perficiebat opus monasterii: ita vt abbas eius plusq3 ceteros qui in monasterio erāt eum diligeret: eoqꜫ fidelis esset et obediens. Contigit aūt post aliquod tps vt recordaretur caritatis filie sue: et cepit ↄtristari atq3 affligi intra se. Et cum per multos dies hoc faceret: vidit eum abbas ei⁹ tribulatum et dixit ei. Quid habes frater: qꜫ sic tristis ambulas? Dic mihi: et de⁹ qui consolatur omnes dabit tibi auxiliū. Tūc ille procidens cuz lachrymis ad pedes ei⁹ ait. Habeo vnum filium in ciuitate quem reliqui paruulum: et recordatus affligor ppter eum. Et noluit abbati indicare eo qꜫ puella esset. Abbas vero eius hec ignorans et nolens eum amittere: quia necessa

rius erat i monasterio: dixit ei. Si diligis
eũ: vade ⁊ adduc eũ huc: ⁊ sit tecũ. Et abi
ens adduxit eã. dicebat autem marina: et
mutauit ei nomẽ: ⁊ vocauit eũ marinũ: ⁊
dedit eam ad discẽdas litteras itra mona
sterium ⁊ erat cum ea. Et nullus cognouit
de fratribus ꝙ puella esset: sed vocabant
eã oẽs marinũ. Et dũ eẽt ãnoꝝ q̃tuordeci
cepit eã docere pr̃ suus viã dñi: ⁊ dicebat
ei. Uide filia vt null⁹ cognoscat mysteriũ
tuũ vsq₃ i finẽ tuũ. ⁊ sollicita sis ab insidiis
diaboli: ne seducaris ab eo: ⁊ istõ scm̃ mo/
nasteriũ ꝑ nos solui videat̃ ⁊ in conspectu
xpi ⁊ coraȝ scis angelis eius: cũ ipiis eter/
nã dãnationẽ accipiam⁹. Et alia mlta do
cebat eã ꝑ singulos dies: de regno dĩ. Cũ
aũt fcã eẽt annoꝝ decẽ ⁊ septẽ: defũctus
est pater eius. Remãsit aũt sola i cella pa
tris sui: ⁊ erat obediens oib⁹ i monasterio
ita vt ab abbate suo ⁊ ab oibus diligeret̃.
Habebat autem monasteriũ par bouum
⁊ carrũ aut bigaȝ: qr vicinũ habebat ma/
re vbi erat emporium ad tria miliaria: ⁊
ibãt mõachi: ⁊ afferebãt q̃ necessaria erãt
mõasterio. Una ergo die dicit abbas ad
marinũ. Frater marine: q̃re et tu nõ va/
dis cũ frĩb⁹ ⁊ adiuuas eos? Que rñdit. vt
iubes pr̃. Erat aũt iuxta viam hõ manẽs
noie pandox: per quẽ frẽs ibant ⁊ reuerte
bant. Et cepit fr̃ marinus freq̃nter ꝑgere
cũ carro: ad op⁹ sibi in iunctũ: ⁊ vbi tardi/
or eueniebat hora ad reuertẽdum: mane/
bat in domo ipsius pandocij cũ ceteris mo
nachis. Pandox aũt habebat filiã ṽginẽ:
ad quã ingressus miles per isidias diaboli
cõcubuit cũ ea: ⁊ cõcepit de illo milite: et
dũ cognitũ fuisset a parẽtib⁹ ei⁹ ceperunt
affligere filiã dicẽtes. Dic nobis a quo cõ
cepisti? Rñdit eis. De illo monacho q dici
tur frater Marinus: qui hic frequent̃ cũ
carro mãsit: ipe me oppressit: ⁊ ɔcepi. Sta
tim aũt parẽtes ei⁹ prexerũt ad monaste/
riũ: ⁊ dicũt abbati ei⁹. Ecce dñe abba qd
fecit monachus tuus Marinus. quomo/
do decepit filiam nr̃am. Dicit eis abbas.
Quid dicitis? Et iussit eum vocare. Et
veniente eo: dicit ei abbas suus. Frater
marine tu hoc scelus opat⁹ es i filiã eoꝝ?
Stans ṽo diutius ⁊ cogitãs itra se: inge/
miscẽsq₃ dixit. Peccaui pr̃ mi: pñiaȝ ago
ꝓ hoc pctõ: s₃ q̃so te intercede ꝓ me ad de
um: vt hanc ꝑficere possim. Abbas ṽo ad
iracũdiã ɔmot⁹ iussit eã ɔtundi ⁊ affligi: ⁊
ait. In veritate dico tibi: qr hoc malũ opa
tus es: hic nobiscũ nõ manebis in hoc mo
nasterio. Et ꝓiecit eã foras. Ipa ṽo nulli
vnq̃ ɔfessa ẽ mysteriuȝ suuȝ: s₃ abiens ia
ctauit se ante fores monasterij: ⁊ iacebat
sup terrã in penitẽtia affligens se: tanq̃ si
ipa peccasset: ⁊ igrediẽtibus fratribus po
stulabat: vt vna bucella panis ei daretur
Hoc faciẽs ꝑ quattuor annos: nõ recessit
de forib⁹ monasterij. Pandocis vero filia
pepit filiũ masculũ: ⁊ ablactauit eũ: ⁊ ad/
duxit eũ mater puelle secũ: ⁊ posuit eum
ibi ante mõasteriũ: ⁊ dicebat ei. Ecce fra/
ter marine: quõ nosti nutri filiũ tuũ. Et re
ligt eũ ibi: ⁊ abijt. Scã ṽgo marina: susci/
piens eũ tãq̃ ꝓpriũ filiũ: d ipa bucella pa
nis quã accipiebat ab introeuntib⁹ mõa/
steriũ: nutriebat filiũ alienũ. Factũ ẽ aũt
hoc: ꝑ duos alios annos: Postmodũ vero
videntes frẽs misericordia cõpuncti: in/
gressi ad abbatẽ rogare ceperũt: vt eũ re
ciperet i monasteriũ: dicentes. Abba idul
ge: ⁊ suscipe frẽm marinũ. Ecce quinq₃ an/
ni sũt ꝙ i penitẽtia ante ianuã monasterij
iacet: ⁊ nõ recessit vnq̃ hinc. Suscipe eũ
i pnĩa: sic ꝑcepit dñs nr̃ ihs xps. Uix aũt
coegerũt eũ: ⁊ iussit igredi: ⁊ vocauit eam
ad se: ⁊ ait. Pr̃ tu⁹ fuit vir scũs qd tu nosti
⁊ paruulũ itroduxit te i hoc scũm monaste
riũ: ⁊ nõ ẽ opatus aliqd mali: qd tu cogi/
tasti ⁊ fecisti: nec aliqs i hoc scõ mõasterio.
Nũc aũt igressus es tu cũ filio tuo: quem
de adulterio habes: vnde oportet te mul/
tũ penitere. Grãde. n. pctm̃ fecisti: ⁊ hoc ti
bi iubeo: vt oẽs imũdicias monasterij tu
solus facias ⁊ aquã ad necessaria purgan
da tu portes: ⁊ calciariũ oibus ꝑ singulos
dies tu perficias ⁊ oibus seruias. In h. n.
habebis grãm meam. Sancta virgo libẽ
tissimo animo hec suscipiens oẽ op⁹ qd ei
iussum fuerat: perficiebat. Cõtigit autem
eam intra paucos dies dormire i dñõ: eũ
tes aũt frẽs nunciauerunt abbati. dicen/

tes. Frater marin⁹ defunctus ē: dicit eis abbas. Uidete fratres q̄le pctm̄ fuit: q̄ nec pniam meruit implere. Sed tamē ite ꝛ lauate eū: ꝛ sepelite longe a monasterio Euntes autem dum lauarent eam cognouerūt quia mulier esset: ꝛ ceperūt omnes emittere voces: ꝛ contundentes se clamabant: qꝛ talis conuersatio ꝛ patientia scā inuenta est in ea: cuius mysterium nullus agnouit: cum sic ab eis afflicta fuiss&: ꝛ venientes cum lachrymis dicunt abbati. Abba veni: ꝛ vide fratrem marinum: dicit eis. Quid est hoc fratres? Dicunt ei iterum. Ueni ꝛ vide mirabilia dei: ꝛ quid de te agas. Jlle territus prexit ꝛ venit vsq; ad corpus: ꝛ leuantes pallium: vnde cooperta erat: ꝛ vidit: quia mulier esset. Et mox cecidit ꝛ caput suum percutiebat in terra: ꝛ vociferabatur dicens. Coniuro te per dominum nostrū ih̄m xp̄m: ne me cōdēnes ante cōspectum dei: eo q̄ afflixerim te: qꝛ ignorans feci. Tu dn̄a nō dixisti mysterium tuū: et ego non cognoui in veritate sanctam conuersationem tuam. Si enī cognouissē: te nunq̄ afflixissem. Et iussit scm̄ corpus eius: intra monasterium i oratorio reponi. Eadem autē die puella illa cuius filius erat arrepta a demonio: venit ad monasteriū: ꝛ cōfitebat̄ crimē qđ admiserat: ꝛ đ quo viro cōcepiss&: ꝛ septia die repausatiōis eius in dn̄o: ibi intra oratoriū liberata ē a demonio. Audiētes aūt q erant i ipso ēporio ꝛ vicina monasteria: mirabilia q̄ facta fuerāt: accipientes cruces ꝛ cereos cū hymnis ꝛ cāticis. ꝛ psalmodia benedicētes deū: venerūt i eodē mōasterio: ꝛ ingressi oratorium vbi corp⁹ eius regescebat benedixerūt deum: vbi vsq; modo de⁹ orōnib⁹ sancte virginis multa facit mirabilia: ad laudē ꝛ gloriā nominis domini: q cū eterno patre ꝛ sp̄ū sancto viuit ꝛ regnat in secula seculorum Amen. Explicit vita scissime marine virginis

Jncipit plog⁹ i vitā scē Eufrosine virginis: ꝛ p̄ đ iterp̄tatiōe nois eius.

Ufrosina dicitur quasi effra ꝛ syna. Effra dicitur videns: vł fructifera vł fertilis. Syna dr̄ mēsura vł mādatū: vł rub⁹. Jp̄a. n. fuit vidēs i ɔtēplatiōe: fructifera ꝛ fertilis i bonoꝝ opatiōe: mēsura i tpaliū necessitatū pceptiōe: mādatū. s. suās i obediētie obſuatiōe: rubus i castitatis germinatiōe. Ul' dr̄ eufrosina q̄si eufrosia. Eufrosia āt ē herba medicial': ꝛ val; ɔ̄ caliginē ocloꝝ. Sic eufrosina v̄bis vita ꝛ exēplo docendo: illūinat oclos cordis nr̄i ſm nomē ei⁹. est smaragdus. Smaragd⁹ aūt ē lapis nobilis ꝛ viridis perspicuus: ꝛ in frigidis regionibus inuenitur. Uiriditas significat eufrosine virginitatē: p̄spicuitas vite animositatem: regio frigida ɔ̄ libidinis incentiuum castitatē. Hic lapis flores marcidos ad recētiā pristinā reducit: ꝛ recētes conseruat. Sic eufrosina v̄go vnica marcidos p̄ctōres orōnib⁹ suis pristine gr̄e restituit: ꝛ bonos ac deuotos hoīes i gratia pristina ɔſuat. Finit plog⁹ siue iterp̄tatio nois ei⁹. Et diligenter notādū q̄ i ista historia sequenti habet̄ đ pafnucio laico tādē effecto monacho p̄re btē Eufrosine. Sz: s. xv. d. ꝛ ifra i historia sci onuffry. lxxxiij. hēt̄ đ pafnūcio anachorite. Jncipit vita scē Eufrosine.

Uit vir i alexādria noīe pafnuci⁹ honorabilis oīb⁹ ꝛ custodiēs mādata dei. Hic accepit ɔiugē dignā generis sui: ꝛ ip̄a honestis moribus plēa: s; sterilis nō pariebat. Uir aūt ei⁹ nīmis fluctuabat: eo q̄ non haberet filium: cui omnes facultates suas relinqueret: vt post obitū suū bene ꝛ ɔgruenter suā substātiā gubernaret. Cōiunx vero indigentibus non cessabat ministrare: nocte ꝛ die ecclesiis dei adherēs: ꝛ obsecratiōib⁹ orās ꝛ petens a deo dari sibi filiū maxime vidēs suū virū nimiū fluctuantē. Multam etiā pecuniā erogās pauperibus ꝛ oratoribus poscebat impleri desideriu; suum. Similiter aūt ꝛ vir ei⁹ circuiēs: querebat iuēire aliquē hoie; dignu; deo: q posset precibus suis effectū desiderii eius p̄ficere: ꝛ ita ambulauit ad quodđā monasteriū

mãdata i dilectõe di cũ sapiẽtia legis pce pta: i tabulis cordiũ vrõꝝ sint: nec qdẽ amplius sapiatis q̄ simplicitas ɔfirmat scripturaꝝ dei. Multi aũt d deo aliter sentiẽtes exciderũt a dilectõe di ꝛ ꝓximoꝝ suoꝝ. Qui g huiusmodi sunt audiãt Baruch pphaꝫ dicẽtẽ. Sic enĩ videns ppl'i sui dilectionẽ fraternitatis eẽ icorruptã: iter cũctos facit eos amicitie di fieri socios. Qm̄ qui diligũt deũ ƀ boni opis gloriã: iuicẽ i opib' bonis irritã faciũt vitã istius mũdi: ꝓphanãtes qcqd ex diabolo cogitationũ malaꝝ i cordib' dei ƀuoꝝ: qm̄ cupiũt anachoretũ pfrui vita: si corp' abdicãt adhuc i terra positi: iã celestia dlectẽtur: nihil terrenũ ꝓrsus exgrãt: vt iã seculariũ tenebrarũ causas ɔculcãtes ac ꝓsternẽtes. Uerũ qꝛ celestib' regionib' apti: vos satis placere ɔuenit creatori: virgines mẽte ꝛ corpore pmanẽtes. fruct' fidei ꝛ limã sermonis q̄ maxime conseruãtes. nephas est enĩ vt monachũ qs reph̄ẽdat i modico vel i maximo. Irreph̄ẽsibilis enĩ nos eẽ apl's docet: vt ƀmo noster i gratia sale sit ɔdit'. s. ɔdimẽto quo nos euãgelista cõdiuit dicẽs Uos estis sal terre. Qd peto vt nõ i vobis euanescat: ne forte cũ euanuerit: extra cõgregationẽ multitudinis foras ꝓiiciat': linguis inimicoꝝ quotidie cõculcandũ. Hoc aũt obsecro filioli: ƀ formã que mihi data ẽ de manu angeli: fugere nos linguã detrahẽtiũ iniqꝝ. q mordaci dẽte: etiã sine causa eccl'ie xp̄i isultare festinãt. Dissensiones q̄s habetis iter vos ꝓiicite abiuicẽ: sciẽtes dñz nr̄z nõ eẽ dissensiõis sed pacis. Si qua igit' scãdala inimico suggerẽte frater habet aduersus fratrẽ: ꝓpter obediẽtiã fide extãte dimittat: qm̄ ego non ex me loquor: ƀ ex deo: q i manu nuncii sui docuit me. Et si obediẽtia pbueritis hospitalitatẽ peregrinãti: ex p̄cepto dñi facitis. Si fieri põt nullo pacto miles dei debet irasci: nõ solũ ad socios: verũetiã ad extraneos. In quocũq̄ negocio nullus seculariũ ƀuũ dei audeat iudicare: qꝛ iter te ꝛ illũ distat si patiaris ɔiugatũ iudicio tecũ ɔtẽdere: melius ẽ enĩ monacho fraudẽ ꝛ iniurias sustinere: q̄ audiat' vox militis i clamore. Nõ decet monachũ causa pecunie eẽ negociatorẽ: ƀ celestiuꝫ bonorũ lucra mercanteꝫ predicet verbũ salutis: aĩas iuitet ad celũ: ad nihilũ deducat seculi desiderium. Cor enĩ xp̄ianũ exultat: maxime ƀui dei: tyrãnũ fraudatorẽ aiaꝝ diuine virtutis oratõe expugnat. Q si ƀorces aliquos itulerit: currat ad auxiliũ crucis: stati ille recedet: ꝟsutia ei' crebris oratõib' ꝛ ieiuniis deuicit'. filioli qd ad vr̄aꝫ ptiet curã: si aduersus vos cõueniãt dmonũ castra: potestis ꝛ vos multis adiuuari agminib' angeloꝝ Sꝫ cũ dmonũ catherue crescere ceperint oculos vr̄os ad celũ leuetis. dicẽtes. Dñe ih̄u xp̄e adiuua ifirmitatẽ meã. Tũc ƀmo vobis ꝓph̄e Helisei ɔueniet aduersus eos q de Samaria ɔph̄ẽdere eũ venerãt: qui terrẽti se puero suo rn̄dit. Aperi dñe oc'los ƀui tui: ꝛ videat ꝙ plures sũt nobiscũ. Statiꝫ g ad adiuuãdũ nos ãgeloꝝ di legiones aduenient: q fidei vr̄e auxiliũ prebeãt. Hec sũt filioli mãdata: q̄ vt pusillanimitas cordis iuenit: vobis diabolo certaminib' explanaui. Nolo aũt ea q̄ nobis ipo imittẽte acciderũt: silẽtio p̄terire: vt ꝛ vos possitis malitiis ei' resistere. Quadã die i mõte sedẽte: mihi igẽs velut militũ turba occurrit Quos dũ oculis cernerẽ veniẽtes: a lõge sathane ãgelos stati eẽ cognoui. Ego aũt exposito oĩ ƀrore: genib' ꝓuolut' humo: vt secederẽt orabã: dñꝫ inuocans redẽptorẽ. Tũc g turba q̄ venerat: velut stipula q̄ a vẽto rapi' nusq̄ cõparuit. Gr̄as g egi dño p ih̄z xp̄z dñz nr̄z: ꝙ meo certami finẽ ipo iuit cito: ꝛ orõeꝫ meã ilico exaudiuit. Multas itaq̄ isidias passus sũ: ꝛ ex oĩb' me eripuit dñs. Uñ. ꝛ vos filioli ɔstãtes estote: qꝛ mitis ẽ dñs ad liberãdũ nos. Amate g dñz odite malignum: ꝛ deus misericordie erit vobiscum: vt possitis eius isidias euadere. Amen. Finit vita sancti Pasthumii.

Prologus i vitã Beati Onuffrii heremite

Eati igitur onufrii

vitã: iter grecoꝝ ɔmẽta scriptã nuꝑ reppi: vt quodã a venerabili prudẽtissi

mo viro scilicet Gregorio.ipsi⁹ gesta nar rāte ɔgnoui: Hāc paphunci⁹ vir quoq₃ sā ctissimus: greco ſmōe retexit ab exordio Quē ego secut⁹.a greco trāstuli ī latinu₃ vtpote largiēte dño: ei⁹ ꝓbabilis vita ſ₃ vires meas manifestata: admiratiōe₃ le/ gētib⁹ pbeat ꝛ imitatiōem. Non ppēdite qso mei ſmonis rusticitatē: ſ₃ tāti laboris anīo reuoluite lōganimitatē: quā vir deo plen⁹ patiēter sustinuit: dū mūdane vani tatis gl'iam spreuit: ꝛ celeste regnū distri cte viuendo sibimet hereditauit. Inci/ pit vita ꝛ ɔuersatio btī Onuffrij heremite

Beate memorie pa

phūci⁹ quedā cogitatōnū ꝛ actuū suoꝝ secreta taliter referauit dicēs. Quo dā vero die dū ego Paphunci⁹ solus taci tusq₃ sederē. cogitaui ī corde meo ꝙ deser ta peterē ꝛ vniuersa loca sāctorū mona/ choꝝ. pieq₃ ɔuersatiōis hītum lustrarē: ac q̄liter deo mīstrarēt ɔsiderarē. Vñ factū ē vt tacit⁹ iter arripem: ꝛ ī heremū cursu desiderabili ꝑperarē. Panes itaq₃ cum aq̄ exigua mecū portaui: ne deficerē a la bore itineris cepti. Quarto nāq₃ die per/ acto. alimēta q̄ mecū vexi defecerūt: me/ aq₃ mēbra nullo victu refocillata vires p/ diderūt. Moxq₃ diuina illustrāte gratia mors īminēs ablata ē. assūptisq₃ viribus iter arripui: atq₃ dies alios quattuor ni/ hil gustādo pegi. His itaq₃ ɔpletis nimiū fessus humo ꝓstrat⁹: iacui velut mortu⁹ Extēplo q₃ celesti ɔsolat⁹ adiutorio assi/ stere mihi vidi viꝝ. gl'ia mirabilē. splēdo/ re terribilē. pulchritudīe laudabilem. ma gnitudine ꝓceꝝ: aspectu ꝑclaꝝ. Quē vt aspexi vehemēter obstupui: ſ₃ tñ ille vultu placido accessit. nūc man⁹. nūc labia mea tetigit: mihiq₃ vires potēter restaurauit. Cōtinuo let⁹ surrexi. deoq₃ fauēte p soli/ tudinē exīde. xvij. dieꝝ cursū direxi: qus/ q₃ ad locū quē dñs mihi famulo suo indi/ gno ꝓuidebat ondere pueni. illic ab itine ris labore cessaui: Igit̄ dū fessus regesce/ rē ꝛ q₃ pegre ꝓfect⁹ essē excogitarē viꝝ ꝓcul aspectu terribilē. vidi ī modū bestie pilis vndiq₃ circūseptū: tāta scilicet illi ca pilloꝝ ꝓlixitas erat: vt corp⁹ illius ipoꝝ diffusione tegeret. Pro vestimēto q̄q₃ fo liis herbisq₃ vtebat̄: qb⁹ subteriora renū tātūmō cingebat. Tali viso hoīe nimio p/ territ⁹ sū terrore. anxiat⁹ vltraq₃ credi po test timore ꝛ admiratiōe: qm̄ tā mira for/ ma meis oculis nūq₃ ondebat̄ in humana specie. qd facerē ignoraui: ſ₃ quātū valui fugā petii. mōteq₃ ꝓpinquū ɔcito cursu ascendi: ibiq₃ tremefact⁹ corrui. atq₃ me sub frōdiū dēsitate a facie illius abscōdi. mlta dās suspiria. Defect⁹ erā pene etate ꝛ labore abstinentie. hic vo dū me cerne bat ī mōte iacētē: voce nimia clamauit ꝛ dixit. Vir dei descēde de mōte. noli time re: ego eni sū homo passibilis tibi similis. His itaq₃ ɔsolat⁹ vbis mētē recepi: mox q₃ descendi. ꝛ ad viꝝ scm̄ pueni: atq₃ pedi b⁹ ei⁹ me timidus ꝓstraui. Ille q₃ me ꝓhi bēs añ se iacere: surge igt surge. tu es eni dī ſu⁹: vocaris Paphunci⁹ sāctoꝝ amicus Stati surrexi. ꝛ q₃uis fessus. tñ let⁹ añ eū sedi: iā ferueti desiderio qs ipe vel q̄lis ei⁹ eēt vita. cupiēs dinoscere: dicēs. Ecce vo tū adīpleuit: q me p hāc heremū direxit. En art⁹ mei fatiscētes. aliqd sētiūt solatiū ſ₃ mēs sitibūda nō adhuc iuēit refrigeriū Idcirco te senior corde deuoto deprecor atq₃ p illū ob cui⁹ amorē hui⁹ solitudinis deserta hitas te ɔtestor: vt vñ sis aut qūo voceris. seu qñ huc adueneris: aptis mihi vbis denūcies. Eteni vir dī recognoscēs q₃ libēti aīo sētētiā sui laboris audirē: di/ xit mihi. Qm̄ te frater dilecte auida mēte vite mee lōgas crūnas velle scire video: repetere me tibi nō dubites has ab exor dio. Ego licet īmerit⁹ vocor Onuffri⁹. ꝛ ecce nō min⁹ sūt q₃. lxx. āni ꝙ ī hoc deser/ to laboriose vixi. Cū feris igit̄ ɔuersat⁹ sū crebri⁹. ꝓ pane comedi iugit̄ herbaꝝ fru ct⁹: ī mōtib⁹ ꝛ ī spelūcis ꝛ ī vallib⁹ meū re clinaui mīsabile corp⁹. Tot ānis nemine₃ nisi te solu₃ aspexi: alimētū a nullo hoīu₃ sūpsi. Verūtñ ī monasterio hermopolim dicto nutrit⁹ erā. ī ꝓuincia Thebaida no minata: vbi simul pene cētū monachi de

gebant. Porro vita illoꝝ talis extitit. vt more ꝛ actiōe eq̄nimiter oēs viuerent. ꝛ vno corde ꝛ vno spū iugo ac disciplie sācte regl'e colla submitterēt: atq3 fluctus hui⁹ secl'i oīo ñ formidarēt. Quicq̄d vni cūctis placebat. Mēte sācta. fide pura. caritate pfecta. añ deū icedebāt: cui die noctuq3 oi māsuetudīe ꝛ patiētia mīstra re ñ cessabāt. Tāta his erat taciturnitas cū abstinētia. vt nullus auderet nisi cū iu sta iterrogatiōe vl' recto respōso reddere verbū. Ibi q̄3 pabulū sancte doctrīe ab adolescētia suscepi. ibi regularis normā a fribus didici. a q̄b⁹ amabiliter diligebar: ab his q̄liter īstituta mādatoꝝ dei seruare deberē. diligēter īstruebar. pfecto vitā beati patris nostri helye. venerabiles fra tres meos audiui frequēter laudare q̄ se i heremo in tāta abstinētia ꝛ orōne studuit affligere: vt maximā ỽtutē a dño pme ruisset accipe: ꝛ igneo curru trāsuect⁹. spi rit⁹ sācti dona q̄ habuerat discipl'o ipti ri: ac adhuc lōgeu⁹ senio. mortis penā nō vi dere. Insup ad exēplū beatū baptistā Jo annē ptulerūt. q̄ i noui testamēti serie cla rissim⁹ effulsit. p que pl'rima ānoꝝ spatia diuino māicipat⁹ officō. corp⁹ suū macera uit: donec i iordanis vnda mūdi redēpto rē baptizare dign⁹ existeret. atq3 ipm dei agnū eē digito demōstrauit. Ego ỽo cū3 talia eos recitātes audirē: dicebam illis. Quare seniores mei vitā ꝛ miracl'a eoꝝ obstupescitis. aut cur illorum facta tā assi due ɔmēoratis: An sūt vob ortōres qui desertū hitāt. an leuiores: At illi respōdē tes dixerūt. Fili fortiores nob sūt. q2 sine adiutorio hūano viuūt. Nos itaq3 alter ab altero ɔspicimur piterq3 diuinū officiū a nobis celebrat. Si qñ cibū cupim⁹: pa tū repim⁹. si qñ ifirmitas aut aliq̄ corpis ībecillitas irrepserit: stati cura factū cū oī sollicitudīe nos adiuuat. In edificiis luci de cōstructis hitam⁹: i q̄b⁹ ꝛ ab estu solis coopti sum⁹. ꝛ ab iundatiōe pluuie ꝛ a tur bie vēti. ac tēpestate manem⁹ defesi. mo nachi q̄ppe q̄ i deserto sūt: nihil ɔsolatiōis nisi a deo repiūt. Si qñ angustias aut tri bulatiōes ppessi fuerīt. vl' cū diabolo an

tiq̄ hūani generis inimico pugnāre cepe rit. q̄s eis astat: A quo adiuuāt: Si q̄bus hūanū deest solatiū. ɔstat eos hrē diuinū Etsi esuriūt. q̄s eis panē dabit: Si sitiunt q̄s eis aquā tribuit: vbi panis ꝛ aqua non erit: Maximus labor i desertis locis eē ñ dubitat: vbi nihil necessariū repit. Pri mū ḡ qñ i solitudīe definiūt hitare. i dī ti more certāt firmiter stare. In fame ꝛ siti. i labore ꝛ passiōe corpora sua cruciāt. cō tra diabolicas isidias viriliter dimicāt: ꝛ vt vincāt ɔtra tela neq̄ssimi ignea. gladiis spiritalib⁹ pugnāt. Antiqu⁹ eteni hostis toti⁹ iuētor iniq̄tatis. studet eos subuerte re ꝛ i ɔsortiū malitie sue iplicare. atq3 d̄ bo na volūtate quā icboabāt retrahere. ꝛ mē tes eoꝝ mūdanis voluptatib⁹ iteꝝ irreti re: vt i ope cepto fatiscāt psistere. Oipo tēs ḡ de⁹: q̄ ñ derelīq̄t sperātes i se. circū dat eos armis sue potētie: vt hos icursio sathane nō valeat psternere: q̄s ptegit celsitudo dīne misericordie. q̄ ppter ad eos āgeli dī iugiter mittunt. ac p man⁹ illoꝝ quecūq3 necessaria crebri⁹ eis admīstrant Aquā de petra hauriūt. q̄d iterptat xp̄s Scriptū ē eni. Sācti q̄ sperāt i dño hēbūt fortitudinē: assumēt pēnas vt aq̄le: vola būt ꝛ nō dficiēt. currūt ꝛ gressus eoꝝ nō labunt. ꝛ alibi. Qui sitiūt d̄ supno fōte cō diunt: ꝛ herbaꝝ folia i ore eoꝝ. tāq3 fau⁹ mellis dulcescūt. Si aūt aliqñ diabolus aduersus eos colluctat ptin⁹ surgūt: ma n⁹ suas ad dñm expādūt. pces añ diuinā maiestatē fideliter fūdūt. moꝝ auxilio ce lesti subleuāt: ꝛ dolosi iacl'a inimici penit⁹ dstruūt. Nō itelligis fili q̄liter i psalmo le git. q̄m ñ i finē obliuio erit paupis: patiē tia paupū ñ pibit i eternū: Et iteꝝ. Exau diuit eos dñs i die tribulatiōis: ꝛ d̄ omni āgustia liberauit eos. Eniuero vnusq̄sq3 ppriā mercedē accipiet: ẜm suū laborē. Beat⁹ ē eni vir q̄ sēp ē pauidus: ꝛ volūta tē dī in hac pñti vita ꝛ fragili studiosus agit. certissīe scias o fili. q̄m āgeli dī sāctis ac iustis viris q̄ttidie famulāt: atq3 ỽtute supna corpa ꝛ aīe illoꝝ iugiter illumināt Tali deniq3 rōe ego paup onuffri⁹ a scis simis patrib⁹ i meo mōasterio subtiliter

istruct⁹.cepi tacita mēte tractarꝫ: q̄ gl'iosa felicitate pfruūt̄ in celis: q certaīa laboriosa ,ppt̄ amorē dn̄i tolerāt i t'ris: cor meū ardebat: mēs mea desiderabilit̄ feruebat mundi gaudia penit⁹ spnere: p'riecꝫ celesti totis virib⁹ appropiq̄re. sic ṗsalmista docet dicēs Mihi aūt adherere deo bonū ē: poner̄ i dn̄o d̄o spez meā. Cūqz hec sollicit⁹ excogitarē. nocte silēt̄ ɔcit⁹ surrexi panē mecū d̄tuli cū exiguis legumib⁹ vt vix vsqz i q̄rtā diē sufficerēt: sicꝫ f'm d̄i dispēsationē. ꝛ ei⁹ pietatē ,pfect⁹ sū. vt mihi ostēderet mee habitatōis locū. Egrediēte aūt me d̄ monasterio: i mōtana veni i desertū cogitaui vt manerē ibi. Cōtinuo lumē splēdidū āte me. q̄si obuiās mihi vidi. Quo viso valde timui. Jdcirco q̄z putaui me d̄bere ad mōasteriū regredi vnde exiui. Extēplo nēpe d̄ radio ṗclari luminis vir aspectu pulcherrim⁹ accessit ad me: ꝛ dixit mihi. Noli pauescere. ego enī suz d̄i āgelus tibi ad custodiēdū ab ortu tuo ,puidētia diuina destinat⁹: vt iubēte d̄o tecū manerē. ꝛ te i hāc heremū ducerē. Perfect⁹ esto. hūilis īcede corā dn̄o: cū gaudio labora. cor tuū i oī custodia cōserua. viue sine q̄rela. i bono ope pseuera. Ego v̄o te n̄ d̄reliquā: donec aīaz tuā i pn̄tiaz sūme maiestatis offeraz. Hec eteni locut⁹ ē mihi āgelus iter iceptū mecū comitat⁹. Pergebam⁹ ita simul sex miliaria vl' septē: ꝛ ad quādā venim⁹ speluncā nimis d̄corā. Appropiaui volēs sciscitari: si forte q̄spiā it⁹ maneret. Scd'm ɔsuetudinē mōachoꝝ clamare cepi: bn̄dictiōez humillime petij. Jn̄ vir̄ sāctissimū exire vidi: quē ,pstrat⁹ hūoten⁹ adoraui. Jlle vero man⁹ suas mihi porrexit. de terra me eleuauit. osculū mihi pacis tribuit: atꝫ dixit Tu es enī frater me⁹ heremitice coopator vite: o fili igredere. De⁹ tibi ɔcedat. vt timor ei⁹ i te pmaneat: op⁹ tuū i illi⁹ cōspectu ɔplaceat. Stati cum eo specū itroiui. diesꝫ plr̄es apd̄ illū pausaui: opa ei⁹ cupiēs discere ꝛ solitariā hītatōez curiosi⁹ īuestigare: ipe q̄qz vt meū desideriū agnouit ɔsiliū honorabile mihi p̄buit: ac q̄liter isidias diaboli' supare deberē. v̄bis caritatiuis gratant̄ patefec it. Trāsactis itaꝫ

q̄busdā dieb⁹: talib⁹ admonuit me v̄bis dicēs Fili surge. mecū pge. iteriora deserti d̄bes itrare. ꝛ i alia speluēca solus habitare: ibi si viriliter dimicas oīa demōioꝝ tēptamēta supas. Jdcirco v̄o de⁹ i hoc deserto vl't te ,pbare: si mādatis ei⁹ fideliter velis obedire. Fidelia oīa mādata ei⁹. cōfirmata i secl'm secl'i: facta i veritate ꝛ eqtate. Uir etenim sāct⁹ hec dicēs. surrexit: mecū i iteriora deserti iter q̄tuor dieꝝ perrexit. Quita nāꝫ die deuenim⁹ i locū q Calidiomea dicit̄: ibi palme ,ppique erāt Tūc vir dei iq̄t. Ecce fili. vide locū quē dn̄s tibi p̄parauit ad manēdū. Fuit aūt ille mecū spaciū trigīta dieꝝ. edocēs me s'uare cautā dignitatē: doctrinā d̄i mādatorū. Quib⁹ itaꝫ pactis orōne sua sācta domino me ɔmēdauit: ꝛ separ⁹ a me ad propria remeauit. Per singulos v̄o ānos sōlit⁹ erat me visitare: ac q̄li idustria ꝛ simplicitate d̄berē viuere diuinis alloquijs n̄ cessabat admonere. Quodā āt tpe iuxta ɔsuetudinē ad me veniēs: iter v̄ba salutatōis ,pstrat⁹ i t'rā corruit: dn̄oqz remittēs aīaz obdormiuit. Qd̄ cū viderē nimis sū ɔtristat⁹: ꝛ deuolut⁹ humi lachrimis abortis vberrime fleui. Corp⁹ ei⁹ mox accepi: ꝛ sec⁹ calidiomeā t're ɔmēdaui. Dū āt ego paphūci⁹ a viro scīssimo onuffrio: ratōis hui⁹ loq̄lā audirē iq̄uā ad eū. Pr̄ scē laborē eē n̄ modicū iā sētio: quē ,p noīe dn̄i tolerasti i hac heremo. Uir scūs r̄ndit. Mihi fr̄ crede dilectissime: i d̄p'to sustinui vt sepi⁹ putarē me morte supari. Absp̄es erā mltotiēs vite: vt vix alitū i corpore sētirē remanere. Per diez estu ꝛ igne solis ardētis vrebar: rore ꝛ pruina ifect⁹: fame ꝛ siti d̄fect⁹. O quāta ꝛ q̄lia passus sū: q̄lia expt⁹ sū. Nō sufficit: neqz quēpiā d̄cet plagas ac labores enarrare: qs hō moritur⁹ ,p d̄i viuētis amore debet tolerare. reddet d̄s mercedē laboꝝ scōꝝ suoꝝ: cui⁹ diuitie sicut nō augētur: ita nequaq̄ꝫ minuētur. Per quē enīz famē: sitiz ꝛ frigus ꝛ estū: atqz multigenaꝝ cruciamēta molestiaꝝ sustinui: potēs est cū diuitiis celestib⁹ iter āgeloꝝ cateruas me ɔsolari: alimēta v̄o spreui corporalia: ut dignus acciperem spiritalia. Scūs enim angelus

quotidie panē mihi offerebat: ꝛ aquam ꝑ
mēsura ministrabat: vt corp⁹ meū ɔforta/
ret̄ ne dficeret: ꝛ iugiter i laude dei ꝑseue/
raret. Arbores palmaꝝ ibidē ɔstitute erāt
q̄ duodecies i anno dactiloꝝ fruct⁹ germi
nabāt. Quos p singulos dies colligens: ꝑ
pane edebā: mixtos herbaꝝ folijs: ꝛ erāt i
ore meo tāq̄ fauus mellis. Sicut i euāge/
lio legit̄: nō i solo pane viuit hō: sed i omni
verbo qđ ꝑcedit de ore dei. Frater Pa/
phnūci: si iplere studes volūtatē dei: oīa tibi
necessaria ꝑparātur ab eo. Vn̄ ipa veritas
admonet dicēs. Ne solliciti sitis aīe vestre
qd māducetis: aut qd bibatis: neq̄ corpori
vr̄o qd iduamini: scit enim pr̄ vester q2 his
oīb⁹ idigetis. Querite primū regnū dei ꝛ
iustitiā ei⁹: ꝛ hec oīa adīciēt vobis. Cūq̄
h̄ a btō viro Onuffrio itētius auscultarē:
mirās i sermonib⁹ ꝛ actib⁹ ac laborib⁹ illi⁹
dixi. Pater benigne die dn̄ico vel sabba/
to ɔmunionē ꝑcipiebas ab aliquo? At ille
rn̄dēs ait. Omni die dn̄ico ꝛ sabbato an/
gelū dn̄i paratū iuenio sacrosctm̄ corpus ꝛ
sāguinē dn̄i nr̄i ihu xp̄i secū deferētem: de
cui⁹ manu mihi ꝑciosissima donātur mune
ra: viteq̄ mee salus ꝑpetua. Verū etiā oēs
q vitā spiritalē ducūt i heremo monachi:
tali participātur gaudio. Hi h° sci heremi
te q hāc solitudinē habitāt: si fortasse aliqn̄
videre hoiēs desiderāt: ilico i celū ab ange
lo deportātur: visionē illic aīe iustoꝝ ful/
gētiū sicut sol i regno pr̄is coꝝ: ibi multitu
dinē ɔtēplātur angeloꝝ: suasq̄ aīas cetib⁹
mixtas btōꝝ. Quare oēs q i agone cōtē/
dūt: toto mēte: tuto corde: totis virib⁹ i bo
no ope feruēt: quaten⁹ gl'iā celestis pr̄ie cū
xp̄o ꝛ cū scis mereātur possidere. Ista de/
niq̄ oia venerādo Onuffrio narrāte: co/
gnoui iuxta sūmitatē ipi⁹ mōticelli vbi ob
uiauit mihi. Ita videlicet gaudiū meū iple
tū ē: vt oēs aduersitatē quā i itinere tule/
rā: traderē obliuioni. Credo iquā pr̄: inter
felices me deputari: q2 videre te ꝛ opa tua
egregia ꝑmerui. Verba tua nimis pulchra
oī dulcedine mellita: ita mei penetrāt cor/
dis itima. vt possi3 dicere cū psalmista. O
dulcia faucib⁹ meis eloqa tua super mel ꝛ
fauū ori meo. Qui ait: fili mecū vade: locū
mee habitatōis ɔspice: parcam⁹ paululū h°
bis. Cōtinuo surrexit piuit: secut⁹ sū. Duxit
me secū q̄si triū miliarioꝝ iter: venim⁹ ca/
lidiomeā i spiritalē locū: arborib⁹ palmaꝝ
gratāter ornatū ibi pces dn̄o fūdim⁹: eisq̄
ɔpletis i terrā sedim⁹: i diuinis altercātes
eloquiis. Sole iā iāq̄ ad occasū h°so: vidi
panē positū cū aqua exigua: Vir eteni dei
sētiēs me fatigari dixit mihi. Profecto fili
cerno te piclitari nisi cibū capias: Surge
ḡ ꝛ comede. Cui iquā. Viuit dn̄s: ꝛ bn̄dict⁹
ds me⁹ i cui⁹ cōspectu erim⁹: nō manduco
neq̄ bibo: donec caritate pura: pit̄ cibū su
mim⁹. Igit̄ vix eū coegi: vt faceret qđ vo
lui. Verūtn̄ vt meū agnouit dsideriū: panē
fregit: tribuit mihi: māducauim⁹ ꝛ saturati
sum⁹: nobisq̄ fragmēta fuerūt edētibus.
Noctē illā isomnē pene duxim⁹. diuinisq̄
laudib⁹ imorati sumus. Mane facto post
horā oratōis videbā vultū ei⁹ ita i pallore
mutatū: qd ei acciderit quesiui ab eo. Qui
ait. Nō expauescas frat̄ Paphnūci: quō oi/
potens ds recto itinere i hāc solitudinē di
rexit te: vt honorifice sepelias me: atq̄ cor
p⁹ meū ɔmēdes terre: Hac eteni3 hora aīa
carnis vīculis absoluit̄. atq̄ ad creatore3
suū i celeste regnū dportat. Frater amātis/
sime scio nāq̄ dsideriū tuū qn̄ redieris in
egyptū memorare mei i pn̄tia fratꝝ tuoꝝ:
ꝛ i ɔspectu oiu3 xp̄3 colētiū. Hec ē postula
tio mea quā ipetraui a dn̄o do. Siqs obla
tionē ob amorē nois mei an̄ cōspectū dn̄i
nr̄i Ihu xp̄i imolat: ab oi tēptatōe diaboli
ꝛ a vīclo prauitatis humane liber existit:
atq̄ cū scis angelis i regno celoꝝ eterno
hereditatis capax fiet. Siqs oblationē nō
valet offerre: vl' p̄ iopia redicere: ille ꝑ amo
re meo i noīe dn̄i elemosynā paupi tribuat
ꝛ ego orabo ꝑ eo i ɔspectu dei: vt dign⁹ i
celestib⁹ vita supna pfrui valeat. Siquis
neq̄ oblationē nec elemosynā potest offer
re: pro caritate mea icēsum dn̄o deo no/
stro in odorem suauitatis accendat: ꝛ ego
rogo pro eo vt gaudiū perenne possideat
Cui inq̄. Pater mi ne irascaris si loquar: si
incensū nec qs habet. nec facultatis aliqd

vñ te placare pt. vt tñ tua bñdictiōe nō careat in q̄cūq3 tribulatiōe te inuocat. Tūc ille rñdit. Siqs paup in deserto vel in aliq alio loco oblationē aut elemosynā seu icē suz nō habet ad immoladū: surgat ꝛ man⁹ suas ad dñm: extēdat. ter dñicā orationez idest pr̄ noster ꝓ me: cum intēta mēte ꝛ in noīe scē trinitatis psallat. Ego ꝟo ꝓ ipo ad dñm intercedo. vt vite celestis mereat̄ pticeps fieri cuz oib⁹ sāctis dei. Iteꝝ dixi ad eū. Dñe si dignus essez. aut si donis grē tue mihi liceret. p⁹ obituz tuuz locuz istuz libentissime obtinerē. At ille ait. Nequaq̄ tibi fili cōcedit̄. nec idcirco misit te dñs in pegrinationez isti⁹ solitudinis. vt hic obtineres locuz habitatiōis: sʒ vt cuz iustis q in deserto sunt gratuleris. ꝛ intimare ea studeas mūdo q̄ cognouisti i heremo. In egyptuz pge. ibi esto vsq3 ad finē vite tue: op⁹ bonuz pfice. ꝛ accipies coronā ppetue glīe Hec cuz hō dī loq̄ret̄: aduolut⁹ suz pedib⁹ illi⁹ dicens. Pr̄ care. scio eniz q2 qcqd petieris a dō dabit tibi dñs ꝓpt̄ imensuz laborez certaminis lōgissimi q̄ corp⁹ tuuz afflixisti. lxx. annis ꝓ noīe dñi. pbe q̄ mihi munera tue scē bñdictiōis: q̄ten⁹ tibi in ꝟtute efficiar similis. ꝛ tua intuentiōe spūs meus dirigat̄. ꝛ in futuro tecuz pticipari merear. Qui mox ē ɔ̄ rñdens ꝓtulit ista. Paphunci ne cōtristeris. petitio tua tribuente dño erit stabilis. Sta i fide: viriliť age. oculos cum mente ad deum erige. in mādatis corroborare: bonū facere impiger contende. ꝛ vitam eternam apprehende Protegant te āgeli dei. ꝛ cōseruent te ab omni cōsilio prauitatis: vt purus ante deum ꝛ imaculatus in die sui examinis iueniaris. Post hec surrexit. ꝛ ad dñm lachrimans orauit: genua flexit. atque subito dixit. In man⁹ tuas deus ɔmendo spiritū meū. Cumq3 hec: dixisset. lumē splēdiduz corpus eius obūbrauit. ꝛ i ipsius claritate luminis aīa sācta carne soluta ē. Repēte vero vocē āgeloꝝ multoꝝ audiui laudantiū deum. vt i discessu sāctissime aīe sancti Onuffrij. ethera scilicet angelicis canticis resonātia. gaudiū ineffabile astris itulerūt p que celestes exercit⁹ aīam militis celi celis inuexerūt. Mox oculi mei fletu profluūt. iteriora gemit⁹ ꝓducūt: lachrimaꝝ riui manarūt. plāctus mei miseri Paphūcij exuberāt: illō flebilis plāxi. q2 quē vix inueni. diutius habere non potui. Deinde tunicā meā p dimidiū scidi. vna parte idutus sum: i alterā collocaui corpus beatuz ꝛ sepeliui illud i sepulchro qđ excisū erat de petra. Tūc vidēs me solū remanere: iteꝝ cepi lugere. Ita merēs surrexi: spec⁹ q̄ illius habitaculū itrare volui. Deniq3 me astāte. ipsa spelūca cecidit cū magna ruina: ꝛ palme radicit⁹ erute simul ꝓcubuerūt. Cognoui itaq3 ego Paphuncius q̄ nō eēt volūtas dñi: me i illo loco habitare: secessi īde i egyptū redii: ibiq3 eccłie rettuli: q̄ vidi ꝛ audiui. Scūs igiť Onuffri⁹ obiit mense Junio. die. xi. id ē tertio idus eiusdē mēsis. Ibi beneficia eius prestātur vsq3 i p̄sentē diē: ad laudē ꝛ gloriā dñi nostri iesu xp̄i: cui est honor ꝛ potestas i scła scłoꝝ. Amē. Explicit vita sācti Onuffrii.

Incipit vita beati Abrahe heremite.

Fratres mei cupio vobis enarrare cōuersationē bonā pfectiq3 atq3 admirabilis viri Abrahe quā sic īchoauit: vt i ɔsumatōe ei⁹ glīā ppetuā mereret̄: sʒ paueo admirādā luculētā dē eo historiā retexere: cū imaginē ꝟtutū ei⁹ ɔsidero. Ecce eniz ɔuersatio qdē viri pfecta ē ꝛ optima: ego ꝟo īfirm⁹ ac rusticus. Eqdē imago ꝟtutis ei⁹ admirāda ac splēdida: colores aūt ꝟboꝝ qbus dēpigēda est: admodū tristes ac tetri sūt. Ac tñ licet ipitus: vl̄ ex parte tēptabo: q̄q̄ ɔphēdere pfecte nō valeā: enarrabo tñ iquātū sufficio: dē eodē viro disserere: qm̄ q scōs Abraam meruit nūcupari: nō facile humāo ore pōt referri. Extitit eniz nr̄is tpib⁹ angelicā vitā i terris agēs. Acq̄siuit nāq3 celestem glīā: adipisci ꝓmeruit. Et q2 a iuuētute: castitatis pudicitiā ɔseruauit tēplū sci spūs factus est: tāq̄ scificatū vas: ꝛ ita semetipm exhibuit deo: vt eū habitatorē i mētis sue hospitio haberet. Hic itaq3. b. abraā habu

et parētes valde locupletes q̄ eū tenere ac supra modū diligerēt:ita vt etiā affectuȝ humanū eoꝝ dilectio trāscēderet:desponsa uerūt ei puellā adhuc ī pueritia cōstituto expectātes ac desiderātes ī aliq̄ eū digni/tate seclari ꝓficere. Sȝ hic lōge alit̄ sētiēs ī ipo p̄mo adolescētie gradu eccl'iaꝝ iugi/ter cōuēticula frequētabat:ꝛ quecunq3 ibi ex diuinis scripturis recitabātur:aurē libē ter accōmodās audiebat.ꝛ ī cordis sui me moriā ita recōdebat:vt etiā cū absens eēt ea q̄ didicerat meditatōe ītētissima rumi/naret. Cūq3 memorati parētes ei⁹ tēpus nuptiaꝝ ꝓpiquabile indicarēt:cōpellebāt eū matrimonij vīculis obligari. Sȝ cū hec ille p̄mo rēnueret:postmodū molestiā eoꝝ iugē sedulāq3 nō ferēs:pudoris verecūdia supat⁹:acqescere purget̄. Cū itaq3 celebra tis nuptijs.spōsa ī thalamo resideret:repē/te quasi.lux q̄dā ī corde ei⁹ diuina gratia refulsit quā veluti ducē quēdā sui voti iuue niēs illico exiliuit ꝛ secut⁹ ē:atq3 ab vrbe egredit̄. Duob⁹ aūt fere milib⁹ ꝓcul a do/mo sua cellulā vacātē repit:vbi se cōstituēs ꝛ glificās deū:cū igēti leticia p̄manebat. stuporē ṽo maximū:tā parētib⁹ suis q̄3 vi/cinis de hoc facto icusserat. Qui exeūtes ī diuersa dispsi:vbiq3 dei hoīeȝ regrebant post dies aūt.xvij.ī memorata cellula eū orātē reperiūt. Btūs aūt vir:cum eos stu/pore pculsos aspiceret:qd me īquit vos ad mirātes aspicitis? Glorificate poti⁹ mise/ricordissimū deū:q me ex sceno inigtatum meaꝝ eripuit:ꝛ orate pro me:vt iugū hoc suauissimū sub quo me idignū suscipe di/gnat⁹ ē dn̄s:vsq3 ī finē valeā baiulare:cō/uersationēq3 meā bn̄placitam ꝑȝ volunta tē eius possim ī omnibus coaptare. Qui cum omnes eum audientes respondissent amen.deprecatus est eos:ne ei vellent cre bro molestiā obtētu visitatōis īferre. Qui b⁹ recedētib⁹ aditū cellule sue obstruxit:ꝛ cōcludēs semetipsū ītrisec⁹:paruissimū fe/nestre foramē reliqt:p qd̄ alimēta recipet Jtaq3 mētē ei⁹ remotā a turbulētis īter/pellatōib⁹ diuina grā illustrabat:ꝓficiēsq3 quottidie ī optima cōuersatōe:p̄mū q̄si fun damētū vite sue cōtinētiā possidebat:necnō vigilijs ꝛ oratōib⁹:cū fletu ꝛ humilitate at q3 caritate studebat. Cūq3 p oēȝ locuȝ de eo scā opinio diuulgaret̄:cūcti audientes ad vidēdū eū:ꝛ vt edificarēt:ab eo vndiq3 cōfluebāt. Sermo quoq3 ei sapiētie ac sci/entie ꝛ cōsolatōis a dō effluēter dat⁹ ē:q ī mētes audiētes q̄si luminare lucidissimū radiabat. Cōtigit aūt āno.xij.renūciatiōis ei⁹:vt parētes ei⁹ ex hac vita recedētes: auꝝ ei copiosū p̄diaq3 magna reliq̄rēt.qui rogās amicū quendā admodū sibi caꝝ:ad distribuēda vniuersa idigētib⁹ac pupillis officiū religiosū illi iniūgit:ne ipi⁹ oratōib⁹ īpedimētū:hui⁹ rei grā gigneret̄. Et cuȝ h̄ fecisset:secur⁹ aīo:ꝛ mente qeta permāsit. Hoc eni bono viro maximū studiū erat vt cor ei⁹ nullis t̄renis negocijs vīceret̄:ꝛ id/circo sup terrā nihil aliud possidebat:exce/pto vno sago:vnaq3 nihilomin⁹ tunica ci/licina q̄ vtebat̄. Catinū quoq3 pmodicū:ī quo edere seu bibere solit⁹ erat:habebat: necnō ꝛ vnū psiaciū:ī quo cubitare cōsue/uerat. Cū his aūt oīb⁹ hūilitatē sup modū ꝛ caritatē ad oēs equaliter possidebat:nec p̄ponebat ī honore locupletē pauperi: nec principē subiecto:vel nobilē ignobili p̄fe/rebat:sed oēs similiter diligēs honorabat: sine cuiusq3 acceptōe psone. Nec aliquā/do quenq̄3 ꝓcaciter icrepabat:sȝ erat ꝯmo eius caritatis suauitate cōditus. Quis au/diēs ei⁹ eloquiū satiari potuit aliquādo de his q̄ aliquādo ex ꝯmonis ei⁹ dulcedine ꝓ ferebātur? vel qs vultū illi⁹ scitatis imagi nē p̄ferētē respiciēs:nō magis vidēdi euȝ sepi⁹ desideriū sumpsit? Jn oī tpe abstinē/tie sue:regulā quā semel arripuit:nō muta uit.quīquagita annos īstitutū ꝓpriū omni alacritate cōpleuit:ꝛ ob nimiū amorē ac de siderium qd̄ habebat ī xp̄o:oē euū tpe illi⁹: quasi dies paucissimos reputabat:ꝛ totus rigor acerrimus cōuersationis eius:apud eum pro nihilo videbatur. Erat aūt haud ꝓcul ab vrbe illa vicus quodāmodo spa/ciosus ac magnus:ī quo vniuersi pariter a minimo eoꝝ vsq3 ad maximū pagani cru/delissimi existebāt:quos ab idoloꝝ cultu null⁹ oīno valebat auertere. Nōnulli qdē p̄sbyteri ꝛ diaconi ī hoc ipm illic ordiati ī

directi ab epo. sine vllo salutis eoꝝ fructu recedebāt. nequaꝗ̄ afflictiōis ferētes laboꝛē: qꝛ nō solū suaderi ⁊ ad ꝯsēsū animus eoꝝ ferox n̄ poterat flecti. veꝝ etiā ꝑsecutiōis i eos q monebāt. ac seditiōes vehemētissimas ꝯcitabāt. Sꝫ turba nihilomin⁹ mōachoꝝ. semel atqꝫ iteꝝ adire nitētes: nihil penit⁹ ꝓ cōuersatiōe eoꝝ agere potuerūt. Porro vna die residēs cū clericis suis eps beatissimi h⁹ viri hūit mētionē: dixitque ad eos. Ego talē virum tēpoꝛibus meis videre nō potui: ita i oī ope bōitatis ꝑfectū. ⁊ sic cūctis ꝟtutib⁹ adoꝛnatū. i qb⁹ elegit de⁹ hītare vt habet̄ nūc scissim⁹ Abꝛaā Rn̄dētes aūt clici: veꝝ eū affirmabāt. Et eps. Volo inqt eū i vico illo gētiliū oꝛdiare: potest eni eos patiā sua ac nimia caritate ad deū ꝯuertere. Et cōsurgēs ꝓtin⁹ ad cellulā sci viri cū scis ꝓficiscit̄ clicis. Cūqꝫ salutasset eū. statiqꝫ d̄ gētilib⁹ vici illi⁹ isinuat vt ad eos ob salutē eoꝝ pgeret rogat Qui cū audisset. tristis vehemēter effect⁹ ē: ⁊ ait ad epm. Queso inqt pr̄ sāctissime. pmitte mihi. vt meas iniqtates defleā: neqꝫ huiusmōi negociū ifirmo ⁊ exiguo existēti iniūgas: Ad quē rursus eps dixit. Per di grāꝫ inqt potēs es: ne vel ḡ i hac bona obediētia fieri cūctabūd⁹. Cui vir beat⁹ iteꝝ rn̄dens: dixit. Obsecro scitatē tuaꝫ: vt me mala mea plāgere pmittas. Et ait ad eum eps. Ecce totū mūdū ⁊ q̄ i eo sūt religsti. ⁊ vitā crucifixā āplexat⁹ es: attn̄ cū hec vniuersa ꝯpleueris. agnosce te obediētiā q̄ cūctis ꝟtutib⁹ eminet n̄ hr̄e. Hec ille cū audisset cepit flere amare: dicēs ad eū. Quid sū ego. canis moꝛtu⁹: ⁊ q̄ est vita mea. qm̄ talia d̄ me o scissime pr̄ iudicasti? Cui ait eps Ecce hic residēs tuā solūmō salutē acqris ibi aut plurimi p te: diuina grā opante: saluādi sunt. quoscūque ad dominum deum cōuertis. Cōsidera itaqꝫ vn̄ āplioꝛeꝫ mercedē habeas. vtꝝ. teipsū saluaueris solum aut si plurimos tecū ad salutē adduxeris. Tūc beat⁹ vir dei flēs ait. Fiat voluntas dn̄i: verūtn̄ ꝓpt̄ obediētiā q̄cūqꝫ iusseris pgā. Educēs ergo eū de cellula. in ciuitatē ilico itroduxit: ibiqꝫ per ipositionē manus pꝛesbyter oꝛdinatus. ⁊ statim ad vicuꝫ paganoꝛum sine moꝛa dirigitur. Quo dū sanctus Abꝛaam pergeret: pꝛecabatur dominum dicens. Clementissime ac benignissime deus respice infirmitatem meā gratiamque tuam celestem ad meum pꝛesidium dirige: vt gloꝛificetur nomen tuū sanctuꝫ. Perueniēs aūt ad vicū. vidēsqꝫ eos isania idolatrie eē detētos: ex imo pectore ingemiscēs: grauit̄ fleuit: ⁊ eleuās oculos suos ad celū dixit. Tu solus q sine peccato es deus. ne despicias opa manuū tuaruꝫ. festināterqꝫ direxit nūciuꝫ in ciuitatē ad amicū illuꝫ carissimū sibi: vt pecuniam ex reliquijs p̄rimonij sui deferret. Quā cū accepisset: iter paucos dies cōstruxit ecclesiaꝫ. Et velut spōsaꝫ optimā: multo eā mirificoqꝫ decoꝛauit oꝛnatu. Attn̄ duꝫ edificaret̄. quottidie hō dei p media simulacra gētiliū trāsiens. nihil penit⁹ loquebat̄: nisi in coꝛde suo oꝛabat solūmodo. gemitusqꝫ cū fletu mittebat ad dn̄m. Postqꝫ vero ecclesiaꝫ cōsumatā: q̄si munus quoddaꝫ cuꝫ lachꝛymis obtulit deo: ibi genub⁹ positis: has pces suppliciter i sua oꝛatiōe pꝛofudit Tu iquiēs oīpotens de⁹: q totū mundum erroꝛis depꝛessuꝫ caligine. ad cognitioneꝫ luminis tui p tuā presentiā deduxisti: hūc q̄qꝫ pplm̄ tuū dispsuꝫ cōgrega i sinū eccl̄ie tue. ⁊ illūina oculos mētis eoꝝ. vt respuētes simulacroꝝ culturā: te solum amatoꝛē hominū ac benignuꝫ deuꝫ cognoscant. Cūque hanc oꝛationē finisset. continuo egressus ab ecclesia. prexit ad tēpluꝫ gentiliuꝫ arasqꝫ eoꝝ ⁊ simulacra manib⁹ suis euertit atqꝫ destruxit. Qd̄ factuꝫ cū cerneret turba gentiliū. q̄si agrestes fere isiliūt: cūque laceratū multis verberib⁹ fugauerūt Ipse aūt clā nocte i ecclesia residēs. plagaruꝫ suaruꝫ maculas n̄ curabat: sꝫ tantūmō cū fletib⁹ ac gemitib⁹ vt salui fierēt. dn̄m pꝛecabatur. Facto aūt mane. aduenietes pagani inueniunt homineꝫ dei oꝛāteꝫ: ⁊ nimio stupoꝛe perculsi: quasi enei remanserunt. Unde ⁊ ad ecclesiam quottidie veniebant: cernentes oꝛnatuꝫ ecclesie se delectarēt. Cepit itaqꝫ quadaꝫ die vir beatus

Abraā depcari eos vt agnoscerēt dñz. Illi vo seniores effecti. fustib⁹ eū qī lapidē quē daz atqz exanimem ceciderunt: ꝛ deinde pedib⁹ ei⁹ fune ligat⁹. ex vicū traxerūt lapidib⁹ obruētes: mortuūqz eū arbitrātes. semimincē reliquerūt. Media aūt nocte i semetipsū reuersus cepit flere vehemētissime ac dicere: vt qd dñe dspexisti hūilitatē meā. ꝛ dspexisti dñe opa manuū tuaꝝ: Et nūc dñe respice fuū tuū. ꝛ exaudi depcationē meaz. ꝛ corrobora me: ꝛ absolue fuos tuos a vīculis diaboli. ꝛ pſta eis: vt cognoscāt qm̄ tu es solus: ꝛ pter te ñ ē ali⁹ ds. Deīde ꝯsurgēs ab oratiōe. itrauit i vicū: igressusqꝫ ecclesiā dño psalmos canebat. Rursus aūt facto diluculo eūtes viderū eū. ꝛ stupefacti atqꝫ i isaniā vsi nulla hñtes viscera mišicordie: acerrimis illuz tormētis crudelitqꝫ ꝯficiūt. ꝛ solito funib⁹ alligatū. ex vicū traxerūt. Hec aūt cū p triēniū pateref. q̄si ver⁹ adamas tolerabilit pdurabat nec tot tātisqꝫ isectationū tribulatiōib⁹ cessit: ſꝫ cū cederef. cū traheref. cū psecutiōes pateref. cū lapidaref. cū fame ꝛ siti laboraret: i oīb⁹ his q̄ ei acciderāt. nūqꝫ ad iracūdiā ꝓuocat⁹. nūqꝫ ad idignationē cōmot⁹ ē: nūqꝫ pusillanimitate fractus. nūqꝫ tedio fatigat⁹ ē: ſꝫ cū aspa oīa pateref: magis ac magis amor eius i eos ꝛ caritas augebat. mō admonebat. mō blādiebat. mō blandimētis suauissimi eloquij liniebat. seniores veluti pr̄es rogabat: iuuenes vt fr̄es adolescētes vt filios. cū ecōtrario ab eis subsannaref. irrideref. atque opprobria pateref. Quadā igit die hītatores vici illi⁹ ꝯgregati. nimioqꝫ stupore mirātes ac pterriti adiuicē colloquētes: cernitis i quiūt tā magnā patiāz viri. ꝛ ieffabilē circa nos caritatez. quō i tātis tribulatiōib⁹ q̄s ei itulim⁹. neq̄qꝫ ex h̄ loco discesserit necqꝫ alicui nr̄m malū vbū locut⁹ sit: ſꝫ cū gaudio magno sustinuerit vniuersa. Uñ nisi eēt: vt asserit: de⁹ viu⁹ quē p̄dicat. ꝛ regnū ꝛ padisus. vltio q̄qꝫ maloꝝ: nō hāc tribulationē pateref inanif. Illd etiā ꝯsiderādū. quō dos nr̄os. cū eēt solus: euertit: ꝛ i nullo eū ledere valuerūt Uere fu⁹ di ē hō hic: ꝛ cūcta va sūt q̄ d eo fama dispsit. Uenite itaqꝫ credam⁹ i deuz quē p̄dicat. Et hec iter se colloquētes: pil oēs i ecclesiā pgūt clamātes atqꝫ dicētes. Glia deo celesti: q misit famulū suū vt nos ab errore saluaret. Tūc beatus hō dei hec vidēs: leticia igēti replet⁹ ē. ꝛ facies ei⁹ q̄si ros matutin⁹ mutata ē. aperiēsqꝫ os suuz: ait ad eos. Pr̄es mei fr̄es ac filij venite dm⁹ gl̄iā deo: q illuminare dignat⁹ ē oculos mētis vr̄e. vt eū possitis agnoscere: ꝛ pcipite signaculū vite vt purificemini ab imūdicia idoloꝝ: ꝛ credite ex toto corde ꝛ aīo: qꝛ vn⁹ sit de⁹ celi ꝛ t̃re: ꝛ oīuz q̄ i eis sūt. sine initio. inenarrabilis ꝛ icōphēsibilis. dator luminis. ꝛ amator hominū. t̃ribilis ac suauis. ꝛ i filiū ei⁹ vnigenitū. q ē sapia ei⁹. ꝛ in spiritū scm̄: q viuificat oīa. vt celestes ex terenis effecti vitā celestē possitis adipisci. Respōdētes aūt vniuersi dixerūt. Ita pr̄: ita dux vite nr̄e: queadmodū dñūcias nobis ꝛ doces. ita credim⁹ ꝛ faciem⁹. Et ꝯfestī sanct⁹ Abraā assumēs sacrū baptisma. baptizauit eos i noīe pr̄is ꝛ filij. ꝛ spiritus sancti: a minimo vsqꝫ ad maximuz. Erant aūt oēs vsqꝫ ad mille aīas. Deīde p singulos dies diuinas scripturas eis legebat docebat eos de regno dei. de paradisi delitiis. de gehēne supplicijs. de iustitia. d fide ꝛ caritate. Illi vo sicut bona t̃ra pcipit semē bonū. ꝛ affert fructū aliud cētesimū aliud sexagesimū aliud trigesimū: ita vba eius libētissime audiētes. atqꝫ i timore dñi pficiētes fruct⁹ largissimos afferebāt. In cōspectu aūt coꝝ q̄si āgelus dei videbat: ꝛ q̄si quedā edificij ligatura. Sic eni caritas illoꝝ erat circa ipſꝫ. p doctrinā fmonis dulcissimi: vt hoc de eo merito crederef videre. Cōpleto igit āno postqꝫ crediderūt: vir btūs Abraā nō cessabat dieb⁹ ac noctib⁹ vbuz eis dñi p̄dicare. At vbi coꝝ studiuz circa deū fideqꝫ firmissimā vidit. ꝛqꝫ erga eū nimia essent caritate cōnexi. ꝛ honorez sibi maximū exhiberēt: verēs ne obtentu coꝝ abstinētie sue regulā destruere cogeref: cōsurgēs i medio noctis hāc orōnē fudisse fert ad dñm. Tu solus sine pctō dus: qui cū sis sāctus regescis in sanctis: q solus

amator es bonu3 ac misericors dñs.q mē tes occultare h⁹ multitudis illuminasti: q eos ab aduersarij vinculis absoluisti. ⁊ tue cognitiõis eis scientiã tribuisti.q̃so dñe: vt vsq3 i finē regere eos ⁊ ↄseruare digneris ⁊ auxiliũ tuũ gregi huic optimo quē possi dere voluisti.ꝑpetuũ copiosũq3 clemēter ipartias:⁊ quasi muro validissimo eos gra tia bonitatis tue circũdes.⁊ cor coꝝ sēper illumines: vt ea q̃ sũt tibi placita ꝑficiētes eternã vitã ꝑcipere mereãtur. mihi quoq3 īfirmissimo adminiculũ tribuas.neq3 repu tes i peccatũ.qđ ab eis festino discedere. Tu eni nosti vniuersoꝝ cognitor. q̄ te so/ lũ desidero:⁊ te mihi dñ3 esse cognosco. Cõsumataq3 oratiõe discedēs.tertio consi gnauit vicũ christi signaclo: abijtq3 latēter i aliũ locũ.⁊ ġb⁹ potuit latebris occultauit Mane aũt solito more ad ecclesiã3 turbe cõueniũt.Cũq3 eũ minime reperissent.ma ximo stupore percussi.⁊ quasi errãtes oues diuersis locis pastorē ꝓprium ꝑquirebãt: nomēq3 vlulãtes cũ lachrymis iclamant. Cũ aũt diutissime ꝑquirēdo eum inuenire nõ possent:nimio merore deiecti: ↄfesti qđ eis acciderat ꝑgētes: epõ nunciauerunt. Qui cũ hoc agnouisset ipse quoq3 admotũ tristis effect⁹. statimq3 plurimos ad regrē du3 dei hoiē3 destinauit:maxie, ob ↄsola/ tionē gregis eius eo q̄ cerneret eos flebi/ liter ↄtristari. Cũq3 ab oib⁹ tanq̃ lapis ꝑci osissim⁹ quereret.⁊ prorsus iueniri nõ pos set:habito cõsilio.cu3 clericis suis eps me moratũ vicũ igredit.cepitq3 ad eos ↄsola/ toriũ ꝓferre sermonē:⁊ dolorē maximum quē de discessu hois dei ↄceperãt.blãda ꝑ dicatiõe lenire. Cernēs aũt in fide xp̃i eos firmissimos.elegit ex eis viros ꝓbabiles quos p̄sbiteros ac dyaconos lectoresq3 cõ stituit. Audiēs vero hoc sãctissim⁹ Abra am,vehemēter gauisus ē:⁊ glorificãs deũ dixit. Quid retribuã tibi dñe de⁹ me⁹: beni gnissime pater atq3 amator hoiu3: suauissi me. Fecit igit alterã itrīsec⁹cellulã.⁊ semet ipsũ magna cũ leticia cõclusit. O miracu/ lũ carissimi:laudibus plenũ ⁊ gloria sēpiter na. In tãtis nãq3 afflictionib⁹ q̃s in sepe di

cto vico ꝑpessus ē:nũq̃ abstinētie sue regu lã fregit:neq3 i dexterã vel sinistra3 ab ea diuertit. Gloria ⁊ magnificētia deo.q ei ta le3 tolerãtiã tribuit:q̃ ⁊ alios possit ↄuerte re.⁊ sui ꝓpositi gratiã custodire. Cernens aũt diabolus bonoꝝ hoiu3, emulus. q̄ tã tas i eũ tribulationũ molestias excitãs:nõ i isĩdias dei hoiem trahere.nõ i aliquo mē te3 viri dei valuisset a dño separe.⁊ qđ ma gis ē.sicut auꝝ i fornace p̄sluris fulgētior redderet.atq3 i maiorē patiētiã ⁊ alacrita tē caritatis ꝑficeret. vehemēter irritatus ⁊ acriter efferat⁹ aduersus eũ cũ magna fã/ tasia aduenit: vt saltē sic ei pauorē icutiēs decipe eũ posset ac fallere. Igit cu3 staret i medio noctis ac psalleret.repēte lux co/ piosa veluti solis i cella ei⁹ refulsit. ⁊ vox q̃si cuiusdã multitudinis audita ē dicens. Beat⁹ es Abraa3. vere beat⁹ es ⁊ fidelis nullusq3 sicut tu i oĩ cõuersatiõe iuēt⁹ ē: q oēs volũtates meas explesti. Protin⁹ aũt vir sanct⁹ dolũ maligni cognoscēs. exalta uit vocē suã.ac dixit.obscuritas tua tecu3 sit i ꝑditionē.o plene dolo atq3 falacia.ego eni hõ peccator sũ.hñs tñ spei p̄sidia.ꝑ gra tiã dei i nullo tuas isĩdias ꝑtimescã. Neq3 eni plurime fãtasie pauorē mihi icutiunt. Nomē siq̄dē dñi mei ⁊ saluatoris iesu chri sti.quē dilexi ⁊ diligo.mihi validissim⁹ mu r⁹ ē i q̃ te icrepo imũde canis.ac tetre ⁊ mi serãde. Et dicēte eo hec:cõfesti vt sum⁹ab ocłis ei⁹ euanuit. Sãct⁹ aũt dĩ famulus: cũ mł̃ta alacritate:trãq̃lloq3 aio benedice bat dñ3. Rursus vero p⁹ dies orãte eo no ctu:tenēs securi diabolus.cellula3 ei⁹ co/ nabat euertere. Et cũ iã putaret ꝑforasse eã: voce magna clamauit ⁊ dixit. Festina/ te amici mei festinate celerit:atq3 itrocun tes vitã arripite.ait aũt cõtra cũ btũs abrã Oēs gētes circũdederũt me:⁊ i noie dñi vi dicabor i eis. At ille ꝓtin⁹ cũ hãc vocē au disset:euanuit.cella aũt bti viri iteq̃ atq3 illesa ꝑmãsit. Itē p⁹paucos dies cũ media nocte psalleret.maculã ei⁹ sup quã cõsiste/ bat:cepit vehemēs flãma cõburere. Tũc ille itrepid⁹ ignē cõculcãs dicebat. Super aspidē ⁊ regulũ ãbulabo.leonē ⁊ draconē

cõculcabo. ⁊ oem ỽtutē inimici i noie dñi mei ihu xpi: q mihi pbet auxiliu3. supabo. Diffugiēs itaq3 sathanas. voce magna ꝓclamabat: ego te ingens mala morte ꝯuincā. iueniāq3 artes qb⁹ te cōterā. q me nūc q̄si cōtēptibilē reputas. Quadā die igit̄ cibū eo sumēte. trāsfiguratꝰ ꝯmō i hitu adolescētis. cellulā eiꝰ igredit̄. ⁊ appropiquās catinū ciꝰ nitebat̄ euertere. Uir aūt dī manu illō retinēs māducabat intrepidꝰ. Tūc exiliēs diabolus. aliā fātasiā repēte cōfingit: ⁊ ecce q̄si cādelabrū statuēs añ eū. ⁊ lucernā ꝯsup ardentē. ore polluto ac fetido psalmos cātabat: voce magna. bti igens i via imaclati q ābulāt i lege dñi. Cūq3 ex eodē psalmo ỽba plima cecinisset. nullu3 ei s̄monē sctūs ille r̄ndit: donec cibū solitū pcepisset. Postq̄ ỽo de mēsa surrexit: cū oi cōstātia ait ad eū. Canis imūde ⁊ miserāde. atq3 ifirmissime ⁊ mendacissime: si nosti q bti sūt cur eis molestus es? Nam beati sunt reuera omnes qui ex toto corde diligūt deū. Rñdēs aūt diabolus ait. Id circo illis ifestꝰ sū. vt ab oi ope bono ꝓpediti: meis facinoribꝰ sociēt̄. Cui vir beatus ita r̄ndit. Nō tibi bñ sit maledicte. vt quez piā timētiū deū supare vel ipedire ꝓualeas: nisi forte eos q tibi sīles existētes adeo ꝓpria volūtate discedūt: Illos vicis ac fallis: qm̄ deꝰ nō ē i eis. Ab his aūt q diligūt deū tanq̄ fumꝰ a vēto. ita facile euanescis ac deficis. Una siqdē eo꞉ oratio sic te ꝑsequtur ac ꝯturbat: queadmodū puluis a vēto isectatꝰ dispgit̄. Uiuit aūt deꝰ meꝰ q est bñdictꝰ i secula: cuiq3 ē gloria mea q2 nō te ptimescā. etiā si oi tpe ibi ꝯstiteris. Sic aūt ꝓ nihilo te spnā. veluti si vnꝰ catulus ꝯtritꝰ ab aliq̄ ꝯtēnat̄. hec eo dicēte: cōfestī ille vt solebat euanuit. Rursūs pꝰ dies quinq3 cū psalmodiā suā noctis tpe cōsumasset: aliud fātasie argumētū ab initio cōfingit̄. Ecce eni q̄si turba plurima cernit̄ aduenisse ⁊ veluti trahētes iuicē: cū clamoribꝰ se mutuo cohortāt̄. vt hō dei i foueā ꝓijceretur Quos circūspiciēs vir beatꝰ. circūdederūt me inqt sicut apes. ⁊ exarserūt sicut ignis i spinis: ⁊ i noie dñi vidicabor i eis. Tūc sathanas exclamās ait. heu heu me. qd tibi ꝯ cetero faciā nescio? Ecce eni me i oibꝰ victū ac supatū intelligo: ⁊ vniuersas vires meas eē ꝯspectas. ⁊ me vndiq3 cōculcatū Uerūtñ nec sic qdē a te aliqñ discedā: donec supans hūilē mihiq3 subiectū faciā. Uir autē dī ait ad eū. Anathema tibi ⁊ oi virtuti tue pollutissime demō. gloria aūt ⁊ honor dño soli sctō ac sapiēti dō: q nobis dilectoribꝰ suis te tradidit cōculcādū. ⁊ idcirco ỽsurias tuas subsānamꝰ atque cōtēnimus. Agnosce itaq3 ifirmissīe atq3 ifelicissime. q2 nos neq3 te neq3 tuas priscimꝰ fātasias. Per mltū aūt tps: diuersis argumētis ac machinis. ꝯ vir fortissimū dimicās: non geuit cogitatiōibꝰ eiꝰ solidissimis. saltē pauorē certamis icutere: cui magis preliādo alacritatē caritatē i deū maxie sustētabat Diligēs nanq3 deū ex toto aīo. ⁊ cōuersationē suā s̄m volūtatē eiꝰ istituēs. affluent̄ gr̄a3 diuinā ꝓmeruit: ⁊ ꝓpterea n̄ valebat diabolus ledere eū. Perseuerāt̄ nāq3 pulsauerat vt ei thesauri diuie gr̄e pāderētur Cūq3 patefactꝰ fuisset igressus. tres sibi inde ꝑciosissimos lapides sūpsit: fidē. spem. ⁊ caritatē. qbꝰ i eo ꝑfecte ac firmit̄ virtutes reliq̄ ornabāt̄. Texēs itaq3 ꝑciosissimā coronā bonis opibꝰ. regi regu3 dño. a q̄ munꝰ accepat: offerebat. Quis eni sic ex toto corde deu3 ⁊ ꝓximū tanq̄ seipm dilexit? Aut qs ita laborātibꝰ cōpatiebat̄ ⁊ misericors existebat. Quē aliqñ mōachū audiēs bñ cōuersari. ñ ꝓ eo depcatꝰ ē dñm. vt liber ab oibꝰ diaboli laq̄is s̄uaret̄. ⁊ cursu3 vite sue iculpabilr̄ ꝯsumaret. Aut quē peccatorē vl̄ ipiū audiēs. ꝓ eo vt saluaret̄ cū lachrymis diebꝰ ac noctibꝰ dñm nō postulabat. Labia sua nō soluebat facile i risu3. corpusculū eiꝰ aut facies vel etiā pedes: a die ꝯuersiōis sue nūq3 diluti sūt. Sic nāq3 se exhibebat tanq̄ q̄tidie moritur꞉. O vere fr̄es gl'iosū miraclz. i tāta abstinētia. iugibusq3 vigilijs fletibus mixtis. cāmenije q̄3 ⁊ ꝯtritiōe corpis nūq3 aīo lassatus ē: nūq̄ ifirmatꝰ segnitia obtorpuit. nūq̄ tedio fatigatꝰ ē: s3 veluti esuriēs q̄sq3 aut sitiēs. sic ille auiditate quadā sustinens oīa: nūq̄ sui ꝓ

posset potuit dulcedine satiari. Erat aspe/
ct⁹ ei⁹ quasi flos qdã imarcessibilis. atq̃ i
facie ei⁹ puritas ai noscebat: vtpote: q di/
uina gratia i oib⁹ frueret: ꝛ iocũditate spi/
ritalis leticie regebat. In hora nãq̃ dor/
mitõis sue ita splẽdidissim⁹ vultu appare/
bat: quasi q nequaq̃ vite sue tẽp⁹ i absti/
nẽtia pegisset. Sꝫ ꝛ aliud i eo p dispẽsatõẽ
miraculũ gestũ est. In oib⁹ siqdẽ quiqua/
gita annis abstinẽtie sue vestẽ cilicinã qua
idut⁹ fuerat nõ mutauit. Uolo aũt dile/
ctissimi vnanimitatẽ vestrã: etiã aliud ne/
gociũ qd i senectute sua vir btũs gessit in/
struere. Est enim sapiẽtib⁹ ac spiritalib⁹ ple
nũ edificatõis: necnõ humilitatis atq̃ ↄpũ
ctõis exẽplũ. Res vo gesta huiuscemodi
est: Habuit vir btũs Abraã carnis ꝓpin/
qtate germanũ. quo defuncto: vnica filia
ei⁹ annoꝝ septẽ reliquit. Quã cũ parẽtib⁹
orbatam noti amicique patris eius vidis/
sent auunculo eius sine mora producunt.
Cũque eã senior cerneret: in cella sua ex/
teriori iubet icludi. Erat aũt i medio vtri/
usq̃ cellule fenestra pmodica p quã doce
bat eã psalteriũ: aliasq̃ scripturas: ꝛ cũ eo
in laudibus dñi vigilabat: ꝛ psalmos nihi/
lomin⁹ ↄcinebat: i oi atq̃ abstinẽtia emu/
lari suũ auũculũ nitebat. Alacriter quoq̃
i arepto istituto ꝓficiẽs: vniuersas vtutes
animi festinabat iplere. Uir nãq̃ scissim⁹
icessanter p ea cũ lachrymis dñz dpcaba
tur: ne mẽs ei⁹ cura terrenoꝝ actuũ iplica
ret: eo q ei⁹ pater moriẽs: ifinitas pecuni/
as ei reliqsset: quas cõfestĩ famulus xpi di
stribui iussit egenis atq̃ orphanis. Hec q̃z
auũculũ suũ pcabat q̃tidie vt p se dñm
oraret: q̃ten⁹ a cogitatiõib⁹ pessimis ꝛ di/
uersoꝝ laqueoꝝ diaboli eripet isidiis. Cõ
stãter igit istituti sui regulã obtinebat. Ex
ultabat aũt auũculus ei⁹. q sic eã prõptaz
sine vlla hesitatiõe i cũctis vtutib⁹ cerne/
ret pmoueri: i lachrymis scilꝫ. i hũilitate at
q̃ modestia i qete: ꝛ qd his sublimi⁹ ẽ. er/
ga deũ eximia caritate. Uigiti siqdẽ ãnis
cũ eo i abstinẽtia dgẽs: velut agna pudicis
sima. atq̃ icõtamiata colũba ↄuixit. Quo
tpe ãnoꝝ expleto. seuiebat aduersus eã di
abolus. ꝛ isidias solitas ptẽdebat. quõ eaz

posset suis cassib⁹ irretire: vt saltẽ sic mole
stiã sollicitudinẽq̃ btõ viro posset icuteret
ꝛ quãtulũcũq̃ mẽtẽ ipsius a dño separe.
Erat itaq̃ qdã ꝓfessiõe tm̃ mõ mõach⁹ q
sub obtẽtu edificatiõis ad eũ sepi⁹ pgere si
mulabat. Sꝫ ꝛ illã beatã p fenestrã nihilo/
min⁹ cõtẽplãdo. luxurie stimlis agitat⁹. cũ
ea colloq cupiebat. amor nãq̃ libidis cor
ei⁹ q̃si ignis succẽderat. Insidiabat itaque
mlto tpis spatõ ita vt vni⁹ ãni circulus vol
ueret: donec cogitationẽ eius vboꝝ suoꝝ
mollitie eneruaret. Deniq̃ apiẽs celle sue
fenestrã. egredit ad eũ: q eã ꝓtinus scelere
iniqtatis atq̃ libidis cõtamiauit. ac pdidit
Postq̃ vo tãti pcti facin⁹ ppetrauit expa
uit cor ei⁹: cõscidẽsq̃ ei⁹ cilitiũ q̃ erat idu
ta: faciẽ suã mãibus verberabat. cupiẽs ni
mio merore se morti tradere. atq̃ ãxieta
tis oppressa põdere. dũ dliberatiõis por/
tũ cerneret. i diuersis cogitatõnũ estibus
fluctuabat: plãgebatq̃ se nõ eẽ qd fuerat
ꝛ cũ eiulatu sepi⁹ ꝓferẽs. Ego igt iaz me
ex hoc mortuã sẽtio: pdidi dies meos i la/
bore abstinẽtie mee. orõnũ lachryme vigi
liaꝝq̃ opa ad nihilũ sũt dducta: deũ me
um exacerbaui. meipaz iteremi. Heu me
miserã: omĩ lachrymaꝝ fõte plãgẽdã. Sã
ctũ auũculũ meũ amarissĩo merore deps
si. opprobriũ aie mee opuit me: illusio dia
boli facta sũ. Quid mihi ifelici iaz vltra
viuere? Heu me qd egi? Heu me qd factũ
ẽ mihi? Heu me quid mali ppessa sũ. heu
me. vñ ꝛ q̃liter corrui. Quomõ obscurata
ẽ mẽs mea. Nõ intellexi quomõ lapsa sũ
nõ cognoui quomõ cõtaminata sũ. nescio
quõ cor meũ nubes tenebrosa contexit.
Quõ potui ignorare qd gererẽ. Ubi ab/
scõdar. vel quo pgã. aut i quã foueã me/
metipsã pcipitẽ. Ubi ẽ magisteriũ sãctissi
mi auũculi mei. Ubi monita college eius
effrem: q me docebãt i mea vginitate gra
tulãtes. vt ipollutã aiam imortali sponso
seruarẽ. Spõsus etenim tu⁹ dicebat scũs
ꝛ zelãs ẽ. Heu me qd agã. Nõ audeo iã ce
lũ aspicere cũ apud deũ ꝛ hoies me mor/
tuã eẽ cognoscã. Iã eni ad fenestrã illã ꝓpi
quare n̄ audebo. Quõ ego peccatrix ꝛ ple
na immũditie sordibus. rursum cũ sãcto

āteqꝫ ambularēt. Et exeuntibus eis inue
nit discipulus eius aquā in via: τ volebat
bibere. Dixit ei abbas siluanus. zacharia
ieiuniū ē hodie. Cui ille dixit. Nōne hodie
māducauim⁹ pr. Dixit ei senex. illud mādu
care caritatis fuit. nos āt teneam⁹ ieiuniū
nrz fili mi. Dixit scā syncletice: Qz oportet
nos. q huiusmōi ꝓpositū suscepim⁹: castitatē
q̄ sūma ē. tenere. Eteni apud seclares vide
tur castitas obseruari. sed adest eis stulti/
cia: ꝓpter qḋ aliis sensib⁹ peccant. nā τ as
piciūt idecenter. τ rident iordinate. Dixit
iterū que supra. Quia sicut venenosa ani/
malia acriora medicamēta a se expellunt
ita cogitationem sordidam ieiuniū cū orō
ne depellit ab anima. Dixit itez. Nō te se/
ducant diuitū hui⁹ seculi delicie tanqꝫ ali/
quid vtile habētes in se: eteni illi delecta/
tionis causa. arte diuerso mō condiendi ci
bos onerāt. Tu autē ieiunio τ abiectione
ciboꝝ abundantiaz deliciaꝝ illoꝝ supgre
dere. sed ne satieris pane neqꝫ desideres
vinū. Dixit abbas sysoy. qa peregrinatio
nostra ē: vt teneat homo os suū: dixit ab/
bas yperici⁹. qa sicut leo terribilis est ona
gris: sic monachus ꝓbat⁹ cogitatiōibus
ↄcupiscentie. dixit itez. Jeiuniū frenū est
monacho aduersus peccatū: qui autē abii
cit ieiuniū. velut equus feruēs desiderio
femie repitur. dixit itez. Siccatū ieiunio
corpus monachi. animā de profundo ele
uat: τ siccat fistulas delectationū ieiuniū
monachi. dixit itez. castus monachus in
terra honorabit: τ in celis ab excelso coro
nabitur. idem ipse dixit. Monachus q nō
retinet linguā suā in tēpore furoris: neqꝫ
passionū corporaliū retentor erit aliquā/
do. dixit itez. Verbum malū nō proferat
os tuum: qm̄ vitis nō affert spinas. dixit
itez. Bonū ē manducare carnē τ bibere
vinū: φ manducare in obtrectatōne car/
nes fratz. dixit itez. Susurrans serpens
euam de paradiso eā eiiecit. huic ḡ similis
est. qui proximo suo obloquitur. qm̄ τ au/
dientis se animā perdit. τ suam non saluat
Facta ē aliquando festiuitas i scithi: τ de
derunt seni vinum bibere in calice. qui ab/
iiciens dixit. Tolle a me mortē istā. quod
videntes alii qui cum ipso edebant. nec ip
si biberunt. Alia vice allatū est ibi vascu/
lum vini de primitiis vt daretur fratrib⁹
ad singulos calices. τ introeunte quodaz
fratre τ vidente quia acciperent. fugit in
criptam q̄ cripta mox cecidit. Et cum au/
dissent sonū. currentes inuenerunt fratrē
semianimem iacentē: τ ceperūt obiurgare
eum dicentes. Bene tibi contigit: qa va/
nam gloriam habuisti. Abbas autē refo/
uens eum dixit. dimittite filiū meū bonū
opus fecit: τ viuit dominus. quia nō reedi
ficabitur cripta hec tēporibus meis: vt co
gnoscat mundus. quia propter calicē vini
cecidit cripta i scithi: Ascendit aliquando
presbiter de scithi ad epm̄ alexandrinum
τ quando reuersus est i scithi interrogaue
runt eū fratres. quō ē ciuitas? ille autem
dixit eis Credite mihi fratres ego ibi faciē
hominis nullius vidi. nisi tm̄ episcopi. Jlli
autē audiētes mirati sunt τ dixerūt. quid
putas facta est in illa oīs multitudo? Pre
sbiter vero refouit hesitātes dicēs. Extor
si animo meo: ne ituerer faciē hominis. ex
qua relatiōe ꝓfecerūt fratres: vt custodi
ant se ab extollētia oculoꝝ suoruz. Venit
aliqñ quidā senex ad aliū senē: ille autē di
xit discipulo suo fac nobis modicū lēticu/
le: τ fecit. Et infunde nobis panes: τ infu/

dit. Et manserunt sic vsque ad alterius diei horam sextam: loquentes de rebus spiritualibus. iterũ dixit senex discipulo suo. Fac nobis modicum lenticule: fili mi Ille respondit. Ab hesterno die feci pater Et ita surgentes sumpserũt cibum. Alter quidam senex venit ad quendã patrum. ille autem coxit modicum lenticule: et dixit ei. Faciamus opus dei et gustemus. Et vnus quidem coꝝ compleuit totũ psalterium. alter vero ex corde. duos prophetas maiores lectoris ordine recitauit: et facto mane. discessit senex ille qui venerat. et obliti sunt sumere cibum. Esuriit quidam frater a mane. et pugnabat cum animo suo ne mãducaret: donec fieret hora tertia. Et facta hora tertia: exegit a se ut fieret hora sexta: Et facta sexta: infudit panem et sedit vt manducaret: Postea vero surrexit dicens. manebo sic vsq͂ ad horam nonam. hora autem nona fecit orationẽ. ⁊ vidit opus diaboli. sicut fumum exeuntem a se: ⁊ ita cessauit esuries eius. infirmatus est quidaꝫ senũ. ⁊ cũ non posset sumere cibum multis diebus: rogabatur a discipulo suo vt faceret aliquid ei ⁊ reficeret. Abiit aũt ⁊ fecit de farinula lẽticulas ⁊ zippulas. Erat autẽ ibi vasculũ pẽdens. in quo erat modicũ mellis. ⁊ aliud ĩ quo erat rafanealeõ id ẽ lini oleũ ⁊ fetebat: ita q͂ tñ ad lucernã pficeret. Errauit aũt frater. ⁊ p melle de lini oleo misit in pulmentũ. Senex vero cũ gustasset nihil locutus est: sed tacitus mãducauit. Cõpellebat autem eum iteꝝ mãducare ⁊ extorquẽs sibi mãducauit. Et dabat ei tertio. ille autẽ noluit mãducare dicẽs. Uere nõ possum fili mi. Discipulus aũt hortabat̃ cũ dicẽs. Bonũ ẽ abba: ecce ⁊ ego mãduco tecũ. Qui cũ gustasset ⁊ cognouissꝫ qd̃ fecerat: cecidit pnus in faciẽ dicẽs. Ueh mihi pater. quoniã occidi te. Et tu peccatũ h̄ posuisti sup me. q: nõ es locut⁹. Et dixit ei senex. Nõ ɔtristeris fili. si voluissꝫ deus vt mel mãducarẽ. mel habuisti mittere ĩ zippullas istas. Narrauerũt de sene quodã. q: desiderauit aliqñ mãducare cucumerẽ quẽ cũ accepisset: appẽdit eũ prius ante oc͡los suos. Et cũ esset vict⁹ desiderio. domãs seipsũ. penitẽtiã agebat: quia vel omnino desiderasset. Frater qdam aliquãdo abijt visitare sororẽ suam: ĩ monasterio egrotãtẽ. Erat autẽ fidelissima. ⁊ nõ acqeuit aliquando videre virũ. neq͂ occasionẽ dare fratri suo: vt pter illã veniret in mediũ feminaꝝ. Et mãdauit fratri suo: Uade frater. ora p me: q: cũ gratia xp̄i videbo te ĩ regno celoꝝ. Monachus qdã occurrit ancillis dei in itinere quodã. qbus visis diuertit extra viã. Cui dixit abbatissa. Tu si pfect⁹ esses monachus: nõ respexeras nos sic vt agnosceres. q͂ femiẽ eramus. Intrauerũt aliquãdo fratres in alexandriã. iuitati a theophilo archiepiscopo vt presẽtibus his facta orõne destrueret tẽpla paganoꝝ. Et mẽducãtibus eis cum archiepõ: ministrate sunt eis carnes vituline. ⁊ mãducabãt nihil discernẽtes. Et accipiẽs archieps vnũ capadiũ. dedit iuxta se recũbẽti seni dicẽs. Ecce istud capadiũ id ẽ stuckleĩ: bonũ ẽ. mãduca abba. Ille ãt respõdẽs dixit. Usq͂mõ credebã q͂ olera mãducarẽ. Nã si carnes sunt nõ mãducabo. Et vltra nemo acqeuit gustare. Frat̃ quidã ĩ cella attulit panes recẽtes: ⁊ iuitauit ad mẽsã seniores. Et cũ manducassent singulos paximates: pausauerũt. Frater vero sciẽs laborẽ abstinẽtie coꝝ: cepit cũ humilitate. supplicare dicẽs. Propter deum mãducate hodie: donec satiemini. Et mãducauerũt alios denos paxiates. ecce igit̃ quantũ supra q͂ opus erat. mãducauerũt pter deũ veri monachi: ⁊ simpliciter abstinẽtes. Egrotauit qdã senũ aliquãdo magna ĩfirmitate: ita vt ex eius viscerib⁹ mlt⁹ sãguis efflueret. Et attulit qdã frater nixas siccas. ⁊ fecit pultes. Et misit eas ibi. ⁊ obtulit seni: ⁊ rogabat eum dicens. Comede. quoniam forte expedit tibi. Intuens autem eum senex diutius dixit. Uere dico tibi frater. quia volebaꝫ vt me dimitteret deus in hac infirmitate esse: alios triginta annos. Et nullo modo acquieuit senex in tali egritudine vel mo

dicē sumere cibi ita vt tolleret frater qđ portauerat: ⁊ rediret ad cellā suā. Alter se/nex sedebat longe i heremo ⁊ contigit fra/trē venire ad eū. ⁊ inuenire eū infirmantē Qui lauans ei faciē: fecit ei refectionē: ex bis que attulerat: quod cū vidisset senex dixit. Uere frater oblitus erā ꝙ haberent homines de cibo solaciū. Obtulit ei etiaꝫ ⁊ calicē vini. Quod cū vidisset: plorauit di cens. Non sperabā me vsqꝫ ad mortē bibe re vinū: Statuit quidā senex: vt quadra/ginta diebus nō biberet. Et si quando fie/ret cauma: lauabat surisculā ⁊ ipleuit eam aqua: ⁊ appendebat eaꝫ ante oculos suos. Qui cuꝫ interrogaretur a fratribus. qua/re hoc faceret. respondit dicens: Ut cū vi/dēs quod desiderabā nō gustauero: maio rē ardorē sustineaꝫ: ⁊ ꝓpter hoc maiorem mercedē a dn̄o consequar. Frater qui/dā iter agens: habebat secū matrē suā: iaꝫ senē. Qui cū venissent ad quendā fluuiū. nō poterat vetula illa transire. Et tulit fi/lius suus palliū suū ⁊ inuoluit exinde ma/nus suas: ne aliquo modo contingeret cor/pus eius. Et ita portans eam transposuit fluuiū. Dixit aūt ei mater sua. Ut quid sic operuisti manus tuas fili mi? Ille aūt di/xit. Quia corpus mulieris ignis est: ⁊ ex eo ipso ꝙ ɔtigebā te: veniebat mihi cōmemo ratio aliaꝝ feminaꝝ in animo. Dicebat quidā patrū. Quia sciret fratrē in cella. ie/iunātē tota hebdomada pasche. Et cū sab bato sero venisset ad missaꝫ: cōmunicans mox fugiebat: ne cogeretur a fratribus in ecclesia manducare apud se. tātū modicas herbas elixas cū sale mādūcabat sine pa/ne. Fratres conuocati sunt i scithi vt mā ducarent palmas: ⁊ erat ibi aliquis infir/mus pre nimia abstinentia. qui tussiens ex creauit flegma. Quo vomente: de sputo eius venit super aliū fratrē: Qui cū a cogi tatione sua cōpelleretur dicere ei. quiesce iā ⁊ non excreees super me: vt superaret co gitationes suas: tulit quod excreauerat: ⁊ mittens in ore suo: statim comedit illud. Et tunc cepit ad seipsum dicere. Aut nō dicas fratri quod eū contristet: aut manduca qđ horres Explicit liber de continentia.

Incipit liber contra fornicationem.

Dixit abbas antoni us: Estimo ꝙ habeat corpus mo/tuꝫ naturalē conspersum in se: qui nolente animo non operatur: sed tantūmodo signi ficatur in corpore: quasi ipassibilis motus. Est aūt ⁊ alius motus. ex eo ꝙ nutrit cor/pus: ⁊ fouetur cibis ⁊ potibus: ex quibus ⁊ calor sanguinis excitat ad operandū cor/pus. Propter quod dicit apostolus. Noli/te inebriari vino in quo est luxuria. Et rur sum dominus in euangelio: discipulis mā/dans dixit. Uidete ne grauentur corda ve stra crapula ⁊ ebrietate. Est aūt adhuc ⁊ alius quidā motus certantibus in conuer satione: ex insidiis ⁊ inuidia demonū veni ens. Itaqꝫ scire cōuenit quia tres sunt mo tus corporales: vnus quidē naturalis: ali us aūt ex plenitudine ciboꝝ: tertius vero ex demonibus. Dixit abbas. Geroncius petrensis. Quia multi tēptati sunt a corpo ralibus delectationibus: ⁊ cū non appro/ximarent corporibus: mēte fornicati sunt: ⁊ que corporaliter virginitatē seruant. ſm animū fornicantur. Bonū est ergo dilectis simi facere quod scriptū est: omni custodia vnumquenqꝫ cor suuꝫ seruare. Dixit ab/bas cassianus. Quia dixerat abbas moy/ses: bonū est non abscondere cogitatiōes sed senibus spiritalibus ⁊ discretionē habē tibus manifestare eas: non his qui tantū tp̄e senes sūt: qm̄ multi ad etatē respiciētes cogitati ⁊ ōes dicentes eis: quia experimē tum non habebant pro consolatiōe: ad de sperationem vltimam peruenerunt. Erat quidam frater omnino in conuersatione sollicitus. Et cuꝫ valde a fornicationis de mone turbaretur venit ad quendam senē ⁊ retulit ei cogitationes suas. Ille autem audiens quia expers erat: indignatus est: ⁊ miserabilem dicebat esse fratrē illū: ⁊ idi gnū monachi habituqꝫ eiusmodi cogitatio nes reciperet ⁊ Hec audiēs frater dsperās seipsum: reliquit propriam cellam: ⁊ ad se/culū redibat: Secundum autē dispensati/

onē dei occurrit ei abbas appollo: ⁊ vidēs eū ꝑturbatū: ⁊ nimiū tristē. iterrogauit. eū dicēs. Fili. que est causa tāte tristitie tue? Jlle aūt pri⁹ ex multa ɔfusione animi sui: nō respōdit qcq̄. Postea aūt cū multū rogaret a sene: que circa se agerētur: ɔfessus est dicēs. Quia cogitatōes fornicationum īquietāt me. quod cōfessus suz seni illi ⁊ secūdū verba eius: iā mihi spes salutis nō est desperās ergo meipsum ad seculuz redeo. Hec āt pater appollo audiēs velut sapiēs medicus multū eū rogabat: ⁊ monebat dicēs. Noli mirari fili: neqz desperes de teipso: ego eniz i hac etate atq̄ cōuersatione valde ab huiusmodi cogitatiōib⁹ īquietor Ne ergo deficias ī huiusmodi occasione: que nō tātū humana sollicitudine quātum dei miseratōe curatur: tātū hodie dona mihi quod peto: ⁊ reuertere ī cellā tuā. Fecit aūt frater ille sic. Abbas aūt appollo discedens ab eo: perrexit ad cellā illius senis: q ei desperationez fecerat: ⁊ stans foris deprecatus est dn̄z cū lachrymis dicēs. De⁹ qui tēptationes vtiliter īfers: cōuerte bellū quod patit̄ frater ille ī hūc senez: vt per experimētū ī senectute sua discat: quod tēpoꝛe lōgo nō didicit: quatenus ɔpatiatur his qui huiusmodi tēptationib⁹ perturbātur. Qui cū oꝛationē cōplesset: vidit ethiopē stātē iuxta cellā: ⁊ sagittas dirigētē cōtra illū senē: quibus quasi perforatus: statim tanq̄ ebrius a vino huc atq̄ illuc ferebatur. Et cū non posset tollerare: egressus ē d̄ cella eadē via: qua ⁊ ille iuuenis ad seculū redibat: Abbas aūt Appollo intelligens quod factuz erat: occurrit ei: ⁊ accedēs ad eū dixit. Ubi vadis ⁊ que causa ꝑturbatōis tueque obtinuit te? Jlle autem sentiēs quia itellexisset sanctus vir: que ei euenerāt: pre verecūdia nihil dicebat. Dixit aūt ei abbas apollo. Reuertere ī cellā tuā ⁊ decetero agnosce īfirmitatē tuam: ⁊ cogita apud temetipsuz: qꝛ ignot⁹ sis a diabolo vsq̄ modo aūt ɔtēpt⁹: ꝓpter qd̄ nec meruisti ſ3 vires virtutū: habere ɔtra diabolū luctamēta. Quid aūt dico luctamēta: q nec vna die aggressionē ipsius poꝛtare potuisti? Hoc aūt tibi ɔtigit: quia iuuenē illū a cōmuni aduersario inpugnatū suscipiens: cū debuisses eū contra diabolicū certamē cōsolatoꝛiis verbis monere: etiā ī desperationē misisti: nō cogitās illud sapientissimū preceptū. quo iubemur eripere eos qui ducūtur ad moꝛtez: ⁊ itez non negligas redimere occidendos: sed neq̄ parabolā saluatoꝛis nostri dicentis: harundinē quassatā non deberi confringi: ⁊ linum fumigans non extingui. Nemo eniz ferre posset insidias aduersarii: neq̄ ebulientis nature ignez extinguere: vel retinere: nisi dei gratia cōseruaret infirmitatē humanā que in nobis salutari dispensatione cūcta disponit. Oēs ergo dn̄z depꝛecemur: vt ⁊ aduersuz te dimissuz flagellū auertat. quoniā ipse ⁊ dolere facit ⁊ itez saluti restituit ꝑcutit: ⁊ manus ipsius sanat: humiliat et exaltat: moꝛtificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos ⁊ reducit. Hec dicens orationē īpleuit: ⁊ statiz ab illato sibi bello senex liberatus est. Quē cōmonuit abbas Appollo: vt peteret sibi dari linguā eruditam: vt sciret tp̄s quo opoꝛteret loq sermonē. De cogitatione foꝛnicationis īterrogatus abbas syrus alexandrinus: ita respondit. Si cogitationes non habes. spem nō habes. Quoniā si cogitationes non habes: opera habes: hoc est. Qui cogitatione aduersus peccatū nō pugnat neq̄ contradicit: coꝛporaliter peccat. Qui eniz coꝛpoꝛaliter peccat: cogitationuz molestias nullas habet. Jnterrogauit aūt quidā senex fratrē dicēs. Ne ɔsuetudinē habes colloqui mulieri? Et dixit frater. Nō: Et ille dixit. Ueteres: ⁊ noui pictoꝛes sunt cogitatōes mee ⁊ cōmemoꝛationes quedam inquietantes me ex similitudine mulierū. Senex aūt dixit. Moꝛtuos non timeas: sed viuentes fuge: hoc est consensum: ⁊ in opere ipso peccatum: ⁊ extende magis oꝛationem tuam: Dixit abbas mathois. Si quidam frater veniens dixerit: deterioꝛem esse q obloquitur: q̄ qui foꝛnicatur. Et respondit ipse senex. Durus est sermo. Dixit ergo ei frater. Et quomodo vis esse: hanc rem? Di-

xit ei senex. Oblocutio quidē mala est: cetere tamen inuenit curā: et plerūqꝫ penitētiā agit: qui oblocutus est dicens. male locutus sum et transit: fornicatio aūt naturaliter mors ē. Dixit abbas pastor. Sicut spatarius principis assistit ei cōtinue semper paratus: ita oportet et animā semper paratam esse aduersus demones fornicationū. Uenit aliquando quidā frater ad abbatē pastorē: et dixit ei. Quid facio pater quia affligor a fornicatione? Et perrexi ad abbatē ibistionē: et dixit mihi. Non debes eā longo tēpore permittere habitare ī te. Dixit abbas pastor. Abbatis ibistionis act⁹ sursū in celo sunt cū angelis: et latet eum: ego autem et tu in fornicatione sumus. Si ergo teneat monachus ventrē et linguam: et manserit in solitudine: confidat: quia non moritur. Narrauerunt de abbatissa Sara. quia manserit tredecim ānos fortiter a fornicationis demone impugnata: et nunqꝫ orauit vt recederet ab ea huiusmodi pugna: sed hoc solū dicebat. da mihi fortitudinē deus. Dixerūt iterū de ea. Quia infestior fuerit ei aliquando iminens fortius idem fornicationis demon: mittens in cogitationē eius seculi vanitates. Illa aūt nō relaxans animū a timore dei: et a ꝓposito abstinentie: ascendit semel super lectū suū orare. et apparuit ei corporaliter spiritus fornicationis et dixit ei. Tu me vicisti sara. Illa aūt respondit. Ego te non vici: sed dominus meus iesus xp̄s. Frater quidā stimulabatur a fornicatione: et erat stimulus velut ignis ardens in corde eius nocte ac die: Frater aūt decertabat: non ꝯdescēdēs neqꝫ ꝯsentiens cogitationi sue: Post multū autē tēpus discessit stimulus ab eo: nihil preualens propter perseuerātiā eius: et statim lux apparuit in corde eius Alius frater stimulatus a fornicatione: et surgens nocte perrexit ad quendā senem: et dixit ei cogitationes suas: et ꝯsolat⁹ est eū senex. Ex qua ꝯsolatiōe ꝓficiēs frater reuersus est ī cellā suā. Et ecce iterū spūs fornicatōis tēptauit eū. Ille aūt frater iterum abijt ad senē. Factū est aūt hoc sepi⁹. Senex vero nō ꝯtristauit eū: sed loquebatur ei que ad vtilitatē eius pertineret: dicēs. nō ꝯcedas diabolo vt relaxes animū tuū: sed potius quotiēs molestus est tibi demō dic veni ad me: et īcrepatus discedit. Nihil enim sic extediat demonē fornicatōis quō si reuelētur stimulatōes eius: et nihil eū sic letificat: quomodo si abscōdāt̄ cogitatōes eius. Uenit ergo frater vndecies ad senē: accusans cogitatōes suas. Postea aūt dixit frater seni. Ostēde caritatē abba: et dic mihi verbū. Et dixit ei senex. Crede fili: qr si permitteret deus cogitatōes meas qb⁹ stimulatur animus meus ī te trāsferri: non eas portares: sed omnino corrueres deorsum. Hec aūt dicēte sene ꝑpter nimiā humilitatem eius: quieuit stimulus fornicatiōis a fratre. Itē ali⁹ stimulat⁹ a fornicatōe: cepit decertare et extēdere abstinētiā suam ꝑ quatuordecim annos: cogitationē suā custodiēs: ne cōsentiret cōcupiscētie sue. Postea aūt veniēs ad ecclesiam: manifestauit vniuerse multitudini qd̄ patiebat̄. Et datū est mādatū: et oēs affixerūt se ꝓ eo. hebdomada iugiter orātes dn̄m: et quieuit stimulus eius. De cogitatōe fornicatōis: dixit quidam senex heremita. Dormiēs vis saluari? Uade labora: vade affligere: vade quere et īuenies: vigila: pulsa: et aperiet̄ tibi. Sūt enim ī seculo pācraciarij. q cū nimis edūt et stāt: et fortes apparuerūt: coronas accipiūt Aliquotiēs aūt et vnus a duobus cedit̄: et cōfortat⁹ plagis: cedētes se vincit. Uidisti quātā virtutē ꝑ carnis exercitiū acqsiuit? Et tu sta et cōfortare: et dn̄s expugnabit ꝓ te inimicū. De eadē ip̄a cogitatōe fornicatōis dixit alter senex. Esto velut q trāsit ī platea aut ꝑ tabernā. et capit cuiuscūqꝫ capture odorē. aut alicui⁹ assature: et q vult īgredit̄ et māducat: q aūt nō vult odorat̄ tm̄ tū: et p̄terit: ita et tu excute a te fetorē: surge et ora dicēs. Domine fili dei adiuua me: Hoc autem fac etiam aduersus alias cogitatiōes. Neqꝫ enim eradicatores sumus cogitationum: sed luctatores aduersus easdem cogitationes. Alter senex dixit. Hec de negligentia patimur. Nā si ꝯsideremus

quia deus habitat in nobis:non alienum vas īferemus intra nos. Dñs eni3 xp̄s ha/bitans in nobis atq3 cohabitās nobis: re/spicit vitā nostrā. Unde ⁊ nos portātes eū ⁊ contēplantes. negligere non debemus: sed sanctificare nosmetipsos: sicut ⁊ ille sā/ctus est. Stemus super petrā ⁊ rumpatur malignus: non formides ⁊ committet ad/uersus te. Psalle cum virtute dicēs. Qui ɔfidunt in dn̄o sicut mōs syon: nō cōmoue bitur in eternū: qui habitat in hierusalem. Frater quidā interrogauit senē dicens. Si incurrerit m[illegible]chus in peccatū. affli/gitur velut qui de profectu in deteriorem statum peruenerit: ⁊ laborat donec resur/gat: Qui aūt a seculo venit: velut qui ini/micū fecerit ⁊ proficit. Et respōdens senex dixit. Monachus tēptatione3 incurrens: sic est tāq3 domus que cadit: ⁊ si sobrius fu erit in cogitatione reedificat eā que corru/erat domū inueniens materias ad edificiū profuturas: habens posita fundamēta: la/pides: arenā: ⁊ cetera: que huiusmodi sunt edificio necessaria: atque ita velociter pro fabricata proficit. Ille aūt qui nec effodit: nec fundamentū misit: nec habet aliquid eorum que sunt necessaria: sed ī spe dimit tens: si quomodo aliquādo perficiatur: ita est ⁊ monachus. si in temptationē ceciderit ⁊ conuersus fuerit ad dn̄3: habet plurimū apparatū: videlicet meditationē diuine le gis: psalmodiā. opus manuū: orationē: ⁊ ce tera: que sunt sancte religionis fundamēta Qui aūt recens est ⁊ nouus in couersatōe donec ista discit: ille primū ordinē inueniet Frater quidā cū a fornicationis spiritu te neretur. perrexit ad quendam senem ma/gnum: ⁊ rogabat eum dicens. Ostende pa ter caritatem: ⁊ ora pro me: quia a fornica tione sollicitor. Senex autem deprecatus est dominum pro eo. Et iterum secūdo ve/niens ad senem: dixit eundem sermonem. Similiter ⁊ senex: non neglexit rogare p̄ ipso dicēs. Domine reuela mihi vnde ī hoc fratre operatio sit ista diaboli: quonia3 de precatus sum te ⁊ requiē nōdū īuenit? Et reuelauit ei dn̄s que agebātur circa frēm illū. ⁊ vidit eū senex sedentē: ⁊ spiritū forni cationis circa eum. ⁊ quasi ludentem cum ipso. ⁊ angelus domini stabat missus in ad iutoriu3 eius: ⁊ idignabatur aduersus fra trem illum: quia non se prosternebat deo: sed quasi delectabatur in cogitationibus suis: totam mentem suam ad hoc inclinans Et agnouit senex quia causa magis ab eo dem fratre esset: ⁊ annunciauit dicens Tu consentis cogitationi tue frater? Et do/cuit eu3 quomodo talibus cogitationibus deberet resistere: ⁊ respirans frater per do ctrinam senis illius ⁊ orationem: frater in/uenit requiē a tēptatiōe sua. Tēptatus est aliquādo discipulus alicuius senis magni: a fornicatione. Senex vero cū videret eū laborantē: dixit ei. Uis rogo deum vt sub/leuet a te molestiā istā? Ille aūt dixit. Ui/deo abba. quia ⁊ si laboro: tamen ex pōde/re laboris huius fructificari me sentio: sed hoc roga deū ī cogitationibus tuis: vt det mihi tollerātiā per quā sustineam. Dixit ei abbas suus. Modo agnoui quia ī magno profectu es fili: ⁊ supergrederis me. Dice/bant de quodā sene quia descendit de sci/thi. ⁊ habebat filiū adhuc sugentē lac: qui quonia3 in monasterio nutritus est: nescie/bat quid essent mulieres. Qui cu3 factus esset vir: ostendebāt ei nocte demones for mas ⁊ habitus mulierum: ⁊ hoc nunciauit patri suo: ⁊ mirabaī. Aliquādo ergo ascen dit cū patre suo in egyptū: ⁊ videns mulie res: dixit patri suo. Ecce iste sunt que veni ebant ad me nocte in scithi. Et pater dixit ei. Isti sunt monachi de seculo. fili. alio sūt habitu vtuntur isti: ⁊ heremite alio. Et mi ratus est senex: quomodo ⁊ in scithi ostēde rent ei demones imagines mulieru3: ⁊ sta tim reuersi sunt ī cellam suam. Frater qui dam erat probatus temptationibus in sci/thi: ⁊ immittebat ei aduersarius memoria3 mulieris cuiusdam pulchre ī animo: ⁊ affli gebat eū valde. Et ɔtigit secūdum dei di/spensationem: vt alter frater descendens de egypto: ⁊ applicaret in scithi: ⁊ cum lo/querentur: nunciauit ei dicens. Uxor illi⁹ mortua est. Erat autē ipsa mulier de qua

inquietabatur frater ille. Quod cũ audisset tulit vestimentũ suũ nocte. et ascendit vbi eã sepultã audierat. et fodit locũ et extersit saniem putredinis eius in vestimẽto suo et reuersus habebat illud i cella sua. Et cũ nimis feteret. ponebat illos fetores ante se: et improperans cogitationi sue dicebat. Ecce desideriũ quod querebas: habe illd et satiare ex eo. Et ita ex huiusmodi fetore castigabat semetipm: donec emorerentur concupiscentie eius. Uenit quidã i scithi aliquando vt fieret monachus: qui etiam accepit filiũ suũ secũ nuper ablactatum. Qui cũ factus fuisset iuuenis. ceperunt impugnare demões et sollicitare eũ. Et dixit patri suo. Uado ad seculũ: quia non valeo carnales cõcupiscentias sustinere. Pater autẽ eius consolabatur eũ. Dixit ergo illi iuuenis. Iã sustinere non valeo pater: dimitte me redire ad seculũ. Dixit ergo ei pater suus. Audi me fili adhuc semel. et tolle tibi quadraginta panes. et folia palmarũ dierũ quadraginta: et vade in heremũ interiorẽ. et esto ibi quadraginta diebus. et voluntas domini fiet. Qui obediens patri suo. surrexit et abiit in heremũ. et mansit ibi laborans et faciens plectas de palmis siccis: et panẽ siccũ comedens. Et cũ ibi dies viginti quieuisset. ecce videt opus diabolicũ quoddam venire super se. et stetit corã ipo velut mulier ethyopissa. fetida et turpis aspectu. ita vt fetorẽ eius ferre nõ posset. Et abiiciebat eam a se: et illa dicebat ei ego sum qui in cordibus hominum dulcis appareo. sed propter obedientiam tuã et laborẽ quẽ sustines. nõ permittit me deus seducere te sed ostẽdi tibi fetorem meũ. ille aũt surrexit et gratias agẽs deo. venit ad patrẽ suũ: et dixit ei. Iã nolo ire ad seculũ pater. vidi enim opationẽ diaboli: et fetorẽ eius. Cognouerat aũt et pater eius de hoc ipso: et dixit ei. Si mansisses quadraginta dies. et custodisses vsq in finẽ mandatũ meũ: maiora habuisses videre. Senex quidã sedebat i longinqua heremo. qui habebat vnã parentẽ. et desiderabat eũ videre post multos annos: et qsi uit in quo loco habitaret. Et surrexit et venit in viã heremi illius. et inueniens camelarios adiunxit se illis: et ingressa est cum illis heremũ. Hec enĩ trahebatur a diabolo. Que cũ venisset ad ianuã senis: cepit signis indicare seipam dicens: Ego sũ parens tua. et mansit apud eum. erat aũt alius monachus sedẽs i iferioribus partibus heremi qui implebat sibi suriscula aque: et hora qua manducare voluisset. subito versabatur suriscula et effundebatur aqua qui inspirãte deo dixit in semetipo. Ingrediar in heremũ: et dico hoc qd mihi euenit de aqua senioribus. Et surgens abiit. et cum sero factũ esset. dormiuit in tẽplo quodã ydolorũ iuxta viã: et audiuit nocte demones dicentes. Ista nocte pcipitauimus illũ monachũ in fornicationẽ. qd cũ audisset cõtristatus est: et perueniens ad senẽ. iuenit eũ tristẽ. et dixit ei. quid facio abba: qr impleo mihi vasculũ aque: et in hora manducandi effunditur? Et dixit ei senex. Tu venisti ad me iterrogare me. qr suriscula tua versat: ego autẽ qd facio. qr hac nocte cecidi in fornicatiões? qui respondit. et ego cognoui. et dixit ei. Tu vnde scis? qui dixit. Dormiebã in tẽplo: et audiui demones loquẽtes de te. Et dixit senex. Ecce ego vado ad seculũ. Ille aũt rogabat eũ dicens. Noli pater: sed permane i loco hoc: mulierẽ vero dimittamus hinc. Hoc eniẽ ex occursu inimici ptigit. Quo audito: senex sustinuit extẽdẽs et aggrauãs conuersationẽ suã cũ lachrymis: donec rediret i priorẽ ordinẽ suũ. Dixit senex qdã. Quia securitas et taciturnitas et occulta meditatio: pariunt castitatẽ. Frater qdã iterrogauit senẽ dicẽs. Si ptigit hoiẽ i tẽptationem cadere: quid fit propter eos qui scãdalizãtur i eo? Et narrauit senex dicẽs. Diaconus quidã erat nominatus i monasterio egypti. Dux autem quidam curialis insecutionem iudicis pateretur: venit cũ omni domo sua ad monasteriũ: et operante iniquo: icurrit diaconus ille i mulierẽ eius et facta est omnibus fratribus pfusio. Ille autẽ abiit ad quendã senem: et indicauit ei rẽ. senex vero ha

bebat occultā cellā interiorē: quā cū vidisset diaconus ille: dixit. Sepeli me hic sic viuū: ꝛ non indices cuiꝗ̄. Et intrauit in obscuritatē celle illius: ꝛ egit penitentiā illic ex veritate. Contigit aūt vt post multū tēporis. non ascenderet aqua de flumine nili. Et cū oēs letanias facerēt. reuelatū est cuidā sanctorū. quia nisi veniret diaconus qui absconditus esset apud illū talē senē: non ascenderet fluminis aqua. Quod cū audissent mirati sunt: ꝛ venientes eiecerūt eū de loco in quo erat. Et orauit ꝛ ascēdit aqua: ꝛ qui aliquando in ipso scandalizati fuerant edificati sunt postea in penitentia eius: ꝛ glorificauerunt deū. Duo fratres perrexerūt ad ciuitatē vt venderēt qđ fuerat operati. Et cū a se inuicē in ciuitate fuissēt diuisi incurrit vnus in fornicationē. Ueniens autē postea frater eiꝰ: dixit ei. Reuertamur ad cellā nostrā frater. Ille autē respondit dicens. Non veniā. Et interrogauit eū ille dicens. Quare frater? Et ille respōdit. Quia cū discessisses a me. incurri ī tēptationē ꝛ fornicatus sū. Ille autē alter frater volēs lucrari eū cepit dicere. Quia ꝛ mihi sic contigit: ꝛ quando separatus sū a te incurri ꝛ ego in fornicationē. Sed eamus ꝛ simul penitentiā agamꝰ cū omni labore: ꝛ deꝰ ignoscet nob pcc̄m. Qui cū venissent ad cellā rettulerunt senibꝰ qđ eis cōtigerat: ꝛ dederūt eis illi mādatū qualiter penitentiā agerēt. Ille tamē vnus nō pro se ſ3 pro alio fratre penitētiā agebat: tanꝗ̄ si ꝛ ipse peccasset. Uidens aūt deꝰ laborē ꝛ caritatē eiꝰ. intra paucos dies manifestauit vni de senibꝰ. ꝙ pro multa caritate fratris qui nō peccauerat. idulsit illi qui fornicatꝰ est: ꝛ vere hoc est ponere animā suā pro fratre suo. Uenit aliqn̄ frater ad quendā senē: ꝛ dixit ei. Frater meus soluit me egrediēs huc atq3 illuc: ꝛ ꝑ h̄ ego affligor Et rogabat eū senex dicendo. Equanimiter porta frater: ꝛ deꝰ videns laborē sustētationis tue reuocat eū ad te. Neque eni possibile est vt cū duricia ꝛ austeritate. facile ab intētiōe sua aliquis reuocetur quia nec demon expellit demonē: sed magis benignitate eū reuoca ad te. Quī ꝛ dn̄s deꝰ noster. consolādo ad se homines trahit. Et narrauit ei dicens. Quia fuerunt duo fratres in thebayda: ꝛ cū vnus ex his in fornicationē cecidisset: dicebat ad aliū. Reuertar ad seculū. Alter vero plorabat dicens Nō te dimitto frater discedere ꝛ perdere laborē tuū: ꝛ virginitatē tuā. Ille vero nō acquiescebat: dicendo: Non hic sedeo. sed vado aut veni mecū. ꝛ iterū redibo tecum aut certe dimitte me. ꝛ permanebo in seculo. Uadens autē frater: nunciauit hoc cuidā seni magno. Dixit autē ei senex. Uade cū ipso: ꝛ deus illū per laborē tuū non dimittet corruere. Qui consurgens abijt cū eo ad seculū. Et cū peruenisset ad quendā vicū: videns deus laborē illius. qui ex caritate ꝛ necessitate fratrē suū sequebatur abstulit concupiscentiā a fratre eius. ꝛ dixit fratri suo. Eamus iterū ad heremū frater. Ecce iā puto quia peccaui cū muliere quid lucratus sū ex hoc? Et reuersi sunt illesi in cellā suā. Frater quidā tēptatus a demone: profectꝰ est ad quendā senē dicēs Quia illi duo fratres simul sunt: ꝛ male viuūt. Cognouit autē senex quia a demōe illuderetur: ꝛ mittēs vocauit eos ad se. Et cū factū esset vespere: posuit mattā illis duobꝰ fratribꝰ: ꝛ cooꝑuit eos ī vno lecto: dicens. Filij dei magni ꝛ sācti sūt. Dixit vero discipulo suo. Hūc fratrē claude ī cella seorsū: ipse enī passionē quā illis obiicit habet ī se. Frater qdā dixit seni. Quid facio quia occidit me sordida cogitatio? Dixit ei senex Mulier qn̄ vult ablactare filiū suū amarū aliquid superungit vberibꝰ suis: ꝛ cū venerit īfās ex ꝯsuetudine sugere lac sentiēs amaritudinē refugit. Mitte ergo ꝛ tu ī cogitationē tuā amaritudinē. Dixit ei frater Que ē amaritudo quā debeo mittere? Dixit ei senex. Cogitationē mortis. ꝛ tormētorū q̄ ī seculo futuro peccatoribꝰ preparant̄ Frater quidā interrogauit senē de huiusmodi cogitatione: ꝛ dixit ei senex. Ego nūꝗ̄ stimulatꝰ sū de hac re. Et scādalizatꝰ est ī eo frater ille. Et abiit ad aliū senē dicens Ecce hoc mihi dixit ille senex. ꝛ scādalizatꝰ

sum in eo quia supra naturam est quod di
xit. Dixit ei senex. nō simpliciter tibi dixit
hoc ille homo dei. sed surge ꝛ vade: ꝛ peni
tentiā age apud eum. vt aperiat tibi virtu
tem sermonum suoꝝ. Surrexit ergo ille fra
ter ꝛ venit ad senem. agens in conspectu
ei⁹ penitētiā: ꝛ dixit. Ignosce mihi pater
qꝛ stulte feci. nō dicens tibi vale discedēs
a te: sed obsecro te vt interpreteris mihi
quomodo nunꝙ̄ sollicitatus sis a fornica
tione. Dixit ei senex. Quia exquo factus
sum monachus: non sum satiatus pane ne
qꝫ aqua. neqꝫ somno. ꝛ appetitu eorū qui/
bus pascuntur alii: ꝛ crucians me nō per/
mittebar sentire fornicatiōis stimulos: ꝛ
exiuit frater ille ꝓficiens ex relatiōe se/
nis. Frater quidā iterrogauit quendā se
nem dicēs. qd facio qꝛ cogitatio mea sem
per in fornicatōe itenta ē: ꝛ non me quie
scere sinit vna hora: ꝛ affligitur ex hoc ani/
ma mea? Ille aūt dixit ei. quādo dmones
cogitationes i corde tuo semināt ꝛ sentis
hoc nō colloquaris cū aio tuo. qm̄ demonū
ē talia suggerere: ꝛ licet nō negligāt hec
immittere: tamē nō extorquēt. in te ē ḡ ꝛ
suscipere ꝛ nō suscipere. Scis aūt qd fece
rint madyanite. qm̄ ornauerūt filias suas
ꝛ statuerūt eas in conspectu isrlitaꝝ. non
tamē alicui extorserūt vt ɔmiscerenṫ cū
eis sed qui voluerūt icurrerūt in eas. Alij
autē ɔminati sunt idignātes. ꝛ cū interitu
eoꝝ qui presumpserāt vlti sunt fornicatō
nē: ita agendū ē ꝛ de fornicatōe. Respon
dens aūt frater dixit. ꝛ quid faciā quia fra
gilis sum ꝛ superat me passio hec? Ille āt
dixit ei. Intentus esto ad huiusmōi. Demo
nes quando faciunt initiū loqui in corde
tuo. non respondeas eis; ſꝫ surgens ora ꝛ
age penitētiā dicēs. Fili dei miserere mei
Dixit aūt ei frater. Ecce meditor abba ꝛ
non est ɔpunctio in corde meo: quia nescio
virtutem verbi. ꝛ ille dixit. Et tu tātū me
ditare. audiui enī quia dixit abbas pastor
sed ꝛ alii patres hoc verbum: quoniam
incantator virtutem verborum que di/
cit: nescit. sed serpens audit: ꝛ scit virtutem
eoꝝ que icātātur: ꝛ serpens subiicitṫ icātan

ti ꝛ humiliaṫ. Sic ꝛ nos ꝗuis ignoremus
ꝟtutē illoꝝ ꝟboꝝ que loqmur: demones
tamē audiētes terrenṫ atqꝫ discedūt. Di/
cebāt qdā senes. qa cogitatio fornicatōis
fragilis ē velut papirū. Si ḡ iactaṫ i nobis
ꝛ nō acquiescētes ꝓijciam⁹ illā a nobis: fa
cile rūpiṫ. necessariū igiṫ ē: ut sit discretio
i cogitatōe q̄ agnoscam⁹ qꝛ his q cōsētiūt
eis n̄ sit spes salutis illis āt q n̄ ɔsētiūt repo
sita sit corona. Duo fratres ipugnati a for
nicatōe: abierūt ꝛ acceperunt vxores: po
stea aūt dixerūt adiuicē. Quid lucrati su
m⁹ qa deseruim⁹ āgelicū ordinē ꝛ venim⁹
i imūdiciā hāc: ꝛ post hec i ignē ꝛ tormēta
vēturi sumus? Redeam⁹ igiṫ iteꝝ ad he/
remū. ꝛ agam⁹ penitētiā: d̄ his que presū/
psim⁹. Et veniētes ad heremū: rogauerūt
patres vt susciperēt eos penitētes: ꝛ cōfi/
tentes ea que gesserāt. ꝛ clauserūt eos an
nū itegrū senes. ꝛ ābobus equaliter ad pē
sum dabanṫ panes: ꝛ ad mēsurā aq̄ simili
ter. erāt aūt visiōe ɔsimiles. ꝛ dū cōpletū
fuissꝫ tp̄s penitētie: exierūt ꝛ viderunt pa
tres vnū pallidū ꝛ tristē nimis: aliū ꝟo ro
bustū ꝛ claꝝ. Et mirati sunt: qm̄ cibū ꝛ po
tū equaliter acceperāt. ꝛ iterrogauerunt
eū q tristis ꝛ afflict⁹ erat: dicētes. qd exer
citabaris cū cogitatōnib⁹ tuis i cella tua?
Et ille dixit. Pro malis que feci: penas i
quibus venturus eram in animo meo re/
uoluebam. ꝛ pre timore adheserunt ossa
mea carni mee. Interrogauerunt autem
ꝛ alium dicentes. Tu quid cogitabas in
cella tua? At ille respondit. Gratias deo
referebam q eruit me de inquinamento
mundi huius ꝛ de futuri seculi penis: ꝛ re/
uocauit me ad hanc conuersationem an/
gelicam. ꝛ reminiscens assidue dei mei le/
tabar. Et dixerunt senes. Equalis est am
borum penitentia apud deum. Senex q/
dam erat in scithi. qui cum incurrisset in
egritudinem magnam: seruiebant ei fra/
tres. Et videns senex quia laborarent: di
xit. Uado in egyptum: vt non soluam fra
tres istos a laboribus suis. ꝛ dixit ei ab/
bas Moyses. Nō vadas: qm̄ fornicatio/
nem incursurus es. Ille aūt. cōtristatus di

cebat. Mortuum est corpus meum: ꝛ tu mihi ista dicis? Surgens ergo abijt i egyptum. quod cum audissent homines circũquaq; habitantes: offerebãt ei multa. Uenit etiã ad eũ quedã virgo fidelis: volens obsequiũ suũ seni illi infirmanti impendere. Et post aliquantulũ tẽporis cum paululũ de egritudine qua tenebatur meliꝰ habuisset: incurrit in eam. At illa ↄcepit. Interrogata aũt a vicinis locis vnde concepisset: illa respõdit. De sene illo. Illi autẽ non credebant ei. Senex vero dicebat: ego hoc feci. Sed custodite infantẽ quẽ peperit. que cũ genuisset puer ꝛ ablactatus fuisset: tulit senex infantẽ in humeris suis: ꝛ die q̃ erat festiuitas magna in scithi occurrit ibi: ꝛ intrauit ecclesiam corã multitudine fratrũ. illi autẽ videntes eũ fleuerunt. qui dixit fratribus. Uidetis infantẽ hũc? Filius est inobedientie. Cauete ergo vos fratres. eo ꝙ in senectute hoc feci et orate pro me. et pergens ad cellã suam ad initiũ prime conuersationis sue reuersus ẽ. Frater quidã tẽptatꝰ ẽ pessime a demone: i specie pulchrarũ mulierũ. Trãsformati nãq; demones iugiter ꝑ quadragita dierũ spaciũ: ꝑseuerauerunt pugnãtes aduersus eũ. vt traherẽt eũ ad turpẽ ↄmixtionẽ. Illo autẽ viriliter reluctante ꝛ minime superato: deus aspiciẽs bonũ eius certamen: donauit ei. vt nullũ vltra calorem carnalis ↄcupiscẽtie pateret. Solitarius qdã erat i inferiorib' ꝑtibus egypti: ꝛ hic erat nominatissimus. quia solus i ecclesia sedebat i deserto loco: Et ecce iuxta operationẽ sathane mulier qdã ihonestã audiẽs ð eo: dicebat iuuẽibꝰ. Quid mihi vultis dare: ꝛ ðcipio istũ solitariũ vestrũ? Illi aũt cõstituerũt certũ qd vt darẽt ei. Que egressa vespere: venit in cellã eius velut errãs. ꝛ cũ pulsasset ad cellã eiꝰ: egressus ẽ ille. ꝛ vidẽs eã: turbatꝰ ẽ dicẽs. Quomõ huc venisti? Illa ãt velut plorãs dicebat. errando huc veni. Qui cũ misatõe viscerũ pulsaret: itroduxit eã in atriolũ celle sue: ꝛ ipe itrauit iteriꝰ i cellã suã: ꝛ clausit eã. Et ecce ifelix illa clamabat dicẽs Abba. bestie comedunt me hic. Ille ãt iterũ turbatꝰ ẽ: timẽs etiã iudiciũ dei dicebat. Unde mihi venit ira hec? Et apiens ostiũ itroduxit eã itro. Cepit aũt diabolus velut sagittis stimulare cor eiꝰ in eã. Qui cũ itellexisset diaboli esse stimulos: dicebat in semetipso Uie inimici tenebre sunt: filiꝰ aũt dei lux ẽ. Surgẽs ergo icendit lucernã. Et cũ inflãmaretur desiderio dicebat. Quoniã q talia agũt: i tormẽta vadũt. ꝓba ergo teipsum ex hoc si potes sustinere eternum ignẽ. Et mittebat digitũ suũ in lucernam Quẽ cũ icendisset ardorẽ nõ sẽtiebat ꝓpter nimiã flãmã cõcupiscẽtie carnalis ꝛ ita vsq; mane faciẽs icendit oẽs digitos Illa aũt ifelix vidẽs quod faciebat senex ille pre timore velut lapidea facta est. Et veniẽtes mane iuuenes ad senẽ illũ dicebãt. Uenit ne huc mulier sero? Ille aũt dixit. Etiã. Ecce vbi dormit. Et itrãtes inuenerũt eã mortuã: ꝛ dicũt. Abba mortua ẽ mulier. Tũc ille excutiẽs palliũ suũ quo vtebatur: ostendit eis manus suas dicẽs. ecce qd fecit mihi filia ista diaboli: ꝑdiditq; oẽs digitos meos. Et narrãs eis quod factum fuerat dicebat. Scriptũ est: ne reddas malum pro malo. Et faciens orationem super eam: suscitauit eam. Que conuersa: caste egit residuum tempꝰ vite sue Frater quidam impugnabatur a fornicatione. Contigit autem eum venire in quẽdam vicum egypti. ꝛ videns filiam sacerdotis paganorum: adamauit eã: dixitq; patri eius. Da mihi eam vxorem. Ille aũt respondens: dixit ei. Non possum eam tibi dare: nisi interrogauero deum meum: Et abiens ad demonem quem colebat: dixit ei. Ecce monachus quidam venit volens accipere filiam meã. Do eam illi? Et respondens demon dixit. Si negat deũ suum ꝛ baptismũ ꝛ propositum monachi: da eam ei. Et veniẽs sacerdos: dixit. Nega deum tuum ꝛ baptismũ ꝛ ꝓpositũ monachi: ꝛ do tibi filiã meã vxorẽ. Ille vero ↄsensit: ꝛ statim vidit velut colũbã exire de ore suo: ꝛ volare i celũ. Pergẽs autẽ sacerdos ad demonem: dixit. Ecce ꝓmisit

tria ista se facturū. Tunc respondens diabolus: dixit ei. Non des ei filiā tuaȝ in vxorem: quia de⁹ eius non integre recessit ab eo: sed adhuc adiuuat eū. Et veniens sacerdos dixit. Non possum eam tibi dare vxorem: quia adhuc de⁹ tu⁹ adiuuat te: ⁊ nō recessit a te. Hec audiēs frater dixit ī semet ipso: Si tantaȝ bonitatem ostendit in me deus: cum ego infelix negauerim ipsum: ⁊ baptismum ⁊ propositum monachi: bonus autem deus etiam si cum tam grande scelus commisi: nunc vsque adiuuat me. cur ego recedaȝ ab eo? Et in semetipsū reuersus: recepit sobrietatem mentis. ⁊ venit in heremū ad magnū quendaȝ seneȝ: ⁊ narrauit ei reȝ que fuerat facta. Et respondens senex: dixit ei. Sede mecū in spelunca ⁊ ieiuna tres hebdomadas continuas: ⁊ ego deum depreco: pro te. Et laborauit senex ꝓ fratre illo: ⁊ deprecatus est deum dicens Obsecro domine dona mihi animaȝ hanc ⁊ suscipe penitentiaȝ ei⁹. Et exaudiuit orationem eius deus. Et cū completa fuisset prima hebdomada: venit senex ad illū fratrem: ⁊ interrogauit eū dicēs. Aliquid ne vidisti? Et respondens frater dixit. Etiaȝ Vidi colūbaȝ sursū in altitudine celi: contra caput meū stanteȝ Et dixit ei senex. Attende tibimetipsi: ⁊ deprecare deū attente. Secunda vero hebdomada venit senex iterū ad fratreȝ: ⁊ interrogauit eū dicens. Vidisti ne aliquid? Et respondit. Vidi colūbaȝ venienteȝ iuxta caput meum. Et precepit ei senex dicens. Sobrius esto mente ⁊ ora. Et completa tertia hebdomada: venit iteꝝ senex: ⁊ interrogauit eū dicens. Ne aliquid plus vidisti? At ille respōdit dicens. Vidi colūbaȝ que venit ⁊ stetit super caput meū: ⁊ extendi manū meaȝ vt teneretȝ illaȝ: illa auteȝ surgens intrauit in os meū. ⁊ gratias agens deo senex: dixit fratri. Ecce suscepit deus penitentiam tuam. Decetero attende temetipm: ⁊ esto sollicitus. Et respondens frater dixit. Ecce āmodo tecū ero: donec moriar. Dicebat quidaȝ de thebeis senibus. ꝙ ipe esset fili⁹ sacerdotis idoloꝝ: ⁊ cū paruulus sederet in tēplo ⁊ vidisset patreȝ suū frequenter ingredi: ⁊ sacrificia offerre idolo. ⁊ ꝗa semel occulte post ipm intrauerit ⁊ viderit sathanaȝ sedenteȝ ⁊ omneȝ militiaȝ eius astanteȝ ei. Et ecce vnus de principib⁹ veniens adorauit eū. Cui diabolus ait Unde venis tu? Et ille respondit. In illa prouincia eraȝ ⁊ suscitaui illic bella. ⁊ perturbationes plurimas ⁊ effusioneȝ sanguinis faciens: ⁊ veni nūciare tibi. Et sathanas īterrogauit eū In quāto tēpore hoc fecisti? Et ille respondit. ī trigīta dieb⁹. Et sathanas iussit eū flagellari dicēs. Tanto tēpore hoc fecisti? Et ecce alius veniēs adorauit eū. ⁊ illi dixit. Unde venis tu? Et respōdit demō. In mari eraȝ ⁊ suscitaui commotiones: ⁊ dimersi naues: ⁊ multos homines occidens: veni nūciare tibi. Et dixit ei sathanas. Quanto tēpore hoc fecisti? At ille respōdit. Sunt dies viginti. ⁊ hūc similiter iussit flagellari dicēs. quare ī tantis diebus hoc solū fecisti? Et tertius venit: ⁊ adorauit eū dicens Dixit autem huic. Tu vnde venis? Et respondit. In illa ciuitate fui. et dum ibi fierent nuptie excitaui lites: et multas effusiones sanguinis feci. insuper et ipm sponsum occidi: et veni nunciare tibi. et dixit in quantis diebus hoc fecisti? Et respondit decem. Iussit autem et hunc flagellari: tanꝗ moras fecerit. Venit autem et quartus demon adorare eum: et dixit ei. Unde venis? Qui respondit. In heremo eram. ecce quadraginta anni sunt ꝙ impugnaui monachum quendā et vix nocte ista preualui: vt facereȝ eum fornicari: Quod diabolus audiēs. surrexit et osculatus est eum: et tollens coronam quam ipse habebat: ⁊ posuit in capite illius: et fecit eum in vna sede consedere secum dicens. Magnam rem fortiter egisti. Hoc ego cum audissem et vidissem: dixi intra meipsum Uere magnus est ordo monachorum. Et egressus sum et factus sum monachus Dicebant de quodam patre. quia secularis fuisset et postea conuersus: et de concupiscentia vxoris sue frequenter stimularetur: et narrabat hoc patribus.

Qui cũ vidissent ꝙ operari⁹ esset: ⁊ maiora faceret q̃ ei dicebant: iponebant ei taꝫ multa: vt debilitaretur corpus eius ita vt nec surgere posset. Deo autē dispensante: venit quidaꝫ pater vt applicaret in scithi. Et cũ venisset ad cellã eius: vidit eã apertã: ⁊ pertransiuit admirans quomodo nemo egressus esset in occursũ ei⁹. Et reuersus stabat dicens. Ne forte frater qui ĩ ea habitat infirmetur. Et cũ pulsasset intrauit: ⁊ inuenit eũ nimiũ infirmuꝫ Et dixit ei. Quid habes pater? Et narrauit ei dicēs Ego de seculari vita sũ ⁊ sollicitat me mō inimicus in vxore mea: ⁊ narraui patribus ⁊ imposuerunt mihi conuersationis onera diuersa. ⁊ cũ obedienter iplere vellē ⁊ ecce defeci: ⁊ tamē stimulus crescit. Audiēs hoc senex: contristatus est ⁊ dixit ei. Equidē patres vt potentes viri: bene tibi iposuerunt onera quibus graueris: sed si me paruulũ audis: iacta hec a te ⁊ sume parũ cibi in tēpore suo: ⁊ recolligens vires tuas fac aliquantulũ operis dei: ⁊ iacta in domino cogitatũ tuũ: quoniã tuo labore hãc rem non poteris superare. Corpus eni nostrũ velut vestimentũ est: si illud diligenter tractaueris stat. si autē neglexeris illō putrescit. Qui cũ audisset eũ: fecit ita: ⁊ intra paucos dies recessit stimulus ab eo

Monachus quidam solitarius antiquus ⁊ in conuersatione proficiens sedebat in monte in partibus antinoii. sicut audiuimus a notis monachis: cui⁹ verbis ⁊ actu multi proficiebant. Et cũ talis esset: excitatus ē diabolus ad inuidiã ꝯtra eũ: sicut ⁊ ꝯtra oēs viros virtutũ: imisitq; in aniaꝫ eius cogitationē talem. vt ei qui in tali cõuersatiōe esset: nō deberet seruiri ab alio aut ministerium exhiberi: sꝫ magis ipsum debere aliis ministrare. Qꝫ si aliis non exhiberet ministeriũ: saltem sibiipsi finiret dicens. Uende ergo ĩ ciuitate sportellas q̃s facis: ⁊ eme tibi que opus sunt ⁊ reuertere ad locum tuũ: ⁊ nulli sis onerosus. Hoc aũt suggerebat ei diabolus: inuidens quieti eius: ⁊ opportune vacatiōi eius ad dominum ⁊ vtilitati multoꝝ. Undiq; eni inimicus venari eum ⁊ capere festinabat. Ille vero tanq̃ bone cogitatõni acquiescēs descendit de monasterio suo. Et qa erat omnibus admirandus. ignorans tamē huiusmodi isidias astutie: notus ỽo ⁊ famosus omnibus a qbus videbat̃ existens. cũ post longuꝫ tēpus mulierē vidisset: pro ĩcautela sua supplantatus est: ⁊ incurrit in eam. Et veniēs in desertũ sequēte diabolo vestigia eius: cecidit iuxta flumen: ⁊ cogitans qꝛ inimicus gauisus ē de ruina ei⁹ voluit seipsum desperare: maxime quia spiritum domini contristauerit: ⁊ sanctos angelos: ⁊ venerabiles patres: quoꝝ multi etiam in ciuitatibus habitantes superauerunt diabolum. Et cum nulli horum se similē facere posset: cõtristabatur valde: ⁊ non recordabatur: quia deus est qui virtutem tribuit his qui ad eum deuotissime cõuertuntur. Peccatus vero ⁊ nō videns peccati sui curam: voluit se in flumen illud iactare: vt perfectum gaudiuꝫ faceret inimico: ⁊ ex multo animi dolore infirmatus est corpore: ⁊ nisi postea misericors deus auxilium prestitisset ei: ad perfectum gaudium inimici sine penitentia moreretur. Nouissime autem in se reuersus cogitauit maiorem laborem in afflictione penitentie demonstrare: ⁊ supplicare deo ĩ fletu ⁊ luctu: ⁊ ita rediit iterum ad monasterium suum. Et damnans ostium cellule sue: sicut solet super mortuum: ita flebat supplicans deo. Ieiunans autem ⁊ vigilans cum omni anxietate: extenuauit corpus suum: ⁊ nec sic satisfactum putabat in animo suo: ꝙ congrue penituisset. Fratribus autem ad euꝫ sepius venientibus vtilitatis causa: ⁊ pulsantibus ostium: ipse dicebat non posse se aperire: dicendo. sacramento me constrinxi: vnum annum deuote me penitentiam agere: sed orate pro me. Nec enim inueniebat quomodo eis se excusaret: quoniam illi scandalizabantur: hec audientes de eo: quia erat apud illos honorabilis et magnus valde monachus: sed fecit totum annum intente ieiunans: et deuote penitentiam agens. Die autem pasche: ipse

nocte resurrectiōis dominice: tollēs lucernaȝ nouaȝ ⁊ reficiens eā: posuit in cacabo nouo. ⁊ cooperiēs cooperculo: surrexit ad orationeȝ dicens. Misericors ⁊ miserator deus: qui ⁊ barbaros saluare vis. ⁊ ad veritatis tue agnitionē venire: ad te confugi fidelissimū saluatoreȝ: miserere mihi: quia te plurimū exacerbaui ⁊ inimicū gaudere feci: ⁊ ecce mortuus sū obediens ei. Tu domine ⁊ impijs. ⁊ his qui sunt sine misericordia misereris. sed ⁊ proximis misericordiā impendi precipis: misere humilitati mee: apud te eniȝ nihil impossibile est quoniaȝ secus infernū. dissipata est sicut puluis anima mea. Fac misericordiaȝ: quia benignus es ⁊ misericors figmento tuo: qui ⁊ corpora que nō sunt: in die resurrectionis suscitaturus es. Exaudi me domine quia defecit spiritus meus: ⁊ infelix anima mea thabefacta est: etiaȝ ⁊ corpus meuȝ quod coinquinaui. ⁊ iaȝ viuere non valeo: pro eo q non credidi. Ignosce peccatū per penitentiaȝ: duplex habēs peccatuȝ ex desperatione. Viuifica me cōtrituȝ: ⁊ igne tuo precipe hanc lucernaȝ accendi. vt ⁊ ego accipiens fiduciaȝ misericordie ⁊ indulgētie tue residuo tempore vite mee: qđ mihi donaueris mandata tua custodiaȝ: ⁊ a timore tuo non recedaȝ: sed deuote seruiaȝ tibi omnibus diebus vite mee: ⁊ hec in nocte ipsa resurrectionis cuȝ multis lachrymis dicens: surrexit vt videret si accensa esset lucerna. Et detecto cacabo: vidit q non esset accensa. ⁊ cecidit iteruȝ in facieȝ suaȝ: rogans deuȝ ⁊ dicens: Scio domine quia certamen factuȝ est vt coronarer ⁊ non in pedibus steti. eligens propter carnis delectationeȝ tormentis impioruȝ addici. Parce mihi domine. ecce enim iteruȝ confiteor tue bonitati turpitudineȝ meam coraȝ angelis tuis: ⁊ coraȝ iustis omnibus: ⁊ nisi quia scandalizari possent. omnibus etiam hominibus confiterer. Deus meus misere mei. vt ⁊ alios erudiaȝ domine viuifica me. Et ita tribus vicibus orans exauditus est: ⁊ surgens inuenit lucernaȝ ardenteȝ clare: ⁊ exultans confortatus est in spe: admirabaturque de dei gratia qui ita ⁊ de peccatis eius indulsit: ⁊ satisfecit iuxta petitioneȝ eius: ⁊ animuȝ ipsius: ⁊ dicebat. Gratias tibi ago domine quia etiā vite seculi huius mihi indigno misertus es in magno ⁊ nouo signo hoc peccatoribus fiduciaȝ tribuens. Parcis eni ⁊ misereris animabus quas creasti. Ita aūt perseuerante eo in confessione. illuxit dies ⁊ letabatur in domino oblitus cibi corporalis. Ignē aūt lucerne illius toto tēpore vite sue seruauit. oleū sub inde infundens: ⁊ faciēs desuper quomodo minus extingueretur. Et ita rursus diuinus spiritus habitauit in eo. ⁊ fact⁹ est apud omnes insignis humilitateȝ exhibens in confessione: ⁊ actione gratiarū domino cuȝ leticia. Cui etiaȝ ante aliquot dies mortis sue: reuelatū est de trāsitu suo.

Explicit liber contra fornicationeȝ. Incipit liber q mōach⁹ nihil debet possidere

nis: manducans de cetero omnia que apposita sunt ei. Didicit etiã ipse in secreto operari: et dixit seni. Pro certo in caritate sunt opera vestra. Dixit abbas Zenon: discipulus abbatis siluani. Nunq̃ maneas in loco nominato: neq3 sedeas cũ hoie habẽte magnũ nomẽ: neq3 mittas fundamẽtũ vt edifices tibi cellã aliquãdo. Uenit aliquãdo frater quidã ad abbatẽ theodorũ de firme: et fecit tres dies rogans eũ: vt audiret ab eo sermonẽ. Ille autẽ non respondit ei: et egressus est tristis. Dixit ergo discipulus suus. Abba quare ei non es locutus? Ecce egressus est tristis. Et dixit ei senex. Crede mihi: propterea nõ dicebã ei sermonẽ: quia negociator est: et in alienis verbis vult gloriari. Alius frater interrogauit eũdem senẽ: videlicet abbatem theodorum: et cepit loqui et exquirere de reb⁹: que necdũ fuerat operatus. Et dixit ei senex. Adhuc tibi: nec nauẽ inuenisti: nec vasa tua in ea posuisti nec nauigare cepisti: et iam i illã ciuitatẽ vbi disponebas peruenisti? Cum ergo prius operatus fueris rem de qua loq̃ris tũc ex ipa reloq̃re. Dixit abbas Cassian⁹. Quidam venit fr̃ qdã ad abbatẽ Serapionẽ: et hortabat eũ senex: vt f̃m morẽ orationẽ faceret. Ille aũt dicens se peccatorẽ et ipso habitu monachi indignũ: non acquiescebat. Uoluit autẽ etiã pedes eius lauare. et hisdẽ verbis iter̃ vsus nullatenus acquieuit. Fecit autẽ illũ gustare: et cepit senex in caritate monere eum dicens. Fili si vis proficere permane in cella tua: et attẽde tibiipsi: et operi manuũ tuarũ: non enim tantũ procedere expedit: quantu3 sedere. Ille aute3 hec audiens exacerbatus est et vultũ mutauit: ita vt nec latere posset senẽ. Dixit ergo ei abbas Serapion. Usq3 modo dicebas peccator sum: et accusabas teipsu3 tanq̃ indignũ iã viuere: et nunc quia te cũ caritate admonui: ita exacerbari debuisti? Si eni3 vis reuera humilis esse: que tibi ab alio iponuntur. Disce portare viriliter: et non odiosa verba effundere tibiipsi in malum. Hec autem audiens frater: penitentiam gessit coram sene: et multũ proficiens discessit. Audiuit aliquando iudex p̃uincie de abbate Moyse: et perrexit in scithi vt videret eum. Et nunciauerunt quidam seni de aduentu iudicis: et surrexit vt fugeret in paludem. Et occurrit ei ille iudex cum suis: et interrogauit eum dicens. Dic nobis senex vbi ẽ cella abbatis Moysi. Et dixit eis quid vultis eum querere? Homo fatuus est: et hereticus. Et veniẽs iudex ad eccliã dixit clericis. Ego audiẽs de abbate Moyse: veni vt viderẽ eum: et ecce occurrit nobis senex pergẽs i egyptũ et iterrogauim⁹ eũ vbi esset cella abbatis moysi: et dixit nobis. Quid eũ q̃ritis. Fatu⁹ est et heretic⁹. Audiẽtes aũt clerici: contristati sunt dicẽtes. Qualis erat senex ille: q hec de scõ hoie locut⁹ est ad vos. At illi dixerũt. Senex vestimẽto vetustissimo vtẽs lõg⁹ et niger. Et illi dixerũt. Ipe est abbas Moyses: et qz noluit videri a vobis: ideo vobis hoc de se dixit. Et multũ edificatus iudex: discessit. Frater iterrogauit abbatẽ mathoen dicens. Si abiero manere in aliquo loco: quõ vis vt agã ibi? Dixit ei senex. Si habitaueris in loco: ne velis tibi illic nomẽ facere de aliqua re dicẽdo: aut nõ venio i cõuẽtu fratrũ: aut nõ mãducabo hoc vel illud. Hoc enim nomẽ vanũ tibi faciũt: postea iportunitatẽ patieris: quonia3 hoies vbi hec audierũt: ibi currẽt. Abbas nesteron maior ambulabat i heremo cum aliquo fratre: et vidẽtes draconẽ: fugerũt. Et dixit ei frater: et tu times pater? Et respõdit senex non timeo fili: s3 expedit quia draconẽ vidẽs fugi: qm̃ nõ habui effugere spm̃ vane glorie. Uenit aliquãdo iudex p̃uĩcie: videre abbatẽ pastorem: et nõ acquiescebat senex. Iudex autem tenuit filiu3 sororis eius velut malefactorem: et redegit eum i carcerem dicẽs. Si venerit senex et rogauerit pro eo: dimittã eu3: et venit mater pueri ad fratrem suũ abbate3 pastorẽ et cepit plorare ad ostium eius. Ille aute3 omnino nõ dedit ei respõsum. Illa autem compulsa dolore: icrepabat eum: dicens. Et si viscera ferrea habes: et nulla te compassio mouet: flectat te saltem miseratio.

sanguinis tui. Ille vero mandauit ei. Pastor filios nō genuit: ideo non dolet. Audiens aūt hec iudex: promisit dicēs. Uel verbo iubeat: ꝛ ego eū dimittā. Senex aūt remādauit dicēs: Examina causā ſm legē. ꝛ si dign⁹ ē morte: moriat. si aūt nō ē fac quomodo vis. Dixit idē abbas pastor: doce cor tuū ſuare: quod doceat alios ligua tua. Dixit iterū. Quia homines ad loquēdū perfecti videri volūt: ꝛ in operādo id quod loquūt: minores sūt. Uenit aliquādo abbas adelfi⁹: q fuit epus. nylopolcos ad abbatē sysoi ī mōtē. Discessurus vero erat: ꝛ fecit eū gustare a mane. Erat aūt ieiuniū. Et cū ponerēt mēsā: ecce fratres pulsauerunt. Dixit aūt senex discipulo suo. Da eis modicas pultes: quia de labore sunt. Et dixit ei abbas adelfius. Dimitte interī. ne dicant abbas sysois a mane comedit. Et itēdit eū senex: ꝛ dixit fratri. Uade tu ꝛ da eis. Cū ergo vidissent pultes: dixerūt ne peregrinos aliquos habetis? Putas ꝛ senex vobiscū comedet? Et dixit frater. Etiā. ceperunt ergo cōtristari: ꝛ dicere. Ignoscat vobis deus. quia senem ista hora permisistis māducare. An nescitis: quia plurimos dies laborat⁹ ñ ē? Audiēs hec epus: cepit corā sene penitētiā agere: dicens. Ignosce mihi abba q: ego qdē humanū aliqd cogitaui: tu aūt quod dei ē fecisti. Et dixit ei abbas sysois. Nisi de⁹ glorificauerit hoīē: gloria hominum nunꝙ stat. Interrogabat abbas amonas de loco qui dicit raythu abbatem sysoi dicens. Quādo lego scripturas: tūc vult cogitatio mea ornare ſmonē: vt paratus sim ad interrogata rñdere. Et dicit ei senex. Non est opus: sed magis de puritate mentis prouide tibi securitatē: ꝛ dicēdi ſmonem. Uenit aliquādo iudex prouincie videre abbatē symeonē. ꝛ ille tulit lorum quo cingebatur: ꝛ ascendit in arborē palme ut purgaret eam. Illi autē venientes: dixerunt ei. Ubi est senex q hic in solitudine habitat? Et ille respondit: Non est hic solitarius aliquis. Et cum hoc dixisset iudex discessit. Alia iterū vice alter iudex venit videre eum: ꝛ precedētes clerici dixerunt. Abba paratus esto quia iudex audiens de te: venit vt benedicatur a te. Et ille dixit. Etiā ego preparabo me. Et cooperiēs se sacco: ꝛ tollens in manu sua panem ꝛ caseum: sedit in ingressu celle sue: ꝛ cepit manducare. Uenit ergo iudex cum officio suo videntes eum: spreuerunt eum dicentes. Hic est monachus solitarius. de quo talia audiebamus? Et statim discesserūt: ꝛ reuersi sunt ad se. Dixit sancta sincletice. Sicut thesaurus maīfestus cito expēdit: ita ꝛ virtus quelibet cū īnotuerit vel publicata fuerit: exterminabit. Sicut ergo cera exoluit a facie ignis: ita ꝛ aīa laudibus inanitur ꝛ amittit virtutis rigorem. Dixit iterum. Sicut impossibile est vno eodēq; tēpore ꝛ herbam esse ꝛ semen: ita īpossibile est: vt secularē gloriā habentes: celestē faciāt fructū. Aliquādo ī cellis festiuitate celebrata: edebāt fratres ī ecclesia. Erat āt ibi frater qdā q dixit ministris. Ego nō māduco coctū aliqđ. sed tm̄ sal. Et vocauit minister aliū fratrē corā multitudine dicēs. Ille frater nō comedit coctū affer ei sal. Tūc surrexit qdā senū: ꝛ dixit ei. Expedierat tibi hodie ī cella tua comedere carnes: ꝙ audiri hāc vocē corā tātis frībus. Frat qda abstinēs a cibis ꝛ nō māducās panē: venit ad quēdā senē: Oportune aūt illic etiā alii superuenerāt peregrini: ꝛ fecit senex modicū pulmētū propter eos. Et cū sedissent māducare: frater ille abstinēs posuit sibi soli cicer īfusū ꝛ māducabat. Et cū surrexisset a mēsa: tulit eū senex secrete ꝛ dixit ei. Frater si venis ad aliquē: nō ostēdas illi ɔuersationē tuā. Si aūt ɔuersationē tuā tenere vis: sede ī cella tua et nusꝙ exeas. Ille aūt acqescēs verbis senis: fcūs est cōmunis vite: ī eo qđcūq; apud fratres īuenisset. Dixit qdā senex: humana ꝓuidētia oēs pinguedinē hoīs amputat: ꝛ reddit eū siccū. Dixit senex. Aut fugiēs fuge homines: aut irridens mundum ꝛ homines q in mundo sunt stultum temetipsū in pluribus facito. Finit liber de eo ꝙ ꝑ ostēsionem nihil fieri debeat. Incipit liber de eo: ꝙ non oportet iudicare quenꝙ.

Ontigit aliquando fratri in cõgregatione abbatis helie tẽptatio. ⁊ expulsus inde: abijt in montem ad abbatem antonium. Et cum mansisset aliquanto tempore apud eum: remisit eum in congregationem vnde exierat. Illi autem videntes eum iterum expulerunt Qui similiter perrexit ad abbatez antonium dicens: Noluerunt me suscipere pater. misit ergo senex ad eos dicens. Nauis naufragiuz pertulit in pelago: ⁊ perdidit onus qd̕ portabat: ⁊ cuz labore vacua nauis perducta est ad terraz: Uos ergo liberatã naui ĩ terra vultis submergere. Illi aũt cognoscẽtes. quia abbas Antonius eũ remisisset: stati receperunt eũ. Quidaz frater peccauerat: ⁊ iussit eũ presbyter exire de ecclesia. Surrexit aũt abbas bysarion ⁊ exiuit cuz eo dicens. Et ego peccator sũ. Uenit abbas Isaac de thebaida in congregatione fratrũ ⁊ vidit quendaz culpabilez de fratribꝰ: ⁊ adiudicauit eũ. Cũ aũt exisset ad heremũ: venit angelus dñi ⁊ stetit ante ostiũ celle eiꝰ dicẽs: nõ te dimitto intrare. Ille autẽ rogauit dicens. Que est causa? Et respõdit angelus domini dicẽs Deꝰ me misit vt dicerez tibi. vbi iubes vt mittã fratrẽ illũ culpabilẽ quẽ adduxisti? Et stati abbas Isaac penitẽtiã egit dicẽs. peccaui ignosce mihi. Et dixit ei angelus. Surge ignoscit tibi deꝰ: sed custodi decetero ne adiudices quẽq̃ priusq̃ deus adiudicet eũ. Frater quidã aliquãdo ĩ scithi iuẽtꝰ est culpabilis: ⁊ fecerũt seniores conuẽtũ ⁊ miserũt ad abbatẽ Moysẽ vt veniret. Ille aũt noluit venire. Misit aũt ad eũ presbyter dicens Ueni quia plebs fratrũ te expectat. Et ille surgẽs venit. Tollẽs aũt secũ sportã vetustissimã: ĩpleuit eã harena ⁊ portauit. Illi aũt: exierũt obuiaz ei dicẽtes. quid hoc est pater? dixit aũt eis Peccata mea sũt post me currẽtia ⁊ non video ea. Et veni ego hodie aliẽa iudicare peccata. Illi aũt audiẽtes: nihil locuti sunt fratri: sed ignouerũt ei. Interrogauit abbas Joseph abbatẽ pastorẽ, dicẽs: dic mihi abba. quomodo monachꝰ fiaz? Et dixit ei senex. Si vis requiẽ ĩuenire ĩ hoc seculo ⁊ ĩ futuro. ĩ oĩ causa dic. qs sũ ego: ⁊ ne iudices quẽq̃. Frater qdã ĩterrogauit eũ itez dicẽs. Si videro culpã frĩs mei: bonũ ẽ celare eũ? ⁊ dixit ei senex. quacũq̃ hora tegimꝰ culpã fratris nostri. teget etiã deus nostrã: ⁊ quacũque hora prodiderimꝰ culpas fratrũ: ⁊ deꝰ similiter nostras prodet. Offẽdit aliquãdo frater ĩ congregatione. Erat aũt ĩ ipsis locis solitariꝰ quidã: q iã lõgo tẽpore foras nõ exibat. Ueniẽs aũt abbas d̕ cõgregatione illa ad eũ: ĩdicauit ei de fratre illo q offẽderat. Et ille dixit. Expellite eũ. Expulsus aũt frater de cõgregatione: misit se ĩ fossatũ: ⁊ flebat ibi. Cõtigit aũt vt alii fratres eũtes ad abbatẽ pastorẽ: audirẽt eũ ĩ fossato plorãtẽ. qui descẽdẽtes ad eũ: ĩuenerũt eũ ĩ magno dolore cõstitutũ. Et rogauerũt eũ vt iret ad senẽ illũ solitariũ: ⁊ nõ acquieuit dicens. ĩ loco hĩ moriar ego. Ueniẽtes aũt fratres ad abbatẽ pastorẽ narrauerũt ei de eo. Et rogauit eos vt irent ad eũ dicẽtes: Abbas pastor vocat te ad se. quod cũ dixisset: p̱rexit ad euz Et vidẽs eũ senex afflictũ: surrexit ⁊ osculatꝰ ẽ eũ ⁊ aggaudẽs ei: rogabat vt sumeret cibũ. Misit aũt abbas pastor vnuz de fratribus suis ad illũ solitariũ: dicens. Audiẽs de te: multi anni sunt q̄ te videre desidero: ⁊ pro pigritia nostra amborum: non potuimus nos inuicez videre. Modo enĩ deo volente. ⁊ occasione facta: fatiga te vsque. huc vt nos mutuo videre possimus. erat enĩ non egrediẽs de cella sua. q cũ audisset: dicebat. Nisi deus inspirasset seni illi de me: non misisset ad me. Et surgens venit ad eum. ⁊ salutãtes se inuicez cũ gaudio sederunt. dixit autez ei abbas pastor. duo homines erãt in loco vno ⁊ ambo habebãt mortuos suos. Reliqt autẽ vnus mortuũ suũ: ⁊ abiit plorare mortuũ alteriꝰ. Audiens autem senex: compunctus in sermone eius recordatus est quod fecerat: ⁊ dixit ei Pastor sursuz in celo: ego autez deorsũ in terra. Frater quidam interrogauit abbatez pastorez dicens. Quid fac o qz pusilla

nimis fio dū sedeo in cella? Dicit ei senex: Nullū spernas neq₃ condemnes: ꝛ nulli obloquaris. ꝛ deus prestabit tibi requiē: ꝛ erit sessio tua sine perturbatione. Factus est aliquando conuentus in scithi: ꝛ loquebantur fratres de quodā fratre culpabili. Abbas aūt pyor tacebat. Postea aūt surgens egressus est: ꝛ tollens saccuz ꝛ impleuit illū harena. ꝛ portauit eū in humeris suis: ꝛ mittens in sportella modica de eadem harena: portabat etiā ipsaz in ante. Interrogatus aūt a patribus quid hoc esset: respōdit. Saccus iste qui multā harenā habet: mea peccata sunt: ꝛ quoniā multa sunt posui ei supra dorsuz meū: ne doleā ꝑ ipis ꝛ plorē. Ista aūt harena modica: peccata sunt istius fratris: ꝛ sunt ante faciē meā: ꝛ i ipsis exerceor iudicās fratrē meū: Qđ nō oportet ita fieri: sed magis mea peccata ante me esse: ꝛ de ipsis cogitare: ꝛ rogare deū vt ignoscat mihi. Audiētes aūt patres dixerūt. Uere hec est via salutis. Dixit senex. Nō iudices fornicatorē si tu castus es: quoniā similiter legē preuaricaris. Etenī qui dixit nō forniceris: dixit nō iudices. Ad quēdā solitariū venit presbyter cuiusdā basilice: vt ɔsecraret ei oblationē ad cōmunicādū. Ueniēs aūt quidā ad illū solitariū: accusauit apud ipsuz eundē presbytez. Qui cū ex cōsuetudine iterū venisset ad eū: vt cōsecraret oblationē scādalizatus ille solitarius nō aperuit ei. Presbyter hoc viso discessit. Et ecce vox facta est ad solitarium dicens. Tulerūt sibi homines iuditiū meuz. Et factus est velut in excessu mētis: ꝛ videbat q̄si puteū aureū: ꝛ aquā bonā valde. Uidebat aūt ꝛ quēdā leprosuz hauriētē ꝛ refūdētē i vas: ꝛ cupiebat bibere ꝛ nō bibebat: ꝑpter qđ leprosus esset ille q hauriebat: Et ecce iterū vox facta ē ad eū dicēs. Cur nō bibis ex aqua hac? Quā causā habet q implet? Haurit eni solūmodo ꝛ refudit i vas: ꝛ nō iquinat ab eo aqua. In se aūt reuersus solitari⁹: ꝛ cōsiderās virtutē visionis: vocauit p̄sbytez ꝛ fecit eū sicut ꝛ pri⁹ scificare sibi oblationē. Fuerunt duo fratres magne vite in ɔgregatōe ꝛ meruerūt singuli videre gratiā dei i alterutro. Factū ē aūt: vt aliquādo vn⁹ ex eis egrederet i sexta feria extra ɔgregationē: ꝛ videret quēdā māducātez mane: ꝛ dixit ei. Hac hora māducas i sexta feria? Die aūt sequēti: facta est celebratio missaꝝ secūdū ɔsuetudinē. Intuēs ꝯo frater ei⁹: vidit grāz q̄ ei data fuerat discessisse ab eo: ꝛ ɔtristat⁹ est. Qui cū venisset in cellā: dicit ei. Quid fecisti frater: qꝛ nō vidi sicut pridē grāz dei i te? Ille aūt respōdēs dixit. Ego neq₃ i actu neq₃ i cogitatiōibus mihi ɔscius suz: alicui⁹ mali. Dixit ei frater ei⁹: Ne aliquod verbū aut ſmonē ociosuz locut⁹ es? Et recordat⁹ dixit. Etiā hesterna eniz die vidi quēdā māducātē: ꝛ dixi ei. Hac hora māducas in sexta feria hoc est pctm̄ meū: sꝫ laborā mecū duas hebdomadas: ꝛ rogem⁹ deū: vt mihi idulgeat. Et fecerūt ita. Et p⁹ duas hebdomadas: vidit frater grāz dei: iterū veniētē sup fratrē illū ꝛ ɔsolati sūt d eo: q solus bon⁹ ē: grās referētes. Explicit liber đ eo ꝙ nō oportet iudicare quēq₃. Incipit liber đ discretōe

Dixit abbas antoni⁹

Quia sunt quidam ɔterentes corpora sua in abstinentia ꝛ quia nō habēt discretionē: lōge facti sunt a deo. Fratres qdā venerūt ad abbatē antoniū. ꝛ nūciauerūt ei fātasias quas viderāt. vt cognoscerēt ab eo vtrū vera essent: an a demonib⁹ illuderētur. Habebāt aūt asinū secum: ꝛ mortuus est eis i via. Cū ergo venissent ad senē: preuenit eos dicēs. Quomodo mortuus est asin⁹ ille i via? Dicūt ei. vnde scis pater? Et ille dixit. Demones mihi ostēderūt. Dicūt ei. Et nos ꝑpterea venimus interrogare te: qꝛ vidimus fantasias: ꝛ plerūq₃ fiūt i veritate: ne forte erremus. Et satisfecit eis senex sumpto exēplo de asino ostendens qꝛ a demonibus sint ista. Superuenit autem quidam venationem faciens in silua agrestium animaliū: ꝛ viderat abbatem antonium gaudentem cū fratribus ꝛ displicuerat ei. Uolens autem senex ostēdere: quia oporteret aliquando condescen

dere fratribus. dixit ei. Pone sagittam in
arcu tuo et trahe: et fecit sic. Et dixit ei. Ite
rum trahe. Et traxit. Et rursus dixit. Tra/
he adhuc. Dicit ei venator. Si supra modū
traxero: frangitur arc⁹. Dicit ei abbas an/
toni⁹. Ita est et in opere dei: si plus a men/
sura tendim⁹ fratres cito deficiunt. Expe
dit ergo in vna et eadem re. laxare rigorem
eorum. Hec audiens venator cōpūct⁹ est: et
multū proficiens in ſmone senis discessit:
et fratres confirmati reuersi sunt ad locum
suum. Frater quidam dixit abbati antonio
Ora pro me. Et respondit ei senex. Nec
ego tui misereor nec deus: nisi tu pro te ipso
sollicitus fueris. et poposceris a deo. Dixit
iterum abbas antonius. Quia non permit/
tit deus bella excitari in generatione hac.
quoniam scit quia infirmi sunt: et portare nō
possūt. Dixit aliquando abbas euagrius
abbati arsenio. Quomodo nos ex tāta eru
ditione et scientia nullas virtutes habem⁹.
hi autem rustici in egypto cōuersantes. tan
tas virtutes possident: Respondit ei ab/
bas arseni⁹. Nos quia mundane eruditio/
nis disciplinis intenti sumus nihil habem⁹.
hi autem rustici egyptii ex propriis labori/
bus acquisierunt virtutes. Dicebat beate
memorie beatus arsenius peregrinus mo
nachus in aliena prouincia habitans nul/
lis rebus se mediū faciat et quietus erit. In
terrogauit abbas marcus abbatem arseni
um dicens. Bonum est nō habere aliquā i
cella ɔsolatoꝝ. vidi.n. quedā frēz hñtē puū
ollus in cella et eradicabat illud. Et dixit
abbas arsenius: Bonū quidē ē: sed secūdū
exercitationem hoīs cuiusque agēdum est.
Etenim si nō habuerit virtutem huiusmo/
di tolerare: iterū plātaturus est ea. Narra
uit abbas petrus q fuit discipulus abbatis
loth dicēs. Eram aliquādo i cella abbatis
agathonis. et venit qdā frater ad eum dicēs.
Uolo habitare cū fratrib⁹: sz dic mihi quo
modo habitem cū eis. dicit ei abbas. Sicut
i prima die quādo igressus fueris ad eos.
ita custodi pegrinationē tuā oib⁹ dieb⁹ vi
te tue: nec assumas fiduciā. dicit ei abbas
machari⁹ Quid enī fiducia facit: dicit ei
senex. Sic ē sicut est⁹ grādis q quādo exar
sit. omnes fugiūt a facie ei⁹: qz est⁹ etiā ar/
borū fruct⁹ corrūpit. dicit ei abbas macha
ri⁹: Sic mala ē fiducia: Respondit abbas
agathō. Nō ē peior altera passio ꝙ̄ fiducia
genitrix enī est omniū passionū. Conuenit
ergo operario mōacho nō sumere fiduciam
vel si solus i cella sit. dicebat abbas dani/
el. Quia cū moritur⁹ esset abbas Arseni⁹
delegauit nobis dicēs. Uidete ne velitis
pro me agapē facere: quoniā si feci ego ꝓ
meipso: id iuenio. dicebāt de abbate aga/
thone. Quia abierūt qdā ad eū audientes
qz magne discretionis vir esset. et volentes
eū ꝓbare si irascere͡t. dicunt ei. Tu es ab/
bas agathō. Audiuim⁹ de te quia fornica/
tor es et sup͞b⁹. Et ille respōdit. Etiā sic est.
Et dicūt ei. Tu es agathō verbosus et de/
tractor: Et respōdit. ego sū. dicūt ei iterum
Tu es agathō heretic⁹: Et respōdit. Non
sū hereticus. Et iterrogauerūt eū dicētes
dic nobis cur tāta dicētib⁹ nobis i iniuria
tua patiēter tulisti. Nūc autem ſmonē qz
dixim⁹ hereticus es: nō sustinuisti: Et re/
spondens dixit eis. Illa prima mihi ascribo
Utilitas enī anime mee est: ꝙ autem dixi/
stis hereticū me esse non acquieui: qz sepa
ratio est a deo: et nō opto separari a deo. Il
li aūt audiētes admirati sūt discretionem
ei⁹: et edificati discesserūt. Interrogat⁹ idē
abbas agathō. an esset maior labor corpo
ris: aut custodia iterioris hoīs dixit. Nō si
milis ē arbori. Corporalis igit' labor: velut
folia arboris custodit: iterioris āt custodia
hoīs fruct⁹ ē. Qm̄ ḡ sz ꝙ scriptū ē: oīs ar/
bor ñ faciēs fructū bonū excidet: et in ignē
mittet' oportet ꝓpē fructū nr̄m oēz i nob sol
licitudinē eē: hē mētis habere custodiam
Op⁹ tñ habem⁹ etiā tegumēto et ornatu fo
lioꝝ q ē corpalis labor. Erat āt abbas aga
thō sapiēs ad itelligēdū et ipiger ad laborā
dū et sufficiēs i oib⁹. itēt⁹ etiā et assidu⁹ ad
laborē manuū: parc⁹ i cibo atq; vestimēto:
Idē abbas agathō cum fact⁹ fuisset ouēt⁹
pro quadam causa i scitbi. et fuisset ipa cau

sa ordinata:postea venit τ dicit eis. Nō bñ
ordinastis causaȝ. Illi āt dixerūt ei. Tu q̄s
es qui ista loqueris. Et ille respōdit fili⁹ ho
minis. Scriptū est eni. si vere vtiq̧ iustiti
aȝ loquimini: iuste iudicate filij hominuȝ.
Dixit abbas agathō: Iracūdus si mortuos
suscitet: nō placet deo propter iracūdiam
suaȝ. Uenerūt aliquando tres senes ad ab
bateȝ achilleȝ. τ vnus ex eis habebat opi/
nioneȝ malaȝ. Dicit aūt ei vn⁹ de senibus.
Abba fac mihi vnaȝ sagenaȝ ad piscandū
Et ille dixit ei. Non faciaȝ. Et alius dixit
ei. Fac nobis vt habeam⁹ memoriā tui in
monasterio nostro. Et ille respondit. Non
mihi vacat. Dicit ei tertius ille qui habe/
bat malaȝ opinioneȝ. Mihi fac sagenam:
vt habeaȝ de manibus tuis benedictioneȝ
abba. Et ille statiȝ respondit ei. Ego tibi fa
ciaȝ. Dixerūt aūt ei secrete. duo priores se/
nes quibus non acquieuit. Quomodo sic
quia nobis rogantib⁹ noluisti facere. τ hu
ic dixisti: ego tibi facio. Respōdit eis senex
Uobis ideo dixi non faciaȝ. quia nec mihi
vacat. τ vos non contristabimini. huic aūt
si non fecero: dicturus est. quia de opinio/
ne mea que mala est audiuit senex: τ ideo
non voluit facere sagenaȝ: τ statiȝ incideba
mus funeȝ ad sedanduȝ animū eius: ne tri
stitia absorberet̄ huiusmodi. Dicebant de
quodaȝ sene: quia fecerat quinquaginta
annos. neq̧ paneȝ comedens. neque faci/
le aquaȝ bibens. Et dicebat. Quia extin/
xi fornicationeȝ τ auaritiaȝ τ vanaȝ gloriā
Audiēs aūt abbas Abrahā q̄ hec dixissȝ
venit ad eū τ dixit ei. Tu dixisti hūc ser/
monem? Et ille respondit. etiā. Et dixit ei
abbas abraham. ecce intras in cellā tuaȝ
τ inuenis super mattā tuā mulierē. putas
te nō cogitare quia mulier ē? Et dixit. nō
sȝ expugno cogitatōnem meā vt non tan
gā illā mulierē. Dixit iteꝝ abbas abrahaȝ
Ecce igit̄ non interfecisti fornicatōem q̄
viuit passio ipa: sed alligata est. Iteꝝ. Si
ambulas i via τ vides lapides τ testas va
soꝝ τ in ipsis iacēs auꝝ. putas te illud ve
lut lapides reputare? Et respondit. ñ. sed
resisto cogitatōi mee: ne colligā illud. Ite
rū dixit ei abbas abraham. Si audieris
de duobus fratribus. q̄ vnus diligit te τ
bona de te loquit̄. alius āt odit te τ detra/
hit tibi. τ venerūt ābo ad te. nūqd vtrosq̧
equaliter suscipis. Et dixit. Nō: sed extor
queo mihi: vt similiter benefaciā ei q me
odit. sicut τ illi q me diligit. Et dixit ei ab/
bas Abraham. Uiuūt ergo passiones: sȝ
tm̄modo a sanctis viris quodāmō religāt̄
Narrauit qdā patrū q̄ senex aliquis erat
in cella studiose laborās: τ vestiebat̄ mat
ta. Qui cum perrexisset ad abbatē ammo
nem vidit eum abbas ammonas vtenteȝ
matta: τ dixit ei Hoc tibi nihil prodest. Et
dixit ei ille senex. Tres cogitatōnes mihi
moleste sunt. vna que me cōpellit vt alicu
bi in heremo recedam. alia vt peregrina
petam. vbi me nemo cognoscat. tertia vt
includam me in cella. vt nullum videam:
τ post biduo comedam. dixit ei abbas am
monas. nihil tibi ex his tribus expedit fa/
cere: sed magis sede in cella tua τ comede
parum quottidie: habens semper i corde
tuo publicani illius. qui in euangelio legi
tur: ſmonem: τ ita poteris saluus esse. Di
cebat abbas daniel. quia quantum cor/
pus viruerit: tantū anima siccatur. τ quā
tum corpus fuerit siccatum: tantum aīa
virescit. dixit iterum abbas daniel. quia
quantum corpus fouetur: tantum anima
siccatur. Et quantum corpus siccatum
fuerit: tm̄ aīa fouet̄. Narrauit iteꝝ abbas
daniel. Quia qñ erat i scithi abbas arseni⁹
erat ibi monach⁹ qdā rapiēs ea q̄ habebāt
senes: abbas aūt arseni⁹ volēs eū lucrari:
τ senib⁹ qetē pstare: tulit eū i cellā suā: τ di
xit ei. Quicqd op⁹ habes ego tibi dabo: tm̄
nō rapias. Et dedit ei auꝝ τ nūmos τ re/
scellas τ omne quod in expensu suo habe/
bat dedit ei. Ille autem iterum rapiebat:
Senes vero videntes quia nō quiesceret:
expulerunt eū dicentes. Quia si inuenit̄
frater habens infirmitatē corporis aliquā
oportet sustinere eū. si aūt furatur τ ad/
monitus nō quiescit: expellite eū: quoniaȝ
aīe sue detrimentū facit: τ oēs in eo loco
habitātes conturbantur. Uenit in ini/

tio conuersationis sue abbas euagrius ad quedã senẽ: ꝛ dixit ei. Dic mihi abba ꝑmonẽ quõ saluus fiã: Ille autẽ dixit ei. Si vis saluari. quãdo ad aliquẽ vadis nõ pri⁹ loq̃ris: añq̃ ille de te inquirat. Euagri⁹ aũt cõpũct⁹ in hoc ꝑmone pniã egit in conspectu senis ꝛ satisfecit ei dicẽs. Crede mihi. codices multos legi ꝛ talẽ eruditionẽ nũq̃ inueni. Et multũ proficiens exiuit. Dixit abbas euagri⁹. Mentẽ errantẽ ꝛ nutantẽ solidat lectio ꝛ vigilie ꝛ oratio: ocupiã vero feruentẽ madefacit esuries. ꝛ labor ꝛ sollicitudo: iracũdiã aũt perturbatam reprimit psalmodia ꝛ longanimitas ꝛ miſicordia: sȝ hec oportunis tẽporib⁹ ꝛ mẽsuris adhibita Si aũt iportune ꝛ sine mẽsura fiũt: ad paruũ tẽpus proficiunt: que aũt parui tẽporis sunt noxia magis q̃ vtilia erũt. Traseũte aliquãdo abbate effrẽ. vna prostituta ex imissione cuiusdã: cepit ei blandiri. cupiens eũ si posset ad turpẽ cõmixtionẽ illicere vl' si hoc non posset: saltẽ ad iracundiã prouocaret: q̃m nũq̃ vidit eũ quisq̃ irascẽtẽ vel litigãtẽ. Ipe aũt dixit ad eã. Sequere me Cũ venisset aũt in locũ populorũ: dicit ei. Ueni huc. ꝛ sicut voluisti: cõmisceor tecũ. Illa aũt vidẽs multitudinẽ: dixit ei. Quõ possum⁹ hoc hic facere tanta multitudine astãte cõfũdimur eni: Ille aũt dixit ei. Si hoĩes erubescis: quantomagis erubescere ðbes deũ. qui reuelat occulta tenebrarũ: Illa aũt ɔfusa ꝛ confutata: recessit absque opere voluntatis sue. Uenerũt aliq̃n ad abbatẽ zenonẽ quidã fratres ꝛ interrogauerunt eũ dicẽtes. Quid est quod scriptũ ẽ in libro iob: nec celũ mundũ esse in conspectu dei: respõdit aũt senex dicẽs. Reliquerũt fratres peccata sua: ꝛ celestia scrutant. Hec ẽ aũt iterpretatio ꝑmonis: quez requisistis vt q̃m solus de⁹ ẽ mundus: dictũ sit neq̃ celũ mundũ esse in conspectu eius. Dixit abbas theodorus de firme. Si habes amicitias cũ aliquo. ꝛ cõtingit eũ temptatiõnẽ fornicatiõis incurrere si potes da ei manũ ꝛ trahe illũ sursũ. si autem errorẽ aliquem fidei icurrit. ꝛ nõ tibi acquiescit reuerti: cito icide amicitias ei⁹ abs-te: ne forte remorans trahari s cũ eo in ꝓfundũ. Uenit aliquãdo memorat⁹ abbas theodorus ad abbatẽ Iohannẽ. q erat eunuchus ex natiuitate. ꝛ cũ loquerent. dixit abbas theodorus. Quando erã i scithi opus anime erat opus nostrũ. opus autez manuũ: tanq̃ in transitu habebam⁹: nunc autẽ factũ ẽ opus anime velut in transitu opus. venit aliq̃n quidã patrũ ad eundem patrẽ theodorũ: ꝛ dixit ei. Ecce quidã frater reuersus est ad seculũ. Et dixit ei abbas theodorus. In hoc nõ mireris: si autẽ audieris q̃m preualuit quis effugere de ore inimici: hoc admirare. Dixit memoratus abbas theodorus. Multi elegerunt i hoc seculo temporalem quietem: anteq̃ dominus eis prestaret requiẽ. Dicebãt de abbate Ioanne breuis stature: q: dixerit aliquando fratri suo maiori. Uolo esse securus sicut angeli sunt securi nihil operantes: sed sine intermissione seruientes deo. Et spolians se eo quo erat idutus: abiit i heremũ. Et facta ibi hebdomada vna reuersus est ad fratrem suũ. Et dũ pulsasset ostiũ respondit ei anteq̃ aperiret dicens. Quis es tu: Et ille dixit. ego suz Ioãnes. Et respõdens frater eius: dixit ei. Ioãnes angelus factus est: ꝛ vltra inter hoĩes nõ est. Ille aũt pulsabat dicens Ego sum. Et nõ aperuit ei: sed dimisit euz affligi. Postea vero aperiens dixit ei: Si homo es: opus habes itez operari vt viuas: si autẽ angelus es: quid queris intrare cellã. Et ille penitentiã agens dixit ei. Ignosce mihi frater quia peccaui. Uenerunt aliquãdo senes quidã i scithi: eratq̃ cũ eis abbas Ioãnes gnanus: Et dum comederent surrexit quidam presbyter vir magnus vt daret per singulos vasculum paruũ aque ad bibendum: ꝛ nemo acquieuit accipere ab eo nisi solus Ioannes breuis. Admirati sunt autem ceteri ꝛ dixerunt ei. Quomodo tu cum sis omnium minor: presumpsisti ministerio vti viri senis ꝛ magni. Et dixit eis. Ego quando surgo dare aquam gaudeo si omnes biberint: vt mercedem acq̃rã. Nũc igitur ꝓpterea ego suscepi: vt faci

am eum qui surrexit inuenire mercedem ne forte etiam contristetur nullo suscipiente ab eo. Hec cum dixisset. admirati sunt omnes de discretione eius. Interrogauit aliquando abbas pastor abbatē Joseph dicens. Quid faciam. qn̄ appropinquant mihi alique tēptationes? Resistā illis an permittā intrare? Dixit ei senex. dimitte intrare & pugna cū eis. Reuertens ergo i scithi sedebat. Et contigit vt veniens quidam a thebaida in scithi: narraret fratribus interrogasse se abbatem ioseph. quando appropinquat mihi tēptatio resistā ei an permittam intrare: & dixerit ei omnino non permittas temptationē i te: sed statim ab scide eam. Audiens aūt abbas pastor qꝫ sic dixerit huic. q venerat a thebayda abbas ioseph: surgens iterū abiit in paneso ad abbatem ioseph. Et dixit ei. Abba ego tibi cōmisi cogitatiōes meas: & tu aliter dixisti mihi aliter aūt fratri de thebaida. Et dixit ei senex. Scis quia diligo te. Et respondit. etiā. Et ait. Nōne tu dixisti mihi: vt sicut mihipi: ita tibi dicerē qd sentirem. Eteni si intrauerint tēptatiōes & dederis eis locū atqꝫ acceperis eas: probatiorē te faciunt. Ego aūt velut mihipi: sic & tibi locutus sum. Sunt aūt alii qbus nec appropinquare expedit passiones: sꝫ statim debent abscidere eas. Item dixit abbas pastor. Ueni aliquando in eracleos iferiorē ad abbatē ioseph: & habebat i monasterio suo arborē siccomorū pulchrā nimis & dicebat mihi a mane. vade collige tibi & mā duca. Erat aūt sexta feria. Ego autē non comedi propter ieiuniū. Et iterrogaui eū dicēs. Dic mihi propter dominū deum rationē huius rei qua dicebas mihi. vade & manduca. Ego quidē propter ieiuniū non abii: sed erubescā quia mandatū tuū non fecerā: cogitans quia sine ratiōe mihi hec non preceperas. Ille autē respondit. Patres seniores non loquunt ab initio fratribus recta: sed magis distorta. Etsi viderit qꝫ ea que distorta sunt: faciūt iā eis nō loquunt nisi quod expedit: agnoscētes quoniā in omnibus obediētes sunt. Frater interrogauit abbatē ioseph dicēs. Quid faciā: qꝫ nec molestiā ferre possū nec laborare: & dare elemosinā? Et dixit ei senex. Si nō potes horū aliquid facere. vel serua ꝯscientiā purā ab omni malo ꝓximi tui: & ita saluus eris: deus eni aīam sine peccato querit. dixit abbas Isaac thebeus fratribus suis. Pueros non adducatis huc: qꝛ ꝓpter pueros in scithi quattuor ecclesie heremus facte sunt. interrogauit aliquādo abbas lōginus abbatē luciū: dicēs. habeo tres cogitatōes. vnā vt ad pegrina vadā Et respōdit ei senex. Si non tenueris linguam tuā. vbicūqꝫ prexeris nō eris peregrinus. sed refrena linguā tuā: & eris hic peregrinus. Et dixit abbas longinus. Alia cogitatio mea ē. vt ieiunē biduanas leuando. Et respōdit ei abbas lucius. esaias ꝓpheta dicit: Si curuaueris velut circulū ceruicē tuā. nec sic erit acceptū ieiuniū tuū: sꝫ magis cōtine mētē tuā a cogitatōibus malis Et dixit abbas lōginus. Tertiū ē dispositū meū. vt declinē hoīum aspectus. Et respōdit ei abbas lucius. Nisi prius correxeris vitā tuā inter alios ꝯuersādo: necqꝫ solus habitās corrigere te preualebis. dixit abbas machariꝰ. si recordamur malorū q̄ nobis inferunt ab hoibus āputamus mēti nostre virtutē recordādi dn̄i. si autē recordamur malorū q̄ demones excitant erimus imperforabiles. dicebat abbas mathois: nec sathanas scit qua passione aīa seducat: & ideo seminat quidē in ea zizania sua: sed metere nescit. Seminat interdū semina fornicationū. aliqn̄ detractionū & ceterarū similiter passionū & i quā passiones aīam viderit declinare: hanc ei ministrat: Nā si sciret ad quod ꝓcliuis ē aīa: nō ei diuersa ac varia seminaret. Narrauerūt de abbate natherio. q fuit discipulus abbatis siluani. qꝛ cū sederet i cella sua in mōte syna: mediocriter gubernabat vitā suā i his que erāt necessaria corpori. quādo aūt factus ē epūs in pharan: multū coartabat animū suū in duritia ꝯtinētie. Et dixit ei discipulus suus. Abba qn̄ eramus in heremo: non te sic cruciabas? & dixit

ei senex: Fili illic solitudo erat ꝛ quies ꝛ paupertas: ꝓpterea volebaȝ gubernare corpusculum meum ne infirmarer ꝛ que rerem quod nō deberem. nūc aūt hic se culuȝ ē: ꝛ ocasiones sunt excidende plurime. etsi infirmitatē incurrero: sunt hic q succurrāt: ne perdā ꝓpositū mōachi. Frater interrogauit abbatē pastorē dicens: Perturbatio mihi fit: ꝛ volo derelinquere locū istū. Et dixit ei senex. Pro q̄ causa? Et ille dixit. Quia audio ṽba; de quodā fratre. q̄ me n̄ edificant. ꝛ dixit ei senex Non sunt vera que audisti Et ille dixit ei. Etiam pater quia verū est. Nā frater qui dixit mihi fidelis est. Respondit ei senex. Non est fidelis qui dixit tibi. nam si esset fidelis: nequaq̄ diceret tibi talia. Deus enī audiens vocē sodomoꝝ non credidit: nisi descenderet ꝛ videret oculis suis. Et ille dixit. Ego vidi oculis meis. Hec audiens senex: respexit in terrā ꝛ tenuit parvam festucā: ꝛ dixit ei. Quid est hoc? Et ille respondit festuca est. iteꝝ intendit senex ad tectū celle ꝛ dixit. Quid est hoc? Et ille respōdit: Trabes ē q̄ portat tectū Et dixit ei senex: Pone ī corde tuo: quia peccata tua sic sunt sicut trabes hec. illius autem fratris de quo loqueris: velut hec parua festuca. Audiēs aūt abbas sysois hunc ſmonē: admiratus ē ꝛ dixit. In quo te beatū faciaȝ abba pastor? Uere enī velut preciosus lapis: ita verba tua gratia ꝛ gloria plena sunt. Uenerunt aliquando regiōis illius presbiteri ad monasteria vicina. in quib⁹ etiā erat ꝛ abbas pastor: ꝛ ītrauit abbas anub: ꝛ dixit ei. Rogemus p̄sbiteros istos hodie: accipere hic in caritate dona dei. ille aūt stans diu non dedit ei responsum. Abbas vero anub cōtristat⁹ exiit. Dixerūt ergo abbati pastori q iuxta eū sedebāt. Quare nō dedisti ei respōsuȝ Et dixit eis abbas pastor. ego causā non habeo. iā enī mortu⁹ suȝ: mortu⁹ nō loqˀ. nō igiˀ reputetis me qꝛ hic vobiscū sū: Abiit qdā frater de monasterio abbatis pastoris ī peregre: ꝛ applicuit ad quedā solitariū. Erat enī habēs illic cū oībus caritatē ꝛ multi veniebant ad eū. nunciauit aūt ei frater ille: q̄dā de abbate pastore. Qui audiens virtutē animi eius: desiderabat eū videre. Cū aūt reuersus fuisset frater ille in egyptū: post aliquantū tēporis surgens predictus solitarius venit ad peregrinandū in egyptū: ad eundē fratrē q prius applicuerat apud ipsum. dixerat eniȝ ei vbi maneret. Uidens aūt eū ille: miratus est ꝛ gauisus valde: dixit aūt ei ille solitarius Ostende caritatē quā habes in me: ꝛ duc me ad abbatē pastorē: ꝛ tollens eū duxit ad senē: ꝛ nunciauit ei de eo dicēs. Quidā magnus homo ꝛ multā caritatē habens ꝛ honorē plurimū in ꝓuincia sua: venit desiderās te videre. Suscepit ergo eū senex cū gratulatione: ꝛ salutātes se inuicē: resederunt. Cepit autē loqui pegrinus ille frater de scripturis sanctis: ꝛ de rebus spiritalib⁹ atq̄ celestibus. abbas aūt pastor auertit faciē suā ꝛ nō dedit ei responsū. Uidēs aūt ille quia nō loquereˀ ei: cōtristat⁹ exiit: ꝛ dixit fratri illi qui euȝ adduxerat: In vanū iter istud assumpsi. Ueni enī ad senē: ꝛ ecce nec loqui mecū dignaˀ. Intrauit autē frater ad abbatē pastorē: ꝛ dixit ei. Abba ꝓpter te venit magn⁹ hic vir habens tantā gloriā in loco suo quare nō es locutus cū eo? Respōdit ei senex. Iste de sursum est. ꝛ de celestibus loquiˀ: ego aūt deorsum sum: ꝛ de terrenis loquor. Si ergo mihi locutus fuisset de passionibus anime. ego vtiq̄ respōderē ei. si aūt de spiritalibus ego hec ignoro. exiens ergo frater dixit illi. Quia nō cito senex ille d̄ scripturis inquirit. sed si qs ei loqˀtur de passiōib⁹ aīe respondet ei. Ille aūt cōpunctus itrauit ad senē: ꝛ dixit ei. Quid faciā abba: qa passiones aīe dominanˀ mei? ꝛ intuitus eū senex: gaudens dixit ei. Modo bene venisti: nunc aperio os meū. ꝛ implebo illud bonis. Ille aūt valde edificat⁹: dicebat. Uere hec est via caritatis. ꝛ gratias agens deo: qa tam sanctū virū videre meruerit: reuersus ē. in regionem suaȝ. Frater quidā interrogauit abbatē pastorē: dicens. Feci peccatū grāde: ꝛ volo triēniū

penitere. Dixit autē abbas pastor. Multū est. Et dixit frater. Jubes ne vnū annū Et dixit iterū senex. Multū est. Qui aūt p̄sentes erāt: dicebāt. Usqz ad quadragita dies? Senex iterū dixit multū est. Et adiecit dicēs. Ego puto qz si ex toto corde homo penituerit ꝛ nō apposuerit facere iterū vnde penitētiā agat: etiā triduanā: penitētiā suscipiat deus. Interrogauit aliquādo eū abbas ammon de imūdis cogitatōib⁹ que ī corde hoīs generātur: ꝛ de vanis desiderijs. Et dixit ei abbas pastor. Nūquid gloriabitur securis sine eo qui icidit ī ipsa? Et tu ergo nō eis porrigas man⁹: ꝛ ociose erūt. Interrogauit eūdē sermonē abbas. Esaias ꝛ dixit ei abbas pastor. Sicut capsa plena vestib⁹. si dimissa fuerit tēpore lōgo: putrefiūt vestes ī ca: ita ꝛ cogitatōes ī corde nostro: si nō fecerim⁹ eas corporaliter: tēpore lōgo exterminabuntur aut putrefiūt. Interrogauit abbas ioseph abbatē pastorē de eadē re. Et dixit abbas pastor. Sicut clausus serpēs vel scorpio ī vase ꝛ obturat⁹: ꝓcedēte tēpore omnino morit: ita maligne cogitatōes q̄ studio demonū pululāt: patiētia ei⁹ cui īmittūtur paulatī deficiūt. Interrogauit iterū abbas ioannes abbatē pastorē dicēs: Quō op⁹ est ieiunare? Et dixit abbas pastor. Ego volo vt quottidie māducās: subide paululū subtrahat sibi ne satiet. Dixit ei abbas ioseph. Ergo quādo eras iuuenis: non ieiunabas biduanas leuādo. Et dixit senex. Crede mihi: qz ꝛ triduanas ꝛ bebdomada: sꝫ hec oīa ꝓbauerūt senes magni ꝛ īuenerūt qz bonū ē quottidie māducare: p singulos dies paꝝ min⁹: ꝛ ostēderūt nobis regularē hāc viā. qr leuior est ꝛ facilis. Dixit abbas pastor. Nō habites ī loco: vbi vides aliquos habētes aduersuꝫ te zelū malū: qz nō ibi ꝓficies. Frater qdā venit ad abbatē pastorē ꝛ dixit ei. Semino agꝝ meū: ꝛ facio ex ipso agapē. Dixit ei senex. Bonū op⁹ facis. Et discessit cū ꝓposito animi: ꝛ adijciebat ad agapem pluſq̄ faciebat: hoc autem audiens abbas anub: dixit abbati pastori. Nō times deuꝫ: qz sic locutus es fratri illi. Et tacuit senex. Post duos aūt dies misit abbas pastor ad fratrē illū ꝛ vocauit eū ad se ꝛ dixit ei audiēte abbate anub. Quid me īterrogasti illa die quādo mens mea alubi erat? Dixit ei frater. Hoc dixi. Quia semino agrū meū: ꝛ d̄ hoc qd̄ colligo: ex ipso facio mihi agapē. Et dixit ei abbas pastor Putaui qz de fratre tuo q̄ laicus est: diceres. Si aūt tu facis hec: nō est hoc op⁹ monachi. Ille aūt audiēs ꝯtristatus est ꝛ dixit Alia opa nō facio nec scio nisi hec: ꝛ nō possum seminare agrū meū. Cū ergo discessisset: cepit abbas anub penitentiam agere apud abbatē pastorē: dicens. Ignosce mihi: dixit ei abbas pastor. Ego ab initio sciebā quia hoc nō est opus monachi: sed secūdū animum eius locutus sū ei. ꝛ excitaui animū eius ad ꝓfectū caritatis. Nūc aūt abijt tristis: ꝛ tamē idipsuꝫ opus facit. Frater quidā īterrogauit abbatē pastorē: dicens: Quid est illud quod scriptū est: q̄ irascitur fratri suo sue causa? Et ille respōdit. Ex omni re qua te grauare voluerit frater tuus: si irasceris aduersus eum. donec oculum tuū dextrum eiicias: ꝛ a te proiicias. sine causa irasceris ei: si autem aliquis voluerit te separare a deo: pro hoc irascere. Dixit abbas pastor. Si peccauerit homo ꝛ negauerit: diceretq̄: non peccaui: non increpes eum: quia frangis propositū animi eius: si autem dixeris ei non contristeris frater: sed obserua te decetero: excitas animum eius ad penitentiam. Dixit iterum qui supra. Bonum est experimentū: etenim per experimentū homines probatiores fiunt. Item dixit qui supra. Si quis docet aliquid: ꝛ non facit quod docet similis est puteo qui omnes ad se venientes satiat: ꝛ omnium diluit sordes: se autē ipsum purgare non potest: sed omni spurcitia ꝛ immunditia plenus est. Dixit iterum idem. Est homo qui se ipsum cognoscit. Dixit iterum. Quia est homo qui videtur ore tacere. cor autem eius cōdemnat alios. Hic ergo sine cessatione loquitur: ꝛ est alius a mane vsqz ad vesperam loquens: ꝛ taciturnitatem tenet. Hoc

aūt ideo dixit: qꝛ nūq̄ sine audiētiū vtilitate locut⁹ est. Itē idē dixit. Quia si sint tres ī vnū ex quib⁹ vnus bene qescat: ali⁹ īfirmeť ꝛ gratias agat: tertius vero ministret eis ex sincera volūtate: hi tres similes sunt velut etiā si vnius sint operis. Itē dixit. Malitia nequaq̄ expellit malitiā. sed si quis tibi male facit: tu bene fac ei vt per bonū opus tuū: destruas malitiā illius. Dixit itē. Qui querelosus est: monachus nō est. Qui malū ꝑ malo reddit. monach⁹ nō est: ꝛ q iracūdus est: monach⁹ nō ē. Frater qdā venit ad abbatem pastorē: ꝛ dixit ei. Multe cogitatōes veniūt ī animū meū ꝛ periclitor ī eis. Et eiecit eū senex sub aere nudo: ꝛ dixit ei. Expāde sinū tuū: ꝛ apprehēde ventos. Et ille respondit. Non possum hoc facere: ꝛ dixit ei senex si hoc nō potes facere: nec cogitationes prohibere poteris ne ītroeāt: sed tuū est resistere eis. Frater qdā īterrogauit eū dicēs: dimissa est mihi hereditas quid faciā ex ea? Dixit ei abbas pastor. Uade. ꝛ post tres dies veni ꝛ dicā tibi. Uenit aūt sicut prefiniuit: ꝛ dixit ei senex. Quid tibi habeo dicere? Si dixero: da eā ecclesie: clerici sibi faciūt cōuiuiū ex ea: si aūt dixero: da eā parētibus tuis: nō est tibi merces: si vo dicā: da pauperib⁹: securus eris. Quicqd ḡ vis: vade ꝛ fac: ego causas non habeo. Dixit itē abbas pastor. Si venerit tibi cogitatio de rebus corpori necessarijs ꝛ delegaueris semel: ꝛ iterū venerit ꝛ delegaueris qd fiat: iā tertio si venerit: nō ītēdas ei: otiosa est enī. Frater qdā dixit abbati pastori. Si videro rē aliquā: vis vt dicā illā? Dixit ei senex. Scriptū est. Qui respōdit verbū antequā audiat: stultitia est illi ꝛ opprobriū. Si ergo īterrogatus fueris: dic: sin alias tace. Dixit itē abbas pastor: qꝛ dixerat abbas ammon. Est homo qui portat toto tpe vite sue securī ꝛ ñ pōt deiicere arborē. Est aūt alter q habet vsū īcidēdi: ꝛ in paucis plagis dīicit arborē. dicebat aūt securī discretionē esse. Itē dixit. Uolūtas hoīs murus eneus est: ꝛ lapis repercutiēs: īter ipm ꝛ deū. Si ergo homo reliquerit hec. dicat ꝛ ipse qđ ī psalmo scriptum est: ꝛ ī deo meo trāsgrediar murū: ꝛ deus meus impolluta via eius. Si enī iusticia subuenerit volūtati: laborat homo. Frater quidā īterrogauit abbatē pastorē: dicens. damnū anime mee patior: qꝛ sum cū abbate meo. Quid ergo iubes? Maneā adhuc apud eū? Et sciebat abbas pastor: quia lederet anima eius ꝑ abbatē suū: ꝛ mirabatur: quare vel īterrogaret eū. si manere deberet cum eo Et dixit ei. Si vis: esto. Et discedēs māsit apud eū. Uenit itē dicēs abbati pastori. Grauo animā meā. Et non dixit ei abbas pastor: discede ab eo. Uenit tertio ꝛ dixit. Crede mihi: iā nō ero cū eo. Et respōdit ei abbas pastor. Ecce modo saluatus es: vade: ꝛ nō sis vltra cū eo. Et subiūxit: Homo qui videt damnū pati animā suā: nō opus habet īterrogare etenī de occultis cogitationibus īterrogat quis: vt seniores ꝓbare possit: de manifestis aūt peccatis nō est opus īterrogare: sed statim abscidere. Interrogauit abrahā qui erat discipulus abbatis agathonis: abbatē pastorē dicēs Quare me demones sic īpugnant? Et dixit ei abbas pastor. Te īpugnāt demōes? Non pugnant nobiscum demones quando volūtates nostras facimus: quia volūtates nostre demones facte sunt: ꝛ he sunt que tribulant nos vt faciamus eas. Si autem vis scire quales sunt. cum quibus demones pugnant: audi cū moyse ꝛ cum similibus eius. Dixit iterum abbas pastor quia frater quidam interrogauit abbatē moysen dicens. Qualis homo mortificat se a proximo suo? Et respondit ei. Nisi posuerit homo in corde suo: quia triennium iam habeat in sepultura: non attingit ad hoc verbum. Frater interrogauit abbatē pastorem dicens. Quomodo oportet monachum sedere in cella? Et dixit ei senex. Sedere ī cella quantum ad id quod in manifesto ē hoc ē: vt faciat opus manuū: ꝛ semel comedat. ꝛ taceat ꝛ mediteť. Occulte vero proficere in cella hoc est: vt portet vnusquisq̄ opprobrium suum in omni loco quocunq̄ perrexerit: ꝛ vt ministerij ho

ras custodiat. et de occultis non negligat. Si aũt contigerit tẽpus vt vacet ab opere manuũ. intret ad ministeriuȝ operis dei: et id sine aliqua cõturbatione consumet. Finis autẽ boꝝ est. vt comitatũ simul conuersantiũ bonoꝝ teneas: et reuoceris a maloꝝ comitatu. Uenerunt aliquãdo duo fratres ad abbatẽ pãbo. et iterrogauit eũ vnus ex eis dicens. Abba ego biduo ieiuno. et duos paximates mãduco. putas saluo animaȝ meã. an seducor? Et cũ plurimũ rogarent eũ. alter dixit. Ego colligo de opere manuũ meaꝝ duas siliquas diurnas. et parũ ex eis retineo ad victũ. aliud aũt expendo i elemosinã: putas saluus ero an seducor Et cũ plurimũ rogarent eũ: ille non respõdit eis. Post quattuor aũt dies cũ discessuri essent: rogabãt eos clerici dicentes. Nolite contristari fratres: deus vobis prestabit mercedẽ: sic enĩ cõsuetudo est senis huius. et non cito loquitur nisi ei deus dederit. qd loquat. intrauerũt ḡ ad senẽ et dixerũt ei. Abba ora ꝓ nobis. Et ille dixit eis ãbulare vultis? Dixerunt etiã. Et intuens eos intra semetipsũ. et accipiens opera eorũ scribebat in terra: et dicebat. Pambo biduo ieiunat. et duos paximates manducat. putas in hoc erit monachus? Nõ. iteꝝ dicebat. Pãbo laborat in die duas siliquas et dat in elemosinas putas in hoc est mõachus? Nec dũ. Et paululũ reticens dixit ad eos. Bonũ quidẽ est qd operaris: sed si custodias conscientiã tuã cũ proximo tuo ita saluaberis. In his ergo sic edificati fratres cũ gaudio discesserunt. Frater quidã iterrogauit abbateȝ pãbo: dicens. Quare me prohibẽt spiritus aliqd bonũ facere proximis? Dixit ei senex. Non sic loquaris. alioquin deũ mendacẽ facies: sed dic magis. oĩno misericordiã nolo facere. Preueniens enĩ deus dixit. dedi vobis potestatẽ calcãdi super ſpẽtes et scorpiones. et super omnem virtutẽ inimici. Cur ergo tu imũdos spiritus nõ conculcas? dixit abbas palladius. Oportet aĩaȝ ſm volũtatẽ christi cõuersãtẽ: et discere fideliter q̃ nescit. et docere manifeste que nouit. Si aũt vtrunq͡ cũ possit non vult: insanie morbo laborat. Initium enĩ recedẽdi a deo fastidiũ doctrine est: et cũ nõ appetit illud qd sẽper anima esurit que diligit deũ. Frater quidã dixit abbati sysoy: Quare non recedunt a me passiones? Et dixit ei senex. Quia vasa earundẽ passionũ intra te sunt: sed da eis pignus suum. et discedunt. Uenit quidã frater ad abbatẽ siluanũ in montẽ syna: et vidit fratres laborantes: et dixit seni. Nolite operari cibũ qui perit: maria enĩ optimã partẽ elegit Et senex discipulo suo. voca zachariã. et mitte fratrẽ istũ in cellã vbi nihil sit. Et cũ facta fuisset hora nona: intendebat ad ostiũ si mitterent et vocarẽt eũ ad manducãdũ. Et cũ nemo loqueretur ei: surgẽs venit ad senẽ. et dixit ei. Abba hodie fratres non comederũt? Et dixit ei senex. Etiaȝ comederũt. Et dixit ei frater. et quare me nõ vocasti? Et respõdit senex. Tu hõ spiritalis es et nõ indiges hoc cibo: nos aũt carnales sumus. et volentes mãducare propterea operamur manibus nostris. Tu vero bonã partẽ elegisti. legẽs tota die: et nolens sumere carnalẽ cibũ. Qui cũ hec audisset: prostrauit se ad penitentiã dicẽs. Ignosce mihi abba. Et dixit ei senex. Puto opus habet oĩno maria marthe: ꝑ marthã enĩ maria laudat̃ dixit sancta syncletice. Qui sensibiles diuitias ꝺ labore et periculis maris colligũt. quãdo multa lucrãtur: tũc plura desiderãt et que habẽt velut nihil reputant: ad ea vero que nec dũ habent omnẽ intentionẽ animi intendunt: nos autẽ et eoꝝ que querenda sunt nihil habemus. et nolumus possidere que necessaria sunt. propter timoreȝ dei. dixit iteruȝ que supra. Est quedaȝ tristitia vtilis: et est tristitia que corrumpit. Tristitia ergo vtilis est: vt pro peccatis nostris ĩgemiscamus. et pro ignorantia proximorũ: et vt nõ cadamus a proposito. vt perfectioneȝ bonitatis attingamus. Hec est species vere tristicie. Est enĩ et aduersarii nostri ad hoc quedã cõiunctio: imittit eniȝ tristiciaȝ sine aliqua ratione. quam tediũ appellauerũt. Oportet ergo taleȝ spirituȝ sepius orando et psallendo magis depelli. dixit iterũ que

supra Est enī extēsa ex imissione diabolis: et dura abstinentia. nam et sequaces eius faciūt hoc. Quando ergo discernimus diuinam et regalē abstinentiā a tyrānica atque diabolica. hec obseruāda sūt: id est vt i omni tēpore conuersationis tue vna regula ieiunii sit tibi. nō subito quattuor aut quinque dies cōtinuos ieiunes. et iterū multitudine ciborum soluas virtutē. hoc enī letificat diabolū. Sēper enī qđ sine mensura ē: corruptibile est. noli ergo subito arma tua expendere ne nudus inuentus in bello. facile capiaris. Arma enī nostra corpus nostrum est. aīa vero nostra miles ē. Utrisque ergo diligentiam presta: vt paratus sis ad id qđ necesse est. Uenerunt aliquādo duo senes magni de partibus pelusij ad abbatissā sarā. Et cū ābularent dicebant adinuicē humiliemus vetulā istam. Et dicunt ei. Uide ne extollatur animus tuus et dicas: quia ecce viri solitarii veniūt ad me que mulier sū. Et dixit eis abbatissa sarra. sexu qdē mulier sū: sed nō aīo. Item dixit abbatissa sara. Si poposcero a dō. vt omnis homines edificentur ex me īuenior ante ianuas singulorū penitētiam agēs: sed magis oro. vt cor meum cum omnibus parū sit. Dixit abbas ipericius. Iste est vere sapiēs. qui facto suo alios docet: nō qui verbis. Uenit aliquando quidam mōachus ab vrbe roma. qui in palatio magnū nomē habuit. et habitabat i scithi i ciuitate ecclesie. Habebat autē secū vnum puerū: qui ministrabat ei. vidēs aūt presbiter ecclesie īfirmitatē eius. et cognoscēs quia de deliciis esset vir ille: ex eo quod ei deus donauit: vel quod ecclesiam intrabat: trāsmittebat ei. Qui cum fecisset viginti et quinque ānos i scithi: factus est vir cōteplator. preuidēs et nominatus. Audiēs autem quidam de magnis mōachis egyptiis opinionem eius venit videre eum: sperās corporalem cōuersationem apud eum plus arduam īueniri. Qui cum itrasset. salutauit eum: et faciētes orationem sederūt. Uidēs autem eū egyptius vestitum mollibus rebus. et mattam de papiro. et pellē stratā sub ipso et modicū capitale de cartica sub capite eius: sed et pedes mūdos habētes cū caligulis. scādalizatus est itra se de eo: quia ī illo loco nō erat cōsuetudo taliter cōuersandi: sed magis duram abstinentiam habere cōsueuerant. Senex autem ille romanus habēs cōtēplationem. siue preuidētie gratiam intellexit. quia scādalizatus fuisset egyptius mōachus in eo: et dixit ministro suo. Fac nobis hodie propter abbatem qui venit: bonam diem. Et coxit parua olera que habebat: et surgentes hora cōpetēti māducabāt: habuit etiam et modicum vini. propter īfirmitatē suam: et illud biberūt. Et cū factum esset vespere: dixerūt duodecim psalmos et dormierūt: similiter aūt et nocte. Surgēs āt mane egyptius. dixit ei. Ora pro me pater. Et egressus est nō edificatus in eo. Et cum paululum discessisset volēs eū senex ille romanus sanare misit post eū et reuocauit ipsū. Qui cum venisset: cum gaudio iterum suscepit eum: et interrogauit eum dicens. Ex qua prouincia es? Et ille dixit. Egyptius sum. Cuius ciuitatis? Et rñdit. Ego oīno nō fui đ ciuitate nec habui aliqñ i ciuitate. Et dixit ei. Antequam monachus esses qd opabaris i possessiōe q̄ mānebas? Et ille rñdit. Custos erā agrorum. Et dixit ei. vbi dormiebas? Rñdit. in agro. Et dixit. habebas aliqđ stratum? Respondit. Ego in agro vbi haberē stramenta in quibus dormirē? Et dixit Quomodo dormiebas? Respondit. In terra nuda. Et dixit. Quid manducabas in agro: aut quale vinū bibebas? Item respondit. Que sūt esce aut qualis potus i agro? Et dixit. quomomo ergo viuebas? respondit. Manducabam panem siccum. et si inueniebam quodcunque de salsamētis. et bibebā aquam. Et dixit senex. Grandis labor. Et dixit. erat ibi vel balneū in possessione vbi lauareris? et ille dixit. Nō. Sed i flumine lauabar: quādo volebā: Cū ergo hec oīa ab eo senex ex respōsione ipsius exegisset. et cognouisset modū prioris vite eius atque laboris: volens eū proficere narrauit ei vitā suā preteritā quā habebat. cum esset secularis dicens. Me miserū quē vides đ magna illa ciuitate romana sū: in palacio habēs maximū locum

apud iperatore. et cum audisset egyptius initia verborum eius compunctus est: et sollicite que dicebantur audiebat. Et ille adiecit Reliqui ergo roma: et veni in solitudinem istam. Et iterum dixit. Me quem vides habui domos magnas. et pecunias multas: et contemnens eas veni in istam paruam cellam. iterum dixit. Me quem vides lectos ex auro vestitos habui. habentes preciosissima stramenta et pro his dedit mihi deus stramentum hoc de papiro. et hanc pellem: Sed et vestes mee inestimabili precio digne erant: pro illis vtor his vilibus rescellis. iterum dixit. in prandio meo multum auri expendebatur. et pro illo dedit mihi deus modica olera hec: et paruulum calicem vini: Erant autem et qui seruiebant mihi plurimi seruii: et ecce pro illis huic vni deus inspirauit vt ministraret mihi. pro balneo autem profundo: modico aqua pedes meos lauo: et calligulis vtor propter infirmitatem meam Et rursum pro calamis et cythara. vel alia musice opera qua delectabar in conuiuiis meis: dico mihi duodecim psalmos in die et duodecim similiter in nocte: sed et pro peccatis meis que ante faciebam. modicam requiem exhibeo: paruum et inutile ministerium deo. Unde rogo te abba vt non scandalizeris propter infirmitatem meam. Et hec audiens egyptius. atque in semetipsum reuersus: dixit Ueh mihi: quia ego de tribulatione et plurimo labore seculi. magis ad repausandum in conuersationem monachi veni: et quod non habebam tunc. modo habeo: tu autem ex multa delectatione seculi voluntate propria in tribulationem venisti: et ex magna gloria atque diuitiis venisti in humilitatem. et hanc paupertatem Ex quo egyptius multum proficiens discessit et factus est ei amicus: et sepe veniebat ad eum sue vtilitatis causa. Erat enim vir discernens. et repletus bono odore spiritus sancti. Dicebat quidam senex. Non necesse est verborum tantum. sunt enim plurima verba in hominibus in tempore hoc: sed opera necessaria sunt. Hoc est enim querere. non verba que non habent fructum: sed opera. Frater aliquis interrogauit quosdam patrum dicens. Si polluitur aliquis quando res sordidas cogitat: Et cum de hoc inquisitio fieret apud eos: aliqui dicebant etiam polluitur. Alii dicebant non. quia si polluitur non possumus saluari nos qui idiote sumus: sed hoc pertinet ad salutem: si ea que cogitamus. corporaliter non fecerimus. Ille autem frater qui interrogauerat non sibi sufficere iudicans variam responsionem patrum: abiit ad senem probatiorem. Et interrogauit eum de hoc. Et respondit senex. Secundum mensuram vniuscuiusque requirit ab eo. Rogauit ergo ille frater senem: dicens. Peto propter dominum absolue mihi verbum hoc. Et dixit ei senex. Ecce forte iacet hic vas aliquod desiderabile. Et adiecit dicens. Etsi intrauerit duo fratres. ex quibus vnus habens mensuras magnas exercitate vite: alter vero paruas. Si ergo cogitatio illius perfecti mota fuerit ad aspectum vasis illius. et dixerit intra se: volebam habere vas illud. et non permanserit in hoc. sed cito absciderit huiusmodi appetitum: non est pollutus. Si vero ille qui necdum ad mensuras maiores attigit concupierit vas illud: et exercitatus fuerit cum cogitatione sua. desiderio compellente. et tamen non tulerit illud: non est inquinatus. Dixit quidam senex Si quis manserit in aliquo: loco et non fecerit fructum loci illius locus ipse expellit eum vtpote qui non fecerit opus loci. Dixit quidam senex. Si quis fecerit rem aliquam voluntatem suam querens non est secundum deum: si id tamen per ignorantiam fecerit. postea oportet eum reuerti ad viam domini. Qui autem voluntatem suam non secundum deum. et neque ab aliis vult audire: sed velut doctum se putat. qui huiusmodi est: vix peruenit ad viam domini. Interrogatus est senex quidam. quid esset quod legitur in euangelio: via angusta est et arta. que ducit ad vitam. Et respondens dixit ei. Angusta et arta via hec est vt cogitationibus suis homo violentiam faciat: et abscidat propter deum voluntates suas: hoc est etiam quod scriptum est de apostolis. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Dixit quidam senex. Sicut ordo monachorum honoratior est secularibus: ita et peregrinus monachus speculum debet esse indigenis monachis per omnem modum. Dixit quidam patrum. si manserit operarius in loco. vbi non sunt operarij

non potest proficere. Hec est enim virtus operarii: certare vt ab opere non minuat. Nā ꝛ piger si manserit cū operario proficit etsi non proficit: non tamē descendit inferius. dixit qdā senex. Quia homo si verbū quidē habeat. opera aūt non habeat: assimilabitur arbori habenti folia. fructum autem non habenti. Sicut enim arbor fructibus plena. etiā foliis viret: ita ꝛ ſmo ɔsequitur hominē q habet opa bona: dixit senex: Quia aliquādo quidā lapsus in graui peccato. ꝛ ɔpunctus ad penitentiā abiit indicare seni cuidā. ꝛ nō dixerat ei qđ fecerat: sed quasi iterrogauit dicens. Si alicui ascēdit cogitatio talis. habet ne salutē? ille vero qꝛ nesciebat discretionē: respōdit ei. pdidisti animā tuā. Ħ audiens frater dixit. Ego si perii: vado ad seculū. Pergens aūt frater ille deliberauit ire. ꝛ indicare cogitatiōes suas abbati siluano. Erat enī hic siluanus magn⁹ discretor. Ueniens ergo ad eū frater. nō dixit ei quod fecerat: sed iterū eo modo quo ꝛ prius seni illi dixerat. hoc ē si ascēderit alicui tales cogitatōes. habet ne salutē? Aperiens aūt abbas siluanus os suum: cepit de scripturis dicere ei. Nō omnino iudiciū ē tantū cogitatōibus de peccato. Audiens aūt frater ꝛ suscipiēs ṽtutē dictoꝝ i aīo sūpta spe. idicauit ei etiā actū suū. Audiens aūt abbas siluanus qđ egerat. tanꝙ bonus medicus posuit cathaplasma anime eius. de diuinis scripturis assūptū: dicēdo eē penitētiā his. qui pro caritate vera cōuertunt ad deū. Post aliquot aūt annos. ɔtigit abbatē memoratū ad illū senē applicare. q ei despatōez fecerat: ꝛ narrauit ei ista. ꝛ dixit. Ecce frater ille. q de responso tuo desperauerat ꝛ ad seculū redibat: velut stella splēdida ē in medio fratrū. Hec autē ideo rettuli: vt sciam⁹ quale periculū sit. qn̄ aliquis siue in cogitatōe siue i actu aliquod idicat peccatū his q discernere nesciūt. dixit quidā senex: nō quia itrāt cogitaōes male ɔdemnamur ex eis sed si male vtimur cogitatōib⁹. Fit enī vt p cogitatōes naufragiū patimur: ꝛ iteꝝ de cogitatōib⁹ coronemur. dixit qdā senex ꝛ. nō des ꝛ nō accipies cū secularib⁹ hominib⁹ ꝛ nō habeas noticiā cū muliere nec habeas diu fiduciā cū puero. Frater qdā īterogauit senē dicēs. Quid faciā qꝛ mlte cogitatiōes sollicitāt me. ꝛ nescio quō repugnē eis? dixit senex. non repugnes ɔtra oēs ſ; contra vnā. Omnes enim cogitatōes monachoꝝ: vnū habent caput. necessariū ergo est cōsiderare. que ꝛ qualis sit. ꝛ aduersus illā reniti: ita enī ꝛ residue cogitatiōes humiliantur. Aduersus malas cogitationes dixit quidā senex. Obsecro fratres vt sicut ɔpressim⁹ act⁹ malos: ɔprimam⁹ etiā cogitatōes malas. dixit iteꝝ quidā senex. Qui vult heremū inhabitare: debet esse doctor. vt non doceri egeat: ne detrimentū sustineat. Interrogatu est senex a quodā fratre dicēte. Quomodo inuenio deū: vtrū in ieiuniis. vel laborib⁹ vel ī vigiliis. aut in mīsericordia? Et respondit. in his que enumerasti: ꝛ in discretōe. dico eī tibi. qꝛ multi afflixerūt carnez suā: ꝛ quia sine discretōe hoc faciebāt. abierūt vacui nihil habētes. Os nostrū p ieiunio fetet: scripturas omnes didicim⁹. ex corde dauid consumauim⁹. ꝛ quod de⁹ requirit: n̄ habem⁹. silicet caritatē ꝛ humilitatē. Frater interrogauit senē dicens. Abba ecce ego rogo senes. ꝛ dicūt mihi de salute aīe mee. ꝛ nihil retineo ex verbis eoꝝ. Quid autē interrogo eos nihil proficiens. cum totus sim in immunditia? Erant autē ibi duo vasa vacua: ꝛ dixit ei senex. Uade ꝛ affer vnū ex vasis istis. ꝛ mitte ī eo oleuz ꝛ accende intus stupā: ꝛ refunde oleum. ꝛ pone vas in locū suū. Et fecit sic. ꝛ dixit ei. Fac iterum sic. Et cū fecisset hoc sepi⁹ dixit ei senex. Affer modo vtraque vasa. ꝛ vide quod eoꝝ mundius sit. Et respondit. illud in quo oleū misi. Cui senex dixit Sic ē ꝛ anima de his que īterrogat. Quis eniz nihil retineat eoꝝ que audit: tamen plus ipsa mundatur. ꝙ illa que omnino nec interrogat queꝙ. Frater quidam sedebat in cella sua quiescens. ꝛ volebāt demōes seducere eū sub specie angeloꝝ

Excitabāt enim eū vt iret ad collectam: et lumē ostendebant ei. Jlle autem venit ad quēdā senē: et dixit ei. Abba veniūt angeli cū lumine et excitāt me ad collectā: et lumē ostēdūt mihi. Et dixit ei senex. Nō audias eos fili quoniā demones sunt: sed quādo veniūt excitare te. tu dic. Ego quando volo: surgo: vos aūt nō audio. Accipiens aūt frater preceptū senis: reuersus est ad cellā suā: et sequēti nocte iterū demones secūdū cōsuetudinē veniētes: excitabāt eum. Jlle vero sicut preceptū sibi fuerat: respōdebat eis dicens. Ego quādo volo surgo vos aūt nō audio. Et illi dixerūt ei. Malus senex ille falsator seduxit te: ad quē frater venit. volēs mutuare pecuniā et cū haberet. mētitus est dicēs: se nō habere: et nō dedit ei. Ex hoc ergo cognosce: quia falsator est. Frater ergo surgēs diluculo venit ad senē: et nunciauit ei hec ipsa: Senex vero dixit. Verū est qr habebā: et qr frater venit querēs mutuare et nō dedi ei: sed sciebā qr si darē ei. damnū anime sue faceret. Cogitaui ergo potiꝰ vnū mādatū preterire: quā decē preuaricari: ex quibus ī tribulationem venire potuissemus pro illo: si a me pecuniā accepisset. Tu aūt demones q te seducere volūt: nō audias: Et multū cōfortatus de verbis senis: abiit ī cellā suā. Venerūt aliquādo tres fratres ad quēdā senē in scithi: et vnus ex his īterrogauit eum dicēs. Abba: cōmēdaui vetus et nouum testamētū memorie. Et respōdēs senex dixit. Replesti verbis aerē. Et secūdus īterrogauit eū dicēs. Vetus et nouū testamētum ego scripsi p meipsum. Dixit aūt et huic. Et tu replesti fenestras de cartis. Et tertius dixit. Mihi ī foculari herbe ascēderunt. Et respōdens senex dixit ei. Et tu expulisti a te hospitalitatē. Narrauerūt quidā patrū de quodā sene magno: quia si veniebat aliqs īterrogare eū sermonē: ille cū magna fiducia dicebat. Ecce ego suscipio personā dei et sedeo ī sede iudicii. Quid ergo vis vt faciā tibi? Si dixeris mihi miserere mei: dicet tibi deus: si vis vt miserear tui. miserere et tu fratribus tuis: et ego misereor tui. Si aūt vis vt ignoscā tibi: ignosce et tu pximo tuo. Nūquid a deo est causa? Absit. Sed ī nobis est si voluerimus saluari. Dicebāt de quodā sene ī cellis: qui erat magnus laborator: et semel cum faceret opus suū: ɔtigit aliū quēdā sanctū virū venire ad cellā eius: et audiuit eū deforis litigātē cū suis cogitationibus: et dicētē. Usquequo propter vnū verbū omnia illa ammitto? Jlle aūt foris stās. putabat quia cum alio aliquo litigaret: et pulsauit vt ītraret: et pacificaret eos. Jngrediēs aūt et vidēs: quia nemo alius erat ītro: habēs etiā fiduciam apud senē: dixit ei. Cū quo litigabas abba Et ille respōdit. Cū cogitationibus meis. quia quatuordecim libros memorie cōmēdaui: et vnū verbū modicū audiui foris: et cū venissem facere opus dei: omnia illa pdebā: et hoc solū quod foris audierā: venit ī memoriā meā: ī hora ministerii mei: et ppterea litigabā cū cogitationibus meis. Fratres quidā de cōgregatione venerūt in heremū: et applicuerunt ad quendā heremitā: et suscepit eos cū gaudio. Et sicut est cōsuetudo heremitis. vidēns eos de labore esse: posuit mensam extra horā: et quod habuit in cella apposuit eis: et repausauit eos. Et cū factū esset sero. Dixerunt duodecim psalmos: similiter et in nocte. Cū aūt senex euigilasset: audiuit eos inter se dicētes. Quia solitarii isti plus repausant ī heremo. quā nos in cōgregatione. Mane aūt cum ambulaturi essent ad alium vicinum eius: dixit eis. Salutate eum ex me. et dicite ei. Obserua et noli irrigare olera. Jlle autem cum hoc audisset: ītellexit verbū: et tenuit eos vsque ad vesperum laborantes ieiunos. Cum autem sero factum esset fecit prolixius opus dei: et postea dixit. Cessemus modice propter vos: quia de labore estis. Et dixit iterum. Nos quidē quottidie non solemus manducare: sed ppter vos gustemus modicum. Et apposuit eis panem siccum et sal: et dixit. Ecce propter vos solennitatem habemus hodie: Et misit parum aceti illis in sal: et surgentes ceperunt psallere vsque mane. Et dixit eis. p

pter vos nō possum⁹ iplere regulā nostrā sȝ modice pausate qꝛ peregrini estis. Mane aūt facto volebāt fugere. Jlle aūt rogabat eos dicēs. Manete apud nos aliquā tulū tpis: sin alias: vel ꝓpter mādatū tres dies ƀȝ ꝯsuetudinē heremi facite nobiscū Jlli aūt vidētes qꝛ nō relaxaret eos: fugerūt occulte. Frater qdā iterrogauit quēdā patꝝ dicēs. Si ꝯtigerit me somno grauari: ꝛ trāsierit hora ministerij mei. anima mea pꝛe verecūdia nō vult iplere op⁹ suū Et dixit senex. Si te cōtigerit vsq₃ mane dormire: qn̄ euigilas surge: ꝛ claude ostiū ꝛ fenestras tuas. ꝛ fac opus tuū. Scriptū est eniȝ. Tuus est dies: ꝛ tua est nox. Jn oī eniȝ tēpore glorificatur deus. Dicebat aliqs senex Quia est homo comedēs mltū ꝛ adhuc esuriēs. ꝛ est alter homo qui parū comedit ꝛ satiatur: maiorē tamē mercedē habet ille qui plus comedit ꝛ esuriēs permanet. illo qui paꝝ comedit ꝛ satiatur. Dixit quidam senex. Si contigerit inter te et alium sermo aliquis tristis: et negauerit ille dicens: non dixi sermonem hunc: nō certes cum eo vt dicas tu dixisti: quia exacerbabitur. vt dicat tibi. etiā dixi. Frater aliquis interrogauit senem quendam dicens. Soror mea pauper est: si do ei elemosynam: nonne est sicut vna de pauperib⁹? Et dixit senex. Non. Dixit autem frater. Quare abba? Et respondit senex. Quia carnalis sanguis trahit te modicum. Dixit quidam senex. Quia oportet monachum neq₃ auditorem esse obtrectantium neq₃ obtectare. neqȝ scandalizari. Dixit quidam senex. Non omnia que dicuntur placeant tibi. neqȝ omni sermoni consentias. Tardius crede: ꝛ quod verum est citius dic. Dixit quidam senex. si ascenderit verbum in cor fratris sedentis in cella: et reuoluens illud ī animo: nō potuerit ad mensuram verbi pertingere: neqȝ tractus fuerit a deo: assistūt demones: ꝛ ostendunt ei de verbo illo quod ipsi volunt. Dicebant quidā senum. Quando congregabamur ī initio adinuicem ꝛ loquebamur aliquid: quod vtile erat animabus nostris: efficiebamur seorsuȝ ꝛ seorsum: ꝛ ascendebamus ī celū: nūc aūt quādo cōgregamur ī obtrectationibus occupamur ꝛ alterutꝝ trahimus in profundū. Dixit alter quidā senū. Siquidē interior homo noster sobrie agit: potest etiā exteriorē custodire: si vero non est ita: qua possumus virtute cu stodiamus linguā nostrā. Jtē dixit qui supra. Opus spiritale necessariū est: quia in hoc venimus: magnus eniȝ labor est ore dicere. qđ nō fit ope corporali. Alter quidā fratrū dixit. Quia oportet omnino hoīeȝ habere itra cellā opus qđ laboret. si enim in ope dei occupat̄: venit ad eū diabolus de die ī diē: sȝ nō iuenit locū īquo maneat: Si aūt rursuȝ dominādo ei inimicus ī captiuitatē redegerit eū. venit iteꝝ spūs dei frequēter: sed si nos ei nō facimus locū ꝓpter maliciā nostrā discedit. Descēderūt aliquādo monachi de egypto ī scithi: vt viderent seniores loci illius. Et cū vidissent eos extenuatos fame. pꝛe nimia abstinentia ipatienter comedere: scandalizati sunt in eis. Hoc aūt presbyter agnoscēs voluit sanare eos ꝛ ita dimitti: ꝛ pdicauit ī ecclesia dicēs. Jeiunate: ꝛ extēdite abstinētiā vestrā fratres. Uolebāt aūt egypti q illuc venerāt discedere: ꝛ retinuit eos. Cū autē ieiunassent primo apporiati sunt. Fecerūt aūt eos ieiunare biduo ꝯtinuato. Jn scithi aūt habitātes ieiunauerūt hebdomada. Et facto sabbato māducauerūt egyptij cū senibus. Turbātibus aūt se ad māducandum egyptiis: vnus de senibus tenuit manus eoꝝ dicēs. Cū disciplina manducate: quō monachi. Unus vero ex egyptiis repulit manus eius dicens. Dimitte me quia morior: tota hebdomada nihil coctum comedēs. Et dixit ei senex. Si ergo vos bidui īteruallo non māducantes impatienter tulistis: quare scādalizati estis in fratribus q semper eo ordine hebdomada leuando abstinentiam seruant. Jlli auteȝ penitentiaȝ coram eis egerunt: ꝛ edificati in abstinentia eorum abierunt cum gaudio. Frater quidam renuncians seculo ꝛ accipiens habitum monachi: statim reclusit se dicens.

Uollo esse solitari⁹. Audiētes autē vicini seniores venerūt τ eiecerūt eū τ fecerūt eum circuire cellas fratrū. τ penitētiā corā singulis agere τ dicere. Ignoscite mihi. quia nō sū solitari⁹: sed adhuc initiū monachi nup assumpsi. Dixerūt qdā senes. Si videris iuuenē volūtate sua ascēdentē in celū. tene pedē eius τ ꝓiice eum in terraꝫ qꝛ nō ita expedit ei. Frat̄ dixit seni cuidaꝫ magno. Abba: volebā īuenire senē iuxta volūtatē meā. τ morari cū ipo. Et dixit ei senex. bene queris dn̄e me⁹. ille aūt affirmabat huiusmōi esse desideriū suū: non intelligens qd̄ locutus est senex ille. Sꝫ cuꝫ videret eū senex existimātē qd̄ bene sentiret: dixit ei. Ergo si inuenis senē secūdum voluntatē tuā vis manere cū illo? Et ille dixit. Etiā omnino hoc volo: si inuenio cū ꝑm meā voluntatē. Dixit ei senex. Non vt tu seq̄ris voluntatē senis illi⁹. sed vt ille voluntatē tuā sequat̄: τ ita in eo repauses Sensit āt frater ille qd̄ dicebat: τ surgēs prostrauit se ad penitētiā dicēs. Ignosce mihi pater. quia valde gloriabar. estimās me bene dicere: cū nihil tenereꝫ. Duo fratres carnales renunciauerūt secl'o: quoꝝ vnus qui etate minor erat. primus cepat cōuersari. Et cū venisset ad eos quidā patrum. τ applicuisset apud eos. posuerunt peluim: τ venit qui minor etate erat vt lauaret pedes senis. Senex autē tenēs manus eius remouit eū: τ cū qui maior erat etate: fecit īplere opus: qd̄ p̄rimi ī monasterio facere ꝯsueuerāt. Dixerūt aūt astantes fratres. Abba ille minor ī ꝯgregatiōe primus est. Respondēs eis senex. Ego tollo ꝑmatū minoris: τ trado ei q etate p̄cedit. Dixit quidā senex. Prophete cōscripserūt libros. patres aūt nostri venerūt post eos τ operati sunt in eis plurima. τ iteꝝ successores illoꝝ commēdauerūt eos memorie. Uenit auteꝫ generatio hec que nunc est: τ scripsit eos in cartis atqꝫ membranis: et posuit in fenestris ociosis. Dicebat quidā senex. Quia cuculla qua vtimur signū est innocentie: subarmale quo humeros et ceruicem alligamus. signū est crucis: zona autē qua cingimur signū est fortitudinis: Conuersemur ergo iuxta id quod habitus noster significat: quia omnia cum desiderio facientes: nunq̄ deficiemus. Explicit liber de discretione. Incipit liber de eo. Quod oportet sobrie viuere.

FRater quidam rogauit abbatē Arseniū: vt audiret ab eo sermonē: Dixit aūt ei senex. Quātacūqꝫ tibi virtus est: conare vt iterius op⁹ tuū ꝑm deum sit: τ vincat exterioris hoīs passiones. Dicebat iteruꝫ. Si querimus deū apparebit nobis: τ si tenebimus eum manebit nobiscum. Dixit abbas agathon. Nō debet monachus permittere cōscientie sue: vt accuset eum in quacunque re. Cuꝫ auteꝫ moriturus erat memoratus abbas agathon: tres dies mansit imobilis apertos tenens oculos. Pulsauerunt aūt euꝫ fratres dicentes. Abba vbi es? Et ille respondit. In conspectu diuini iudicii assisto. Dicunt ei. Et tu times? Et ille respōdit. Interiꝫ laboraui virtute qua potui in custodiendis mandatis dei: sed homo sum τ nescio vtrum placuerint opera mea coram deo. Dicunt ei fratres. Et non confidis in operibus tuis. quia secundum deuꝫ sunt? Et dixit senex. Non presumo nisi venero ante deum. Aliter enim sunt iudicia dei: τ aliter hominum: Cum auteꝫ vellent adhuc interrogare eum alium sermonem dicit eis. Ostendite caritatem. τ nolite mecum loqui: quia occupatus sum: Quo dicto: statim emisit spiritum cum gaudio. Uidebant autem eum colligentem spiritū quemadmodum siquis salutet amicos suos dilectos. Habuit autem custodiam magnam in omnibus: τ dicebat. Quia sine custodia: ad nullam virtutem homo ascendet. Dicebant de abbate āmois: quia quādo ibat ad ecclesiam. non permittebat discipulum suum iuxta se ambulare. sed de longe sequi. Sed τ si appropinquasset ad eū. vt interogaret eum de quacunque re: mox dicebat ei. τ stati repellebat eū retro dicēs: ne forte cū loqmur aliqd d̄ vtilitate

anime. incurrat etiam sermo. qui non pertinet ad rem: propterea nō te permitto morari iuxta me. Dicebat abbas ammois abbati aseo. In initio quomodo me vides modo? Et ille dixit ei. Sicut angelum dei pater. Et iterum dixit ei postea Nunc quomodo me vides? Et ille dixit. Quomodo sathanā. Etenī si bonū sermonē mihi loqueris: velut gladius mihi est. Dicebat abbas alones. Nisi dixerit homo in corde suo ego solus et deus sumus in mundo isto requiem non habebit. Dixit iterum. Quia si vult homo in vna die vsqʒ ad vesperam peruenit ad mensurā diuinitatis. Abbas bisarion moriens dicebat. Debet monachus totus oculus esse: sicut sunt cherubin et saphin. Iter agebāt aliquando simul abbas daniel. et abbas āmonis. dixit abbas āmonis. Putas aliquādo et nos sedebimus in cella pater? dixit ei abbas daniel. quis enī a nobis aufert deū? nam et foris modo deus est: et iterū in cella deus est. dixit abbas euagrius. Magnū quidē ē sine impedimento orare: maius autē est psallere sine impedimento. Itē dixit q supra. Memor esto semper exitus tui. et nō obliuiscaris eterni iudicii: et non erit delictū in aīa tua. dixit abbas theodorus de hennato. quia si nobis reputat deus negligentias tēporis quo oramus. et captiuitates q̄s patimur dū psallimus: non possumus salui fieri. dixit abbas theonas. Quia impedit mens nostra et reuocatur. a contēplatione dei: propterea captiui ducimur in carnalibus passionibus. Uenerunt aliquando fratres quidā tēptare ioannē breuē. quia nō dimittebat mentē suā diffundi in cogitationibus seculi: neque loquebatur causā huius mūdi. Et dicunt ei. Gratias agimus deo: quia multum pluit isto āno. et rigant̄ cōpetenter arbores palmarum. et bene incipiūt producere ramos et īueniūt vnde laborēt fratres. q solēt manuū suarum operibus occupari. dixit ergo Joānes abbas. Sic est quādo spiritus sc̄tus descēdit ī corda sāctorum: virescūt quodāmodo et īnouant̄: et proferūt folia ī timore dei. dicebāt iterum de eodē ioanne quia fecerit aliquādo plectā et duas palmas. et expenderit eas ī vna sporta: et nō ītellexit donec iūgerent̄ parieti. Erat enī mens eius occupata ī contēplatione dei. Senex quidā erat ī scithi habēs quidē tolerantiaʒ corporalē: sed non valde scrupulosus erat in retinēdis q̄ ante audierat. Abijt ergo iste ad abbateʒ Joannē breuē vt interrogaret eū de obliuione: et audiēs de eo sermonē. et rediēs ī cellā suā. oblitus est quod dixerat ei abbas Joānes. Iterum abiit et interrogauit eū. Audiens aūt ab eo similiter sermonē: reuersus ē: Mox aūt vt peruenit ad cellā suā. oblitus est quod audiuit: atqʒ ita multotiēs vadēs atqʒ reuertēs. dominabat̄ ei obliuio. Post hec vero rursus occurrens seni dixit. Nosti abba. quia oblitus suʒ quod dixisti mihi? Sed ne tibi molestus esseʒ. ideo nō veni. Dixit ei abbas Joānes. Uade īcēde lucernā et īcendit. Et dixit ei: Affer alias lucernas: et incende ex ea. Et fecit sic. Et dixit abbas Joannes seni. Ne aliquid lesa ē lucerna: quia ex ea alias incendisti? Et dixit nō: Et respondit. Ita nec Joānes ledit̄ si tota scithis veīat ad me: nec īpediet me a caritate dei. Quando ergo vis veni: nihil hesitans. Et ita per patientiā vtrorūqʒ abstulit deus obliuionē a sene. Hoc enī erat opus habitātiū ī scithi: vt animarēt eos q īpugnabātur a quacūqʒ passione: et extorquebāt sibi laborē vnde ītuicē lucrarētur bona. Interrogauit frater quidam abbatem Joannem dicens. Quid faciam. quia frequenter venit quidam frater vt tollat me secum ad opus quod laborat et ego miser sum infirmus et deficio in tali opere? Quid ergo faciam de mandato domini? Respondens senex dixit ei. Caleph filius Jephone. dixit Jesu filio Naue. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses seruus domini in terram istam: et nunc octoginta annorum sum. et quemadmodum tunc eram fortis: ita nunc valeo intrare: et exire ab bellum. Itaqʒ et tu si potes: vt sicut īgrederis ita et egrediaris vade cū illo: si aūt n̄ potes id facere: sede ī cella tua plorās peccata tua: et si te inuene

rint lugentes. non te cōpellent exire. Dixit abbas isidorus qui erat presbyter in scithi Ego quando eram iuuenis. et sedebā in cella mea. nō habebā numerū psalmorum quos dicebā in ministerio dei: nox enim et dies in hoc mihi expendebatur. Narrauit abbas Cassianus. de quodā sene in heremo sedente. qz rogauerit deum vt donaret ei ne dormiret aliquando cū spiritaliū rerū ratio fieret: si autem detractionis aut odij causa verba essent. statim in somnū corrueret vt huiusmodi venenū aures non acciperent. Hic dicebat diabolum studiosum esse. vt moneret homines ad verba ociosa: impugnatores autem totius doctrine spiritalis atque rei. Hoc autē vtebatur exēplo. Loquente me inquit aliquando de vtilitate animarum ad quosdā fratres: tam profundo somno occupati sunt. vt nec palpebre oculorum moueri possent. Ego autem volens ostendere opus demoniacum esse: ociosa verba introduxi. Ad qđ illi gaudētes statim a somno sunt relicti. Ego autē ingemiscēs dixi. Usque nūc de celestibus loquebamur. et omniū vestrū oculi somno grauissimo tenebantur: quando autem sermo ociosus inuentus est. omnes prompti audire cepistis. Proptē qđ rogo carissimi fratres cognoscentes opus maligni demonis esse. attendite vobismetipsis: custodientes vos a somno quando aliquid spiritale facitis vel auditis. Abiit aliquando abbas pastor cum esset iuuenis ad quendā senē: vt interrogaret cū tres sermones. Cū peruenisset aūt ad senē. oblitus est vnū ex tribus sermonibus: et reuersus est ad cellā suā. Et cū tetendisset manū vt teneret clauē. recordatus est sermonis illius quē fuerat ante oblitus: et retraxit manūa claue: et reuersus est ad senē. Senex aūt dixit ei. Accelerasti venire frater: At ille dixit ei. Quia cū tetēdissē manū tenere clauē. recordatus sū sermonis quem querebā: et non aperui cellā. sed mox ad te sum reuersus. Erat aūt longitudo vie multa nimis. Dicebat autem ei senex. vere gregū pastor: nominabitur enim nomē tuū in tota terra egypti. Uenit abbas Ammō ad abbatem pastorem: et dixit ei. Si vado ad cellā vicini. aut si ille ad me venerit propter aliquid: reueremur inuicem. ne incurrat aliqua fabula incōpetēs et aliena a proposito monachi. Et dixit ei senex. Benefacis: necessariā enī habet iuuētus custodiam Dixit ei abbas Ammon. Senes ergo quid facturi sunt? Et dixit ei. Jā senes proficientes atque firmati. nō habēt i se aliud quid. aut peregrinū in ore suo. vt id loquantur. Et ille dixit. Si ergo fit necessitas cū vicino loqui. videtur tibi vt de scripturis cum eo loquar: aut de verbis et sententiis seniorū? Et dixit ei senex. Si non potes tacere. bonū est magis vt de verbis seniorū loquaris. qꝫ de scriptura: periculū est enī nō paruū. Interrogatus abbas pastor de iquinamentis: respondit. Quia si stabilimus actiuā vitā nostrā in sobrietate: nō inueniemus in nobis inquinamenta. Dicebāt de abbate pastore. Quia cū exiturus erat ad opus dei faciendū: sedebat prius discernēs cogitationes suas iugiter vna hora: et sic egrediebatur. Dixit abbas. Quia interrogauerit quidā abbatē Paysionē. dicens. Quid facio anime mee. quia insensibilis facta ē. et non timet deū? Et dixit ei. Uade et iūge re homini timenti deū. Et cū illi inheseris: doceberis et tu timere deum. Dixit iterum: qz principiū et finis est timor domini. Sic enī scriptū est. Initiū sapientie timor domini. Et iterum quādo Abraā perfecit altare: dixit ei dominus. Nunc scio quia times deum. dixit iterum. discede ab omni homine: qui in locutione icessanter cōtentiosus est. dixit iterum. Interrogauit aliquando abbatē Petrū abbas Loth: dicēs. Quādo sū in cella in pace est anima mea: cū aūt venit frater aliquis ad me et rettulerit mihi verba eorū que foris sūt: turbatur aīa mea. Et dicit mihi abbas Petrus: quia dicebat abbas Loth. Clauis tua aperuit ostiū meū. Et ego dixi ei. Quid est verbū hoc? Et dixit. Si quis venit ad te. et interrogas eū quō habes? vnde venis qualiter agitur circa illos fratres. susceperūt te an nō? Et tūc aperis ianuam fratris tui. et audis que nō vis. Et ego dixi

ei. Ita est: Sed quid faciat homo cū vene
rit frater aliquis ad eum? Et dixit mihi se/
nex. In luctu omnino doctrina est. Ubi au
tē omnino nō ē luct⁹: ipossibile est custodi/
re mentē. Et dixi ei. Quādo in cella sum
mecū est luctus. cū autē aliquis ad me ve
nerit aut cū egredior de cella. non inuenio
luctū. Et dixit senex. Nec dū tibi subiect⁹
est. sed velut ad vsū pro tēpore adhibetur
Et dixi ei. Quis est hic ſmo? Et dixit mihi.
Si laborat homo pro re aliqua ſm virtu
tē. quacūque hora quesierit eā. ad vtilita/
tē suā inueniet eā. Frater quidā interroga
uit abbatē Sysoi: dicēs. Desidero cor meū
custodire. Dixit ei senex: Et quomō possu/
mus custodire cor nostrū. si lingua nostra
ianuā apertā habuerit. Sedente aliquan/
do abbate siluano in monte syna: discipu/
lus su⁹ volens abire ad quoddā ministeriū
suū: dixit seni. Dimitte aquā: z riga hortū
Ille autē egrediens ad dimittendā aquā.
tegebat faciē suā de cucullo suo: tātū ad pe
des suos intendens. Contigit autē vt ipsa
hora quidā superueniret ad eū: z vidēs eū
a longe considerauit quid fecisset. Et cū p
uenisset ad eum: dixit ei. Dic mihi abba. vt
quid tegebas ꝯ cucullo faciē tuā: z sic ada/
quabas hortū? Et dixit ei senex. Ne vide
rēt oculi mei arbores. z occuparetur mēs
mea ab opere suo. in contēplatione earū.

Interrogauit abbas Moyses abbatem
Siluanū: dicens. Potest ne hō per omnē
diē facere initiū conuersationis sue? Re/
spondit ei abbas Siluanus. Si est hō ope/
rarius: potest per diē z horā incboare initi/
um conuersationis sue. Interrogauerunt
aliquādo abbatē Siluanū quidā dicētes.
In quali ꝯuersatione operatus es vt acci
peres prudentiā istā? Et ille respondēs: di
xit. Nunꝗ permisi in corde meo cogitatio
nē morari: que exacerbabat deū. Dixit ab
bas Serapion. Quia sicut milites īperato
ris cū ante ipsū stāt. nō debēt dextra aut si
nistra respicere: ita z monachus assistat in
conspectu dei. z intentus sit oī hora in timo
re eius. nihilq; sit quod de aduersis malis
eū terrere possit. Dixit sācta sincletice. Fi/
lii omnes saluari volumus: sed propter ne
gligentiā nostrā a salute deficimus. Dixit
iterū que supra. Sobrie viuamus: quia per
sensus corporis nostri. vel si non velimus
fures ingrediuntur. Quomodo eni potest
non fuscari domus. si fumus exterius ascē
dēs fenestras apertas inuenerit? Dixit ite
rū que supra. Oportet nos aduersū demo
nes vndique armatos existere. quoniā z ex
terius ingrediuntur z deintro mouentur.
siquidem z anima nostra id patitur. Sicut
eni nauis que aliquādo exterius fluctuū
mole opprimitur. aliquando vero interius
crescente sentina demergitur: sic z nos ali
quando operū exterius cōmissorū iniqui/
tate dānamur. aliquando vero interius ne
quitia cogitationū adiicimur. Unde opor
tet non solū exterius spirituū inmundorum
nos ipetus obseruare: verū etiā interiorū
cogitationū immunditias exhaurire. dixit
iterū que supra. non habemus securitatē
in hoc seculo. Et eni apostolo dicente. qui
stat: videat ne cadat. In incerto quidē na
uigamus. quia sicut dauid psalmista dixit
velut mare est vita nostra: sed tamē in ma
ri quedā petrosa sunt. quedā vero bestiis
plena. qdā āt z trāqlla. Nos qdē ī trāqlla
parte maris nauigare videmur. seculares
ꝟo hoies ī locis piculosis: z iter nos ī die
nauigamus sole iusticie nobis prebēte du
catū. illi aūt in nocte ignorantie deportan
tur: sed tamen plerūque contigit. vt secula
res illi in tēpestate z in obscuro nauigātes
pro metu periculi ad deū clamando z vigi
lando saluent nauē suā: nos autem in tran
quillitate. neglecto deo demergimur: dū
ab ipso gubernaculo iusticie derelinqmur
Dixit abbas iperici⁹. Cogitatio tua sēper
sit in regno celorū. z cito in hereditate acci
pies illud. dixit iterum vita monachi iuxta
imitationē angelorum fiat: comburens at
que consumens peccata. dixit abbas Or/
sesi⁹. Puto quia nisi homo custodierit cor
suum: omnia que audit z videt. obliuisci/
tur z negligit. deniq; inimicus si inuenit in
eo locū: supplantat eū. Sicut eni lucerna
oleo z lichino pparata lucet: si āt p neglige

tiā non acceperit oleū. paulatim extinguitur. atque ita conualescunt tenebre aduersus eā: sed et mus veniens ad eā. volens nixum eius comedere. priusq̄ perfecte extinguatur. non potest propter calorem ignis. Si autem viderit. q̄ nec lumen habet nec calorem iā retinet ignis: tunc volens trahere nixum ei⁹. deiicit eā ipsā lucernā in terrā que si testea fuerit. minutatur. si autē erea a domino suo denuo reparatur: ita etiam si neglexerit anima paulatim recedit ab ea spiritus sanctus. donec perfecte extinguatur calor eius. atque ita inimicus cōsumit et deuorat propositum illius: sed et corp⁹ nequiter exterminat. Si autem quis per affectū quem habet in deo bonus fuerit: simpliciter autem ad negligentiam raptus fuerit. deus qui misericors est. excitat in eo mentem suā. et memoriā penarum que in futuro seculo peccatoribus preparantur: et curat vt sobrius sit. et custodiat se deccetero cum magna cautela. vsque ad tēpus visitationis sue. Venit quidā senex ad alium senem: et cum loquerentur. vnus ex eis dixit. Ego iam mortuus sum huic seculo. Alter vero dixit. Ne confidas in temetipso. donec exeas de corpore. Nā si de te dicis quia mortuus sis: sathanas mortuus non est. Dixit quidam senex. debet monachus quottidie mane et sero cogitare in semetipso: quid fecit eorū que vult deus. et quid non fecit: et ita tractans omnem vitā suam. penitentiā agendo. monachus esse poterit. Sic enim abbas Arsenius vixit. Dixit quidā senex. Quia si q̄s aurū vel argētū perdiderit: pōt īuenire qd̄ pdidit: q̄ aūt tēpus perdiderit nō potest īuenire: q: tēpus irreparabiliter transiit. Dixit senex. Sicut miles et venator proficiscētes ad propositū sibi laborē. nō cogitant vt vulneretur aliquis: an illesus permaneat: sed vnusq̄sq3 p se solo certat: ita oportet et monachū esse. Dixit senex Sicut nemo potest ledere eū qui ad latus ē īperatoris: ita neq3 sathanas nobis aliqd potest nocere: si aīa nostra adheserit deo. Scriptum est enim. Appropiquate mihi: et ego appropiquabo vobis. Sed q: frequēter extollimur: facile rapit īimicus miserā animā nostrā ī ignominiā passionis. Frater quidā dixit seni cuidā: nihil pugne video ī corde meo. Et dixit ei senex. Tu sic es velut q̄drigemina porta: vt quicūq3 voluerit: īteret: et qcūq3 voluerit exeat et nō ītelligis q̄ agāt. Nā si haberes ianuā: et clauderes eā: nec pmitteres ītrare p eā cogitatōes malas: tūc videres stātes foris: et pugnātes aduersū te. Dicebāt d̄ quodā sene. q: quādo ei cogitatōes sue dicebāt dimitte hodie: et crastino penitere: ɔtradicebat eis ille dicens nō: sed hodie penitentiam agā: crastino aūt fiat volūtas dn̄i. Dixit senex: Nisi exterior homo noster sobrie incesserit: īpossibile est custodiri interiorem. Dicebāt senes. quia tres sunt virtutes sathane. que precedunt vniuersa peccata. Prima est obliuio peccatorum: Secunda negligentia. Tertia ɔcupiscentia. Etenim si obliuio venerit. generat negligentiam. de negligentia concupiscentia nascitur: de concupiscentia vero corruet homo. Si enim ita est sobria mens. vt obliuionē fugiat. ad negligentiam non venit: etsi neglexerit et concupiscentiam non receperit nunquam cadet opitulante gratia christi Dixit quidam senex. Taciturnitati operam da: et nihil cogites vane. et meditationi tue intende. siue quiescens siue surgens cum timore dei: et hec faciens non timebis malignorum impetus. Dixit senex cuidam fratri. diabolus est inimicus: et tu domus. Inimicus ergo non cessat iactare super te. quicquid sordidum inuenerit. effūdens in te vniuersas immundicias: tuum est autem non negligere. vt proiicias foras que ille iactauerit. Nam si neglexeris. replebitur tibi tua domus sordibus: et nequaq̄ valebis ītrare ī eā. Sed ab initio que ille iactauerit: tu eiice paulatī. et manebit dom⁹ tua mūda p gratiā xp̄i. Dixit qdā senū. Qn̄ coopiūt oculi animalis tūc circuit ad molēdū: sin āt discoopertos habuerit oc̄los n̄ ābulat ī circuitu mole sic et diabol⁹ si occurrerit opir̄ oc̄los hoīs. ī oī peccato hūiliat eū: q̄ si v̄o fuerit oc̄li ei⁹ apti

facilius potest fugere ab eo. Dicebant se/
nes. Quia in mõte abbatis Antonii sede/
bant septem custodes tempore dactilorũ
ex quibus vnus abigebat ab eis volucres
Erat autem ibi senex: qui in die qua eum
dactilorum custodia contingebat. clama/
bat dicẽs. discedite deintro male cogitati
ones. deforis aues. Frater quidam in cel/
lis infundebat palmulas suas. Et cum se/
disset facere plectas: dixit ei cogitatio sua
vt iret ad quendam senem visitare eũ. Et
iterũ cogitans in semetipso: dicebat. Post
paucos dies vadam. Et rursus dicebat ei
cogitatus suus. Si inter hec morietur. qd
facies? Sed vadam modo vt loquar ei pro
pter estiuum tempus. Iterum autẽ cogi/
tauit: dicens. Sed cum incido scirpum ad
mattas fit tempus. Et rursus dixit. Exten
do palmulas istas ⁊ tunc vado. Rursus di
xit in semetipso. Sed hodie bonum aerẽ
facit. Et surgens reliquit palmas infusas
⁊ tollens melotem suam ibat. Erat autem
senex quidam vicinus ei vir preuidus. qui
cum vidisset eum in impetu ambulantem
clamauit dicens. Captiue captiue. vbi in
curris? Ueni huc ad me. Qui cũ venisset
dixit ei senex. Reuertere in cellam tuam
Ille autẽ frater narrauit ei fluctus quos
pertulerat in cogitationibus suis: ⁊ reuer/
sus est in cellam suam. Et cum ingressus
fuisset in eam: prostrauit se ⁊ penitentiam
egit. Hoc autem facto: voce magna subi
to demones exclamauerunt: dicentes. vi
cisti nos monache. vicisti nos. Et facta est
matta ei⁹ super quã iacebat velut ab igne
vstulata. demones autem euanuerũt ve/
lut fumus ⁊ exterminati sunt: sicqȝ frater
ille didicit versucias eorum. dicebant de
quodam sene. qui moriebatur in scithi ⁊
circumdederunt fratres lectulum eius. ⁊
vestierunt eum: ⁊ ceperunt flere. Ille au/
tem aperuit oculos suos. ⁊ risit: ⁊ adiecit
iterũ ridere. hoc autẽ factũ est tertio.
quod cum viderent fratres: interrogaue/
runt eũ: dicentes. dic nobis abba. quare
nobis flentibus tu rides? Et dixit eis. pri
mo risi. quia vos timetis mortẽ. Secũdo
risi. q2 non estis parati. Tertio aũt risi. q2
ex labore ad requiẽ vado: ⁊ vos ploratis
Hoc aũt cũ dixisset. statim: vtpote mortu
us: reclusit oculos senex. Uenit aliquan/
do frater manens in cella ad vnum de pa
tribus. ⁊ dixit ei: Quia a cogitatione sua
affligeretur. Et respondit ei senex. Tu ꝓ
iecisti in terra feramentũ magnũ. qd̃ est
timor dei: ⁊ accepisti in manu tenere arũ/
dineã virgã. qd̃ sunt cogitationes male
Accipe ergo tibi magis ignẽ. qd̃ ẽ timor
dei: ⁊ quãdo appropinquat tibi cogitatio
mala. velut calamus igne timoris dei cõ/
buretur: necqȝ enĩ preualet malitia aduer
sus eos qui habent timorem dei. dixit qui
daȝ patrũ. Nisi prius odio habueris: non
potes diligere. Nisi ergo oderis pctm̃: nõ
facies iusticiã. sicut scriptũ ẽ. Declina a ma
lo ⁊ fac bonũ. Uerũtamẽ ĩ omnibus his ꝓ
positus animi vbiqȝ requirit̃. Adã enim ĩ
paradiso ꝯsistens preuaricatus est mãdatũ
dei. Iob aũt in stercore sedens custodiuit.
Unde cõstat: quia ꝓpositũ bonũ querit d̃s
ab homine: vt semper timeat eũ. Explicit
liber de eo q2 oportet sobrie viuere: In/
cipit liber de eo vt sine itermissione oret̃.

Icebant de abbate

Arsenio quia a vespere sabbati lu
cescente dominica relinquebat post se so/
lem: ⁊ extendebat manus suas ad celum
orãs: donec mane dñico sol illustraret ascẽ
dens faciem eius: et sic residebat. Inter/
rogauerunt fratres abbatem Agathonẽ
dicẽtes. Pater que virtutum ĩ conuersa/
tõe plus habet laboris? Et dicit eis. Igno
scite mihi: quia puto non esse alium laborẽ
talem: q̃ꝫ orare deum dum enim voluerit
homo orare deum suum: semper inimi/
ci demones festinant interrumpere oratio/
nem eius: scientes quia ex nulla re impe /
diuntur: nisi per orationem fusam ad deũ:
siquidem omnem alium laborem quem ho
mo in conuersatione religiosa positus assũ
pserit: q̃uis instanter ⁊ toleranter agat. ha
bet tamen ⁊ possidet aliquam requiẽ: ora
tio autem vsqȝ ad vltimam exalationem:

opus est vt habeat magnum certamen. Narrauit abbas Dulas q fuit discipulus abbatis Bisarionis dicēs. veni aliquādo ī cellā abbatis mei ꝛ inueni eū stātē ad orationez: ꝛ manus eius erāt extense in celum. Permansit aūt hoc faciēs iugiter q̄tuordecim dies: ꝛ post hec vocauit me ꝛ dixit. Sequere me. Et exeūtes preximus ibe/remū. ꝛ cū sitirē: dixi ei. Abba sitio. Ille aūt tollens melotē discessit a me quantus ē iactus lapidis. ꝛ facta oratōe attulit eā plenā aqua. ꝛ bibi. Tūc preximꝰ in ciuitatem Lyco. ꝛ venimꝰ ad abbatē Johānem ꝛ salutantes eū fecimꝰ oratōem. Deinde sedētes cepit loqui abbas Bysariō de visione quā viderat: quia exiuit: inqt precептū a dño. vt destruant̄ tēpla. Et factū est sic: ꝛ destructa sunt. Dixit abbas euagrius Si deficis aīo: ora. Scriptū ē eni. ora cuz timore ꝛ tremore ꝛ labore: sobrie ꝛ vigilanter: Itaq3 oportet nos semp orare: maxime ꝑpter malignos ꝛ nequicias vagantes. ꝛ īuisibiles inimicos nostros. q nos pcipue in hoc impedire nitunt̄. Dixit iterum. Quādo cogitatio ɔtraria in cor venerit: noli alia pro aliis ī oratōe q̄rere: sed aduersus eā que te impugnat. gladiū lachrymarū exacue. Mandatū ē: sancte memorie: Epyphanio epō cyprio. ab abbate monasterii sui. quod habuit in palestina. qꝛ oratōibꝰ tuis nō neglexīmꝰ regulā: s3 cū sollicitudine tertiā. sextā ꝛ nonā atq3 vesperā celebramus. Ille autē reprehēdens eum mādauit ei. Cōstat vos vacare ab oratōe ceteris horis: eum autem qui vere ē monachus. oportet sine intermissione orare. aut certe psallere ī corde suo. Dixit abbas esaias. Quia presbiter pelusij cu3 fierent agape: atq3 fratres in ecclesia comederēt ꝛ loquerent̄ sibinuicē: increpās eos dixerit: Tacete fratres. Ego eni scio fratrem manducantē vobiscū: ꝛ oratio eius ascendit in cōspectu dei velut ignis. Uenit abbas Loth ad abbatem Joseph: ꝛ dixit ei. Abba secundum virtutem meam facio modicam regulam. ꝛ paruu3 ieiunium. ꝛ orationem. meditationem. ꝛ quietem: ꝛ secundū virtutem meā studeo purgare cogitatiōes meas. Quid ergo debeo decetero facere? Surgens ergo senex. expandit manus suas in celū. ꝛ facti sunt digiti eius velut decē lampades ignis. Et dixit ei. Si vis efficere totus sicut ignis sic age Uenerūt aliquādo ad abbatē Lucium in hennato monachi quidā. qui dicebantur euscithi. hoc ē orantes: ꝛ interrogauit eos senex dicens. Quod ē opus manuum vestrarū? Et illi dixerūt. Non contingimus aliquod opus manuū: sed sicut ait apostolus: sine intermissione oramus. dixit eis senex. Et non māducatis? Illi autē dixerūt ei. Etiā manducamus. Et dicit eis. Et qñ manducatis. qs pro uobis orat? Et iterū interrogauit eos: dicens: Non dormitis? At illi dixerūt. dormimꝰ. Et dixit senex. Et cū dormitis. quis ꝑ vobis orat? ꝛ nō inuenerūt. quid ad hec respōderent ei. Et dicit eis. Ignoscite mihi fratres: quia ecce nō facitis sicut dicitis. Ego autē ostendam vobis. quia operans manibus meis sine intermissione oro. Sedeo enim iuuāte deo infundēs mihi paucas palmulas. ꝛ facio ex eis plectā ꝛ dico. miserere mei deus. ſm magnā misericordiā tuā. ꝛ secūdū multitudinē miseratōnū tuarū: dele iniquitatem meā. ꝛ dicit eis. Oratio est. an nō? Et dixerunt ei. etiam. Et ille dixit. Quando ꝑmansero tota die laborās ꝛ orās corde vel ore. facio plus minus sedeci nummos: ꝛ pono ex eis ad hostiu3 duos. ꝛ resī duos māduco. ꝛ qui acceperit illos duos denarios: orat ꝑ me tēpore quo ego māduco vel dormio. atq3 ita ꝑ gratiā dei impletur in me quod scriptum est. sine intermissione orate. Interrogauerunt quida3 abbatem Macharium: dicentes. Quomodo debemus orare? ꝛ dixit eis senex. Non opus est multū loqui in oratione. s3 extendi manus frequenter. ꝛ dici: domine sicut tu vis ꝛ sicut tu scis miserere: mei Si autem instat bellum in animo: dicite dñe adiuua me. ꝛ quia ipe scit que expediunt: facit misericordiam nobiscum. dicebant de abbate Sylói: quia nisi cito de/

poneret manus suas quādo stabat ad orationem: rapiebatur mens eius in superiora. Si ergo contingebat cum eo aliquem fratrem orare. Festinabat cito deponere manus: ne raperetur mens eius et moraretur. Dicebat aliquis senex. quia assidua oratio corrigit mentem. Dicebat quidam patrum. quia sicut impossibile est vt videat quis in aqua turbida faciem suam: sic ꝛ anima. nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis. contemplatiue non potest orare deum. Uenit quidam senex aliquando in montē Syna. ꝛ cū exiret inde occurrit ei frater in via. ꝛ ingemiscens: dicebat seni illi. Affligimur abba ꝑpter siccitatem qꝛ nobis non pluit. Et dicit ei senex. Quare non oratis ꝛ rogatis deū? At ille dixit. Et orationē facimus. ꝛ deprecamur assidue deū: ꝛ nō pluit. Et ait senex. Credo qꝛ non oratis attentius. vis autē scire qꝛ ita est? Ueni stemus pariter ad orationem. Et extendēs in celū manus orauit. ꝛ statī pluuia descendit. Quod cū vidisset frater ille: timuit. ꝛ ꝓcidens adorauit eū. Statī aūt senex fugit illinc. Narrauerunt fratres: dicentes. Quia venimus aliquando ad quosdā senes. ꝛ cū ex more facta esset oratio: salutātes iuicē sedimus. Et postq̄ꝫ locuti sumus: cū discederemꝰ: poposcimꝰ vt rursus fieret oratio. dixit autē vnus illorū seniorum ad nos. quid enim? Nonne orastis? Et nos diximus etiā. Sed quādo intrauimus pater tunc est facta oratio: ꝛ ex illa hora vsq̄ꝫ modo locuti sumus. Et ille dixit. Ignoscite mihi fratres: qꝛ vobiscum sedens qdam senex ꝛ loquens. centū ꝛ tres orationes fecit. Hoc cū dixisset facta oratōe dimiserunt nos. Explicit liber de eo ꝙ sine itermissiōe d̄beat orari.

Incipit liber d̄ hospitalitate ꝛ misericordia

Erierunt aliquando quidam patrum ad abbatem Joseph in panefo: vt interrogarent eum. de susceptione fratrum. qui superueniunt ad eos. si deberent sibi relaxare abstinentiam cum ipsis ꝛ congaudere cum eis: ꝛ priusq̄ꝫ interrogarent eum. dixit senex discipulo suo: Considera quod facio hodie ꝛ expecta. ꝛ posuit duo sedilia ꝛ scirpo in fasciculis ligata. vnum ad dexterā suā. ꝛ vnū ad sinistram. ꝛ dixit. Sedete. Et intrauit in cellā suam. ꝛ vestiuit se res vetustas. ꝛ exiēs ꝓcessit in mediū illoꝝ. Et iterū itrauit ꝛ vestiuit se rescellis suis. quibus prius indutꝰ fuerat. ꝛ egressus iteꝝ sedit in medio eoꝝ. Illi aūt stupētes d̄ eo quod fecerat senex interrogauerūt euꝫ quid hoc esset: ꝛ dixit eis. Uidistis quid feci. qui dixerunt. etiaꝫ ꝛ ille dixit. Ne mutatus sum ego propter contumeliosā vestē. ꝛ dixerunt. non dixit iterū senex: ne lesus sum de meliori veste Et responderunt. non. ꝛ ille dixit. Sicut egoipse sum in vtrisq̄ꝫ. ꝛ sicut priori veste mutatus non sum. nec sequenti lesus: ita debemus in fratrū susceptione facere. sicut in euangelio sancto dominus loquit̄ date inquit que sunt cesaris cesari: ꝛ que sunt dei deo. Quando ergo est presentia fratrū. cū gaudio debemus suscipere eos quando vero soli sumus. opus habemus lugere. Illi autē audientes admirati sunt ꝙ ea que in corde coꝝ erant vt interrogarent: prius agnouit. ꝛ glorificauerūt deū. Dixit abbas Cassianus. Quia venimus a palestina in egyptum ad quendam patrum: ꝛ cum hospitalitatem nobis impendisset: interrogauimus eum. quare tempore susceptionis fratrum regulam non custodiret ieiunij. sicut in palestina fit. Et respondit. Jeiunium semper mecum est: Uos autem non semper mecum tenere possum. Et ieiunium quidem quamuis vtile ꝛ necessaria res sit. in nostra voluntate est: caritatis autem plenitudinem. Lex dei exigit a nobis. Unde suscipiens vos in christo: debeo exhibere que caritatis sunt. Cum omni sollicitudine: cum autem dimisero vos regulam ieiunij possum recuperare: quoniam non possunt filij sponsi ieiunare q̄ꝫdiu cum illis est sponsus: cum autem ablatus fuerit sponsus tunc ex sua potestate ieiunabunt. Dixit iterum qui supra: Quia venimus ad

aliū senē: et fecit nos gustare: et hortabatur nos iā satiatos adhuc sumere cibū. Et cū dixissem: quia iā non possum: ille respōdit. Ego hodie superuenientibus fratribus sexies mēsā posui: et cū singulos hortor. etiā ego sexies manducaui: et adhuc esurio: tu vero semel manducans ita satiatus es: vt iā māducare non possis? Datū est aliquādo mādatū i scitbi vt ieiunarent illa hebdomada: et facerent pasca. Contigit aūt: vt in ipsa hebdomada venirēt ad abbatē Moysen fratres qdā ab egypto: et fecit eis pulmentū. Et cū vidissent vicini fumū: dixerunt clericis ecclesie que illic erat. Ecce Moyses soluit mādatū: et coxit apd se pulmentū: Illi aūt dixerunt. Quando venerit loquemur ei et nos. Facto aūt sabbato videntes clerici magnā conuersationē abbatis. Moysi. dicunt ei corā omni plebe. O abba Moyses: mandatū quidē hominū soluisti: sed dei mandata fortiter alligasti. Frater quidā venit ad abbatē pastorē in secūda hebdomada quadragesime: et dicens ei cogitationes suas: atque i eius respōsione inueniens requiē. Dixit ei. In modico ipedire habui ne venirē ad te hodie. Et dixit ei senex quare? Et ille dixit. Metuebā vt propter quadragesimā non mihi aperiretur. Et respōdit ei abbas pastor. Nos nō didicimus ianuam ligneā claudere. sed magis lingue ianuā cupimus clausam habere. Frater quidam dixit abbati pastori Si dedero fratri meo modicū panis aut aliquid aliud: demones polluunt illud. vt videatur ad placendum hominibus fieri Dixit ei senex. Si ad placendum hominibus fiat tale opus: nos tamen debemus fratribus prebere quo egent. Dixit autem ei et parabolam talem. Duo homines erāt agricole habitantes i vna ciuitate. et vnus ex eis seminans: collegit pauca et sordida alius negligens seminare omnino nihil collegit. Si ergo fiat fames: quis duorum potest euadere? Et respondit frater. Ille qui fecit quāuis parum atque modicum. Et dixit ei senex. Ita et nos seminemus pauca: etsi immūda: ne famis tēpore moriamur. Frater quidā venit ad quendam solitariū. et cū ab eo egrederetur dixit. Ignosce mihi abba: quia ipediui regulā tuā. Ille respondit et dixit ei. Mea regula est vt recipiā te in hospitalitatē: et cū pace dimittā. Solitarius quidam habitabat non longe a congregatione fratrū. operationes faciens plurimas. Contigit aūt quosdā venire ad monasteriū illud: vbi congregatio erat: et pergētes ad solitariū illū: fecerunt cū extra horā manducare. Postea vero dixerunt ei fratres illi: Non contristaris abba? Et ille respondit eis. Mea tristitia est: si fecero ppriā voluntatē. Dicebant de quodā sene in Syria. quia iuxta viam heremi habitabat et hoc erat opus eius: vt quacūque hora veniret monachus de heremo: cum fiducia faciebat eum reficere. Uenit ergo aliquādo vnus solitarius: et ille petebat ab eo: vt gustaret: Qui cum nollet gustare dicēs: ego ieiunium non violabo: contristatus senex dixit ei. Ne pretereas puerum tuum obsecro: neque despicias: sed veni oremus. ecce enim arbor est hic: que cui nostrum orante et genu curuante inclinata fuerit: ipsam sequamur. Curuauit ille solitarius genu i oratione: et nihil factum est. Flexit autem senex ille qui eum susceperat genu: et statim curuata est etiam arbor illa cū ipso: Quod cum vidissent gauisi sunt: et gratias egerūt deo semper mirabilia facienti. Uenerunt aliquando duo fratres ad quendam senem Consuetudo autem erat seni: non manducare quottidie. Qui cum vidisset fratres: gaudens suscepit eos: et dixit. Ieiunium suam mercedem habet. Et iterum. Qui manducat propter caritatem: duo mandata implet: quoniam voluntatem propriam dereliquit. et mandatum implebit reficiens fratres. Erat quidam senum in egypto habitans in deserto loco. Erat etiam alter longe ab eo Manicheus: et hic erat presbyter: ex his quos ipsi vocant presbyteros: qui cū vellet pergere ad eiusdē erroris hominē: cōprehēdit eū nox in loco illo quo erat vir ille scūs. et orthodoxus: et anxiebat volēs pulsare vt maneret apd eū

Sciebat eniꝫ qꝛ cognosceret ꝙ esset Ma
nicheus: ⁊ reuocabatur a cogitatiōe sua:
ne forte nō acquiesceret suscipere eū. Cō/
pulsus aūt necessitate pulsauit: ⁊ aperiēs
ei senex: ⁊ cognoscens eū: suscepit cū hyla
ritate: ⁊ coegit eū orare: ⁊ reficiens eū col
locauit vbi dormiret. Manicheus aūt co
gitās in se nocte mirabatur dicens: quo/
modo nullā suspicionē habuit de me? Ue
re iste seruus dei est: Et surgēs mane. ce/
cidit ad pedes eius dicens. Ab hodie or/
thodoxus sum: ⁊ non recedā a te. Et dein
ceps permansit cū eo. Monachus quidā
thebeus accepit gratiā ministerii a deo: vt
singulis indigētibus ministraret. quod ne/
cessariū esset. Contigit aūt aliquādo ī quo
dā vico vt faceret agapem: ⁊ ecce mulier
quedā venit ad eū vt acciperet: ⁊ hec erat
vestita vetustissimis rebus. Quā cū vidis/
set ita vetustis rebus indutā: īpleuit ma/
nuꝫ vt daret ei multū. Clausa est aūt ma/
nus eius: ⁊ leuauit parū. Alia vero venit
ad euꝫ vestita bene: ⁊ videns vestes eius.
misit manū vt daret ei parum: ⁊ aperta est
manus eius leuauit multuꝫ. Et requisiuit
de vtrisq̄ mulieribus illis: ⁊ cognouit: qꝛ
illa que bonis vestibus vtebatur: de hone
stis mulieribus ad paupertatē venerat: et
quia pro opinione nataliū suoꝝ: bonis fue
rit rebus induta: illa vero alia accipiendi
causa vestierat se vetustis. Monachus q/
dā erat qui habuit fratrem secularem pau
perculuꝫ: ⁊ quicquid laborabat: prestabat
ei. sed quantum ille prestabat tantum ille
paupior fiebat. Pergēs āt monachus ille.
idicauit hec seni cuidā. Senex āt dixit ei.
Si me vis audire: vltra nihil p̄be ei: sꝫ dic
illi. Frater quādo habui: dedi tibi: tu ergo
modo labora: ⁊ ex eo quod laboraueris: p̄
be mihi: ⁊ quicquid tibi attulerit: accipe ab
eo: ⁊ vbi scis peregrinum aut senem pau/
perem da illud: ⁊ roga eos: vt orent pro eo
Ille autem frater hec audiens: fecit ita: et
venienti ad se. fratri illi seculari locutus est
quemadmodum dixerat senex: ⁊ discessit
tristis. Et ecce prima die tollēs d̄ horto mi
nuta olera: attulit ei. Accipiens autem fra
ter eius dedit senibus: ⁊ rogauit eos vt ora
rent pro eo. Qui cū accepisset benedictio/
nē. reuersus est in domū suā. Postea vero
iterū attulit olera ⁊ tres panes: ⁊ accipiēs
frater eius: fecit sicut prius: ⁊ cōsecuta be/
nedictione: iterꝫ discessit. Tertio veniens
attulit multas expensas: ⁊ vinum ⁊ pisces
Quod cū vidisset frater eius: miratus est.
⁊ vocauit pauperes ⁊ refecit eos. Dixit aūt
illi seculari fratri suo. Ne opus habes ali/
quātos panes? Et ille dixit. Nō dn̄e: quo/
niā quando accipiebam aliquid a te. velut
ignis ītrauit ī domū meā ⁊ consumebat il/
lud: nūc aūt quādo a te nihil accipio: supa/
būdo: ⁊ deus benedixit mihi. Pergēs aūt
frater indicauit hec oīa que facta fuerant
vni seni. Et dixit ei senex. Nescis quia res
monachoꝝ ignis est: ⁊ vbicūq̄ īgredit̄: cō
sumit. Hoc aūt vtile est fratri tuo: vt de la
bore suo misereat̄: ⁊ orationē a sanctis vi/
ris accipiat: ⁊ ita benedictionē ꝯsequēs mł
tiplicabit̄ labor eius. Dicebat quidā senuꝫ:
Quia quidā faciebat multa bona frequē/
ter. ⁊ diabolus īmitebat ei scrupulositatē
ī animū de paruis rebus: vt alioꝝ oīum q̄
faciebat mercedē amitteret. Sedēte eniꝫ
me aliquādo ī oxirinco: iuxta quēdā p̄sby
terꝝ qui faciebat multas elemosynas. ve/
nit mulier quedā vidua postulās ab eo mo
diū tritici: ⁊ dixit ei. Uade ⁊ affer modiuꝫ
⁊ mēsura tibi. Ille aūt mēsurās modiū ipꝫ
ad maius: dixit ei. Maius est. Et fecit ve
recūdiā vidue illi. Cū vero discessisset vi/
dua illa: dixi ego ad p̄sbyterꝝ. Mutuasti
vidue isti hoc triticū: aut qd? Et ille dixit.
Nō. Sed donaui ei. Ego aūt dixi. Ergo si
totū gratis dedisti. quō ī modico sic scru/
pulosus esse voluisti: ⁊ verecūdiam fecisti
mulieri? Senex quidā cuꝫ alio vno fratre
habebat cōmunē vitā. Erat aūt ille senex
misericors. Contigit aūt vt fieret fames: ⁊
ceperūt qdā venire ad hospiciū eius vt ac
ciperēt agapē: Senex vero omnibus ve/
niētibus ministrabat panē. Uidēs aūt fra
ter qd̄ fiebat: dicit seni. Da mihi partē meā
de panibus: et quod vis de parte tua fac.
Senex autē diuisit panes: ⁊ faciebat mo

re solito elemosinam de parte sua. Multi autem concurrebant ad senem: audientes quod omnibus daret. Videns autē deus propositū voluntatis eius: benedixit panes. frater autē ille qui acceperat partem suam. et nulli dabat: consumpsit panes suos. et dixit seni. Quoniam modicū ē quod adhuc habeo de panibus meis abba: suscipe me ad communem vitam. Et dixit ei senex. Quomodo vis facio. Et ceperunt iterum simul esse et cōmuniter vivere. Facta autem iterum abundantia victualium: veniebant iterum indigentes vt acciperent agapem. Contigit autem vna die vt intraret frater ille. et videret quomō deficerent panes. Venit autem et pauper postulans agapem. Senex autē dixit fratri illi. da ei panem. Et dixit. Jam non habeo pater. Et dixit senex. Intra et quere. Ingressus autem frater: attendit et vidit repositiones in quibus panes haberi solēt repletas panibus. Quod cum vidisset timuit. et tollēs dedit pauperi. atque ita agnoscens fidem et virtutem senis glorificavit deum. Explicit de hospitalitate et misericordia. Incipit liber de obedientia.

Fate memorie abbas Arsenius dixit aliquando abbati Alexādro. Quando perextenderis palmulas tuas: tunc veni vt gustemus. Si autē aliqui peregrini supervenerint. comedā cū eis. Abbas ergo Alexander levius et modestius operabatur. Et cū facta fuisset hora māducandi supererat ei adhuc de palmulis suis. Volēs autem custodire sermonem senis: sustinuit. donec explicaret palmulas. Abbas autem arsenius cum videret quia tardaret: gustavit. existimans quia forte peregrini ei supervenerint. et cum eis gustaverit. Abbas aūt alexander postea quam explicuit vespere perrexit ad abbatem Arsenium: et dixit ei abbas arsenius. Peregrinos aliquos habuisti? Et dixit. non. Et ille dixit. quare ergo non venisti? Et respondit. quia dixisti mihi quando defecerint palme tunc veni. ego autem habui sermonē tuum in animo et nō veni: quia vsque ad hanc horam non est cōsumatum opus Et admiratus est senex scrupulositatem obedientie eius: et dixit ei. Citius disiungere ab opere tuo. vt et ministerium psallendi facias. et aquam tibi advehere concurras: alioquin citius periclitabitur corpus tuum. Venit abbas abrahā ad abbatem Arem: et dum sederent simul. supervenit quidam frater. et dixit abbati Areni. Dic mihi quid faciā: vt salvari possim? Et dixit ei senex. Vade et toto āno isto vespere manduca panē et salem: et veni et iterū loquar tibi. qui pergens fecit ita. Completo autem anno: venit iterum frater ille ad abbatem arem. contigit autem vt rursus apud eum inveniretur abbas abrabam Et dixit iterum senex illi fratri. Vade et ieiuna isto anno: et post biduū manduca. cum vero discessisset: dixit abbas abrahā ad abbatem arem. quare omnibus fratribus leve iugum īponis. istū vero fratrem gravi sarcina onerasti? Et dixit ei senex. Alij fratres quomodo veniūt q̄rere. ita et discedunt: hic vero quia propter deū venit audire verbū. operarius autē magnus est. et quicquid ei dixero. cū omni sollicitudine facit. propterea et ego loquor ei verbum dei Narraverunt de abbate Joanne brevis stature. quia perrexit aliquādo ad quendam senē thebeum genere. cōmorantē ī scethi: qui sedebat in heremo. Tollens autē aliquando abbas eius lignū siccū plantavit: et dixit ei. Per singulos dies mitte ei ad pedē eius lagenā aque: donec fructum faciat. Erat enim lōge ab eis aqua. vt a sero pergeret et mane rediret. Post tres āt annos vixit lignum illud: et fecit fructum Sumēs autem ex fructu eius senex. attulit ad ecclesiā: et dixit fratribus. Accipite et māducate de obediētie fructu. Dicebant de Joanne qui fuit abbatis Pauli discipulus: quia magne obedientie fuerit. Erat autem in quodam loco nemoroso: et habitavit in eo leena pessima. Vidēs aūt circa ipsum locū senex stercora leene ipius. dixit Joāni. vade et affer stercora illa. et ille dixit ei

Et quid facio abba propter leenam illā? Senex autem subridens: dixit ei. Si venerit contra te: liga eam et affer huc. perrexit ergo frater illuc vespere: et ecce venit leena super ipm. Ille aūt fm verbū senis impetū fecit super eā: vt teneret eam. Fugit aūt leena: et sequebat eā ille dicēs Expecta: quia abbas meus dixit vt ligē te. Et tenens eam alligauit. Senex autē expectando eum diutius sedebat et tribulatione affligebatur magna. Et ecce tarde venit: et habebat leenā illam ligatam. Quod cum vidisset senex: admiratus est Uolens autē humiliare illū: cecidit eum et dixit. Stulte: canē fatuū adduxisti mihi Soluit autē eā statim senex. et dimisit redire ad locū suum. Dicebant de abbate Siluano. qz habuerit in scithi discipulum nomine Marcū. et hic fuerit magne obedientie: quicq etiā scriptor ātiquarius erat Diligebat autē eum senex: propter obedientiam suam. habebat etiam alios vndecim discipulos. qui contristabant quod diligeret eum plus eis. Quod cum audissent vicini senes. quia plus eum ceteris discipulis suis diligeret: moleste tulerūt. Una autem dierum venerunt ad eum. Quos assumens secum abbas Siluanus egressus est de cella sua: et cepit singulorum suorum cellas pulsare: dicens. Frater veni quia opus te habeo. Et vnus ex eis non ē mox secutus eum. Uenit autem ad cellā Marci. et pulsauit: dicens. Marce. Ille autem cum audisset vocē eius. statim exiuit foras: et misit eum ad quoddam ministerium. Abbas ergo Siluanus dixit senibus. Ubi sunt ceteri fratres? Et igressus est in cellam Marci. et inuenit quaternionem quem eadem hora incboauerat. in quo litteram o faciebat: et audita voce senis. non fixit nec girauit calamum vltra: vt ipleret et cōcluderet litteram quam in manu habebat. Et dixerunt senes. Uere abba. quē tu diligis et nos diligimus: qm et deus diligit eum. Uenit aliqn supradicti Marci mater vt videret eū: et habebat secū plurimū obsequiū. Ad quā cū exisset senex: dixit ei illa. abba: dic filio meo vt exeat ad me: vt videam eum. Ingrediens autē senex dixit marco. Egredere: vt videat te mater tua. Ille aūt vestitus erat concisso et reconsuto panno. et caput et facies eius tincta fumo et fuligine cogne erat Qui propter abbatis obediētiā egressus est quidem: sed clausit oculos suos. et ita salutauit matrem suam: et eos q venerant cum ea dicens. Sani estote. Et nemo ex eis nec mater sua eū cognouit: quia ipse esset. que iterū misit ad senē: dicēs. Abba mitte filiū meum vt videā eū. Et dixit marco. Nonne tibi dixi: egredere vt videat te mater tua? Et dixit ei marcus. Egressus sum iuxta verbū tuū pater Uerūtamē rogo te: ne mihi vltra dicas vt exeam: ne inobediēs tibi videar esse. Egressus autē senex: dixit matri eius. Ipse est qui exiuit ad vos: et salutauit vos: dicens. Sani estote. et ꝯsolatus ē eā senex: et eā discedere fecit Uenerūt aliqn q̄tuor fratres de scithi ad abbatē pambo. vestiti pelliceis tunicis: et indicauit vnusquisqz eorū virtutē alterius. non presente eo de quo loquebat. Unus namqz ex eis ieiunauit multū. alter vero nihil possidebat. tertius aūt habebat plurimā caritatem. de quarto vero dicebant quia vigintiduos annos haberet in obedientia pmanens senioris. Respondit aūt eis abbas pambo: dicēs. dico vobis qz isti9 virtus maior ē q̄ ceterorū: qz vnusquisqz vestrū virtutē quā possidet voluntate ppria retinuit. hic autē voluntatē suā abscidens. aliene se voluntatis seruū fecit. Tales enim viri confessores sunt: si vsqz ad finem ita permanserint: Uenit quidam ad abbatem sysoi thebeū volēs fieri monachus: et interrogauit eū senex. Si qd haberet i seculo. et ille dixit: habeo vnū filium Et dixit ei senex. Uade iacta eū in flumē et tunc eris bonus monachus. Qui cū abisset proiicere eū in flumē: misit senex vnū de fratribus qui prohiberet eū. Qui cum vellet iactare puerū: dixit ei frater. Quiesce: Quid facis? Et ille rn̄dit. Abbas mihi dixit. vt piciā eū. et dixit ei fr. Sz iterū

abbas dixit. Nō pīscias eū. Ille aūt relīquēs filiū suū venit ad senē: et fact⁹ ē proba tissim⁹ mōach⁹. Dixit scā sincletice. Quia in ɔgregatōe cuilibet ɔuersanti: magis obedientiā q̄ ɔtinētiā pponim⁹ q̄m ɔtinētia arrogātiā habet obediētia aūt hūilitatē ɔgruā pollicetur. Dixit iterū q̄ supra. Oportet nos cū discretōe aīas gubernare: et ī ɔgregatōe manentes nō q̄ nr̄a sūt q̄rere: neq̧ fuire p prie volūtati: quoniā velut exilio relegati nostra dedimus vni secūdū fidē patri: a rebus secularibus alienati. Unde ergo egressi sumus: nihil vlterius requiramus. Illic enim gloriā habuimus illic abundātiā ciborū. hic aūt est etiā panis ipsius īopia. Dixit abbas iperiti⁹. Quia ministeriū monachi est obedientia: quā qui possidet: quicquid poposcerit a deo īpetrabit: et cū fiducia crucifixo astabit. Etenim dn̄s sic venit ad crucē: factus scilicet obediēs vsq̧ ad mortem. Dicebāt senes. Quia si habet qs ī aliquo fidem: et tradiderit se ei ad subiectionem. nō debet intendere in mandata dei: sed patri suo spirituali omnē voluntatē suam committere: quia illi per omnia obediens: non incurrit peccatum apud deum. Dicebant senes: quia ista querit deus a christianis: vt obediat quis diuinis scripturis: quoniā inde accipiet loquendorum et agendorum formam: et vt ɔsentiat prepositis et patribus orthodoxis. Frater quidam de scithi vadens ad messem: applicuit ad quendam senem magnum: et dixit ei. Dic mihi abba quid faciam. pergens ad metendum? Respondit ei senex. Etsi tibi dixero: acquiesces mihi? Respondit ei frater Etiam obedio tibi. Dixit ei senex. Si mihi acquiescis surgens vade et renuncia messui huic: et veni: dicam tibi quid facias. Ille autem frater renunciauit messioni: et venit ad senem Dixit autem ei senex. Intra cellam tuam: et fac quinquaginta dies continuos: semel comedens in die panem cum sale: et iterum indicabo tibi aliam rem. Et fecit sic: et rursus venit ad senem. Senex autem videns quia vir operarius esset: dixit ei. quomodo oporteret eum esse in cella sua. Et discedens frater in cellā suā: prostrauit se pronus in terrā: tres dies et tres noctes plorās in conspectu dn̄i. Post hoc vero cū dicerent ei cogitationes sue. exaltatus es magnus factus es ipse tēperans vitia cogitationum suarum: humiliter reuocabat culpas suas in conspectu suo dicens. Et vbi sunt omnia illa peccata mea que feci? Si autē iterum in cogitatione eius ascendebat: quia multū neglexerit de mādatis dei: dicebat et ipse itra se. Sed exhibeo paruū seruitiū deo meo: et credo quia faciet mecū misericordiā. Hoc igitur modo cū deuicisset spiritus malarum cogitationum: apparuerūt ei maligni spiritus visibiliter dicētes. Turbati sumus a te. Et dixit eis. Quare? Et dixerūt. Quia si te exaltamus recurris ad humilitatē si vero nos te humiliamus: tu te erigis ī altū. Dicebāt q̄dā senes. Quia nihil sic querit deus ab his qui primitias habent conuersationis: q̄ obedientie laborem. Senex quidam solitarius. habuit quendam ministrum manentem in possessione. Contigit autem semel. vt tardante ministro: deficerent necessaria seni. Et cum tempus intercessisset: et non veniret minister ille: defecerunt etiam que necessaria habebat senex ad victum: et quod operaretur manibus suis. Qui cum affligeretur non habendo quod laboraret: neq̧ vnde viueret: dixit discipulo suo. vis ire ad possessionem illam et vocare nobis ministrum: qui solet afferre que opus sunt nobis? Et ille respondit. Quod iubes: facio. Differebat autem adhuc senex: non presumens mittere fratrem. Et cum diu sustinerent: et tribularentur non veniente ministro: dixit iterum senex ad discipulum suum. Uis ire vsque ad possessionem: et adducere eum? Et ille respondit. Quod vis: facio. Timebat etiam discipulus ille descendere ad possessionem: ne scādalizaretur aliunde: sed ne iobediens esset patri suo acquieuit abire. Dixit autem ei senex. Credo in deum patrum meorum: quia proteget te ab omni temptatione. Et facta oratione direxit eum. Ueniens au

tem frater i possessionē requisiuit vbi maneret minister ille: ⁊ iuenit hospitiuꝫ eius. Cōtigerat aūt eū cū suis omnibus ad memoriā parentū suoꝝ extra possessionē inueniri: excepta vna filia eius. Quo pulsante ianuā: filia audiuit: ⁊ venit ad ostiū ⁊ aperuit ei. Et cū interrogaret eā de patre suo illa hortata est eū vt itraret hospitiū: simul etiā trahebat eū. Ille vero non acquiescebat intrare. Sed cū diu cū cogeret. preualuit eū introducere ad se: ⁊ cōplexata est eū: ⁊ cepit illicitare ad cōmixtionē corporis sui. Illa aūt videns se trahi ad luxuriā ⁊ cogitationibus confundi igemiscens clamabat ad dominū dicens. Domine ꝓpter orationes patris mei libera me. i hora ista Hoc cū dixisset: subito inuentus est ad flumen: pergens ad monasteriū: ⁊ restitutus est illesus ad abbatē suū. Duo fratres carnales venerunt habitare in monasterium quoddā: ex quibus vnus erat preclare cōtinentie alter obedientie magne. Cui dicebat pater. Fac hoc ⁊ faciebat: māduca mane: ⁊ manducabat. De qua re magnā opinionē in monasterio habebat: quia ita obediens existebat. Punctus est autem inuidie mucrone. frater eius ille continens aduersus eum: ⁊ dixit in semetipso. Ego probabo eum si habet obedientiam. Et accedens ad patrem monasterii: dixit ei. Mitte mecum fratrem meum vt eamus alicubi. Et dimisit eos abire. Et assumens eum frater ille abstinens: voluit eum temptare Et cum venissent ad flumen: vbi erat multitudo cocodrillorum: dixit ei. Descende in flumen ⁊ transi. Et ille mox descendit. Venerunt autem cocodrilli ⁊ lingebant corpus eius: in nullo ledentes eum. Quod cū vidisset frater eius: dixit ei. Ascēde de flumine. Et cum iter agerent inuenerunt corpus humanum mortuum iacens in via. Tunc dixit abstinens frater: ad fratreꝫ suum. Si habuissemus aliquid vetustuꝫ tractaremus super corpus illud. Et respondens frater ille obediens: dixit. Magis oremus: ⁊ forsitan resurget. Et stantibus ad orationem atq; orantibus surrexit mortuus ille. Quo facto gloriatus est ille abstinens frater: ⁊ dixit. Pro cōtinentia mea surrexit mortuus hic. Omnia aūt hec reuelauit deus abbati monasterij eoꝝ: ⁊ qualiter tēptauerit fratrē suū de cocodrillis: et quomodo suscitatus fuerit mortu⁹. Et cū venissent in monasteriū: dixit abbas abstinēti illi. Quare ita fecisti fratri tuo? Ecce tamē ꝓpter obediētiā eius surrexit mortuus ille. Alter quidā secularis vite habens tres filios renūciauit seculo: ⁊ venit ad monasteriū: reliquēs filios suos i ciuitate: Et cū fecisset tres annos i monasterio. ceperūt ei cogitatōes sue filios ad memoriā frequēter adducere. ⁊ ɔtristabat̄ ꝑ eis valde. Neq; eniꝫ dixerat abbati filios se habere Uidens aūt abbas eū tristē: dixit ei. Quid habes quod tristis es? Et narrauit ei: quia tres filios haberet in ciuitate: ⁊ q2 vellet eos ad monasteriū ei⁹ adducere. Precepit aūt abbas vt adduceret eos. Qui cū perrexisset ad ciuitatē: iuenit duos ex eis iam fuisse defunctos: vnū vero solūmodo remāsisse. Quē assumens venit ad monasteriū ⁊ requirēs abbatē nō eū iuenit illic. Interrogauit aūt fratres vbi esset abbas. Et illi dixerūt. Usq; ad pistrinū perrexit. Ille vero tollēs filiū suū quē adduxerat: abijt i pistrinū. Et vidēs eū abbas veniētē salutauit: ⁊ tenēs ifantē quē adduxerat amplexatus ē eū: ⁊ osculabat̄. Et dixit patri ei⁹ Amas eū? Et ille dixit. etiā. Et rursus dixit ei. Omnino diligis eū? Et respondit: Etiā. Hec audiens abbas. dixit ei. Tolle ergo si amas eū: ⁊ mitte eū i furnū: sic modo dū ardet furnus. et tenēs pater filium suū iactauit eum i furnū ardentem. statim q3 factus est furnus velut ros. Ex qua re acquisiuit gloriam in tempore illo: quēadmodum Abraham patriarcha. Dixit quidā abbas senex. Quia frater qui ad obediētiam patris spiritualis animū dederit: maiorem mercedem habet: q̄ ille qui in heremo solus recesserit. Dicebat autem. Quia narrauerit aliquis patrum vidisse se quatuor ordines in celo: quoruꝫ primus ordo erat hoīm infirmoꝝ ⁊ gratias agentiū deo

secundus ordo hospitalitatem sectantium: et instanter ministrantium in his. tertius ordo in solitudine conuersantium: et non videntium homines. quartus ordo eorum qui ad obediendum spiritualibus patribus se subiiciunt propter dominum deum. Utebatur autem ordo obedientium torque aurea et corona: et maiorem quam alii gloriam habebat. Ego autem dixi ei. qui mihi ostendebat omnia hec. Quomodo iste ordo qui paruus est. maiorem quam alii gloriam habet? Et respondens dixit mihi Quia qui hospitalitatem sectantur. secundum propriam voluntatem idipsum faciunt. similiter et qui in heremo se obligant: arbitrio suo de seculo recesserunt. hic autem ordo qui se ad obedientiam dedit: omnes voluntates suas abiiciens pendet ad deum et ad iussionem spiritualis patris: propterea et maiorem gloriam pre aliis habet. Quapropter o filii bona est obedientia: que propter deum fit. Intendite ergo filii virtutis huius aliquod ex parte vestigium. Obedientia est salus omnium fidelium et omnium virtutum. Obedientia est regni celorum inuentrix. Obedientia celos aperiens et homines de terra eleuans. Obedientia cohabitatrix est angelorum. Obedientia sanctorum omnium cibus est. Ex hac enim multi ablactati sunt: et per hanc ad perfectionem peruenerunt. Explicit liber de Obedientia Incipit liber de Humilitate.

Abbas Antonius deficiens in consideratione profunditatis iudiciorum dei: postulauit dicens. domine. quomodo aliqui paruo tempore vite sue moriuntur. et alii vltra decrepitam veniunt senectutem: et quare quidam egeni sunt et alii facultatibus ditantur? et quomodo iniusti opulenti sunt. iusti vero paupertate premuntur? Et venit ei vox: dicens. Antoni ad teipsum intende: hec enim iudicia dei sunt et te scire ea non conuenit. dixit abbas Antonius abbati pastori. Hoc est magnum opus hominis. vt culpam suam super se vnusquisque ponat coram domino: et expectet temptationem vsque ad vltimum vite sue tempus. dixit iterum abbas Antonius. Uidi omnes laqueos inimici tensos in terra: et ingemiscens dixi. quis putas transiet istos? Et audiui vocem dicentem. Humilitas. Uenerunt aliquando senes ad abbatem Antonium. et erat cum eis etiam abbas Joseph. Uolens autem abbas Antonius probare eos. mouit sermonem de scripturis sanctis. et cepit interrogare a iunioribus quid esset hoc. aut illud verbum: et singuli ei dicebant prout poterant. Ille autem dixit. Nec dum inuenistis. Post omnes vero dixit abbati Joseph Tu quomodo dicis esse verbum hoc? ille respondit. nescio. Et ait antonius. Tu solus inquit inuenisti humilitatis ianuam. Astiterunt aliquando abbati arsenio demones in cella sedenti: et tribulabant eum. Superuenerunt autem et fratres. qui ei ministrare soliti erant: et stantes extra cellam audiebant eum clamantem ad dominum et dicentem: domine non me derelinquas: quia nihil boni feci coram te: sed presta mihi secundum benignitatem tuam saltem modo habere bene viuendi principia. dicebant de eo qui supra. Quia sicut dum in palatio esset. nemo melioribus vestimentis eo vsus est: ita et dum in conuersatione moraretur. nemo eo vilioribus vtebatur. Cum interrogaret aliquando abbas Arsenius quendam senem egyptium de cogitationibus suis: alius videns eum dixit. abbas arseni. quomodo tu qui tante eruditionis es in latina lingua et greca. rusticum istum de cogitationibus tuis interrogas? et ille respondit. Latinam quidem et grecam eruditionem secundum ad seculum apprehendi: sed alphabetum rustici illius necdum discere potui. dicebant senes. quia dederint quidam fratribus aliquando in scithi paucas caricas. et pro hoc quod pauce erant. non transmiserunt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriam pateretur. ille autem cum hoc audisset: non est egressus iuxta morem ad opus dei cum fratribus celebrandum: dicens excommunicastis me: vt non mihi daretis eulogiam quam transmisit dominus fratribus: ex qua ego non fui dignus accipere. Quod cum audisset omnes. edificati sunt in humilitate senis: et vadens presbyter portauit ei de

caricis istis: et adduxit eum in congregatione gaudentem. Dicebant autem de eo. quia nemo potuerit comprehendere modum conversationis eius. Sedente autem eodem abbate arsenio aliquando in inferioribus partibus egypti: cum illic importunitates pateretur. visum est ei derelinquere cellam illam. Et nihil ex ea tollens: dixit discipulis suis alexandro et zoylo. Tu alexander ascende navem. et tu zoyle veni mecum usque ad flumen. et quere mihi naviculam in alexandriam euntem: et ita navigabis et tu ad fratrem tuum. Zoylus autem turbatus est in verbo suo. et tacuit atque ita divisi sunt abinvicem. Descendit autem senex circa partes alexandrie et egrotauit egritudine magna. Discipuli autem eius dicebant adinvicem. Putasne aliquis nostri contristauit eum. et propterea divisus est a nobis? Et non inveniebant in se ingratitudinis causam. neque quod inobedientes ei aliquando fuissent. Cum vero sanus factus fuisset senex: dixit ad semetipsum. Uadam ad patres meos. et ita navigans: venit in locum qui dicitur petra: ubi erant supradicti ministri eius. Cum vero esset iuxta flumen: puella quedam ethiopissa veniens. tetigit melotem eius. Senex autem increpauit eam. Illa vero dixit. Si monachus es: vade in montem. Compunctus autem in hoc verbo senex: dicebat ad semetipsum. Arseni. si monachus es: vade in montem. Et inter hec occurrerunt ei alexander et zoylus discipuli eius. Et cum cecidissent ad pedes eius. proiecit se etiam et ipse in terram et flebant simul. Dixit autem senex. Non audistis. quia egrotaui? Et dixerunt ei. Etiam audiuimus. Et ille dixit. Et quare non venistis videre me? Et dixit alexander. Quia divisio tua a nobis non fuit tolerabilis. quoniam multi ex ea contristati sunt: dicentes. Nisi inobedientes fuissemus seni: nequaquam se separasset a nobis. Et dixit ei senex. Et ego cognoui quia hoc dicerent: sed tamen iterum dicturi sunt homines: quia non inveniens columba requiem pedibus suis reuersa est ad Noe in archam. In hoc ergo verbo curati sunt animi discipulorum eius: et permanserunt cum eo usque ad ultimum vite sue tempus. Quo morti appropinquante turbati sunt: et dixit eis. Nondum venit hora. cum autem venerit: indicabo vobis. Iudicari autem habeo vobiscum ante tribunal christi: si permiseritis quenquam de corpore meo aliquid facere. Et illi dixerunt. Quid ergo faciemus. quia nescimus mortuum vestire vel sepelire? Et dixit senex. Nescitis mittere funem in pedem meum. et trahere in montem? Cum autem traditurus esset spiritum. viderunt fratres eum flentem: et dicunt ei. In veritate tu times mortem pater? Et dixit eis. In veritate enim timor qui in hac hora mihi est semper fuit in me. ex quo factus sum monachus: et timeo valde. Atque ita in pace obdormiuit. Ille autem sermo semper in ore illius erat. Arseni propter quid existi? Loqui me semper penituit: tacere nunquam. Audiens autem abbas Pastor quia ab hac vita discesserit arsenius: lachrymatus est et dixit. Beatus es abba arseni: quia fleuisti temetipsum in seculo isto. Qui enim se in hoc mundo non fleuerit: sempiterne plorabit illic. siue igitur voluntarie hic. siue illic tormentis cogentibus impossibile est non flere. Narrauit abbas daniel de abbate arsenio: quia nunquam voluit loqui de questione aliqua scripturarum. cum posset magnifice loqui si vellet. sed neque epistolam cito scripsit ad aliquem. Quando autem ad conventum post aliquantum temporis veniebat. post columnam sedebat: ne quis videret faciem eius. et ne ipse attenderet alium. Erat autem visio eius angelica sicut Iacob. canis ornatus crinibus elegans corpore: siccus tamen. Habebat autem barbam prolixam omnino attingentem usque ad ventrem eius. Pili oculorum eius pre nimio fletu ceciderant. longus autem erat: sed senio longinquo curuatus. Mortuus est autem annorum nonaginta quinque. Hic fecit in palatio diue memorie Theodosii maioris. qui fuit pater archadii et honorii. annos quadraginta: et decem annos in loco qui dicitur throbem. supra babyloniam. contra

ciuitatē mēphis: et tres annos in canopo alexandrie. et alios duos annos reuertēs iterum in thrabhen fecit: et ita dormiuit consumans in pace et ī timore dei cursum suum vir bonus et plenus spiritu sancto et fide

Narrauit abbas Joānes. qz abbas anub et abbas pastor et residui fratres eorum ex vno vtero nati. monachi fuerunt in scithi: et quando venit illic gens mazicorum. et desolauerūt locum ipsum. primo discesserunt illinc. et venerūt in locum qui dicitur theremithym. donec deliberarent vbi habitare deberent. et manserūt illic in tēplo quodā antiquo paucos dies. Dixit autem abbas anub abbati pastori. Ostende caritatem tu et fratres tui. et singuli seorsum habitemus: et non veniamus ad nos inuicem hebdomada hac. Et respondit abbas pastor. Faciamus qualiter vis. Et fecerunt sic. Erat autem ibi in tēplo statua lapidea et surgebat quotidie abbas anub. et faciem statue illius lapidabat. vespere autem dicebat. ignosce mihi: et tota hebdomada ita fecit. Die aūt sabbato occurrerunt sibi inuicē et dixit abbas pastor abbati anub. Uidi te abba hebdomada ista lapidantem faciem statue huius. et iterum penitentiam agentem apud eam: fidelis autem homo hec non facit. Et respondit senex. hanc rem ego propter vos feci. Quando me vidistis lapidantem faciem statue istius. an locuta est aliquid. an furuit? Et dixit abbas pastor. Nō iterū quādo apud eā penitentiā egi. an turbata est. aut dixit: ignosco? Et respōdit abbas Pastor. Nō. et ille dixit. Ergo et nos qui sum⁹ septem fratres. si vultis vt maneamus simul. efficiamur velut statua hec: q̄ contumelijs affecta nō conturbat̄: si aūt nō vultis ita fieri. ecce quatuor ingressus sunt templi huius. vnusquisq3 qua vult: exeat et quo vult: vadat. Illi autem hec audientes prostrauerunt se in terrā: et dixerunt anub. Quomodo iubes pater ita fiat: obediemus tibi in omnibus q̄ dixeris nobis. Postea aūt rettulit abbas pastor: dicens Quia manducam⁹ simul omni tēpore vite nostre. operantes et facientes omnia secundū verbū senis: quodcūq3 dixerit nobis. Cōstituit aūt vnū ex nobis dispensatorem. qui quodcūq3 nobis apposuisset: manducabamus. et impossibile erat vt diceret aliquis ex nobis. affer aliud aliquid aut diceret nolo illud manducare: et sic trāsiuimus omne tēpus vite nostre cū quiete et pace. Dicebāt de abbate āmone. Quia venerūt quidā ad eum petentes vt iudicaret iter eos. Senex aūt dissimulabat. Et ecce q̄dam mulier ad aliā mulierē iuxta se stantem dicebat: Senex iste fatuus ē. Audiuit autē eā senex. et vocās illam ad se: dixit ei. quantos labores putas sustinui in solitudinibus diuersis. vt acquirerē fatuitatē istā: et propter te hodie perditurus sū?

Narrauerūt de episcopo ciuitatis que vocatur oxirincus nomine abbas affusus: qz cū esset monach⁹: nimis dure tractauerit vitā suā: et cū factus esset episcopus voluit ipsa duritia vti ī ciuitate quā ī heremo habuerat: et nō p̄ualuit. Jdcirco p̄strauit se ī cōspectu dn̄i dicens. Putasne dn̄e p̄pter episcopatū discessit a me gratia tua? Et reuelatū ē ei qz nō: sed qz tūc solitudo erat: et cū nō esset homo: deus tuus susceptor erat nūc āt hic ī seculo es vbi hoīes auxiliant̄ tibi. dixit abbas daniel. Quia erat ī babilonia filia cuiusdā primarii: demoniū habēs. Pater āt ei⁹ diligebat monachū quēdā. dixit aūt ei monachus ipse. Nemo potest curare filiā tuā: nisi quos scio solitarios: etsi perrexeris ad eos: nō acquiescēt hoc facere p̄pter humilitatē. Sed hoc faciamus vt quādo veniūt afferētes venalia que operātur: dicatis vos emere velle quod vendunt: et dū venerint ad domū preciū accepturi: dicemus eis vt faciant orationē. et credo: quia saluabitur filia tua Exeuntes ergo in plateā: inuenerunt vnū discipulū senem sedentē vt venderet sportellas suas et tulerunt eum secū in domū: vt quasi precium sportarum acciperet. Et cum intrasset monachus ille in domum: venit puella illa que a demonio vexabat̄: et dedit alapā monacho illi. Jlle autem conuertit ei et alterā maxillam: secūdum diuinum prece/

ptum. Demon aūt coactus clamare cepit. O violentia mandato℞ iesu xp̄i expellit me hinc. Et statim mundata est puella illa Cum autē venissent ad senes īdicauerūt eis quod fuerat factū: ꝛ glorificant deum ꝛ dixerunt. Consuetudo est diabolice superbie: humilitate mandato℞ ih̄u xp̄i corruere. Dixit abbas euagrius. Principiuꝫ salutis est. si teipsum redarguis. Dixit abbas Serapion. quia multos labores corporales feci. plusq̄ filius meus zacharias ꝛ non perueni ad mensurā humilitatis ꝛ taciturnitatis eius. Abbas moyses dixit fratri zacharie: Dic mihi quid faciā? Ille aūt hoc audiens. iactauit se pronus in terraꝫ ad pedes eius: dicens. Tu me interrogas pater? dixit ei senex. Crede mihi fili zacharia: quia vidi spirituꝫ sanctū descendentē in te: ꝛ ꝑpterea cōpellor iterrogare te. Tunc tollens zacharias cucullā suā de capite suo. misit illā sub pedibus suis: ꝛ conculcans eā dixit. nisi ita ꝯculcat⁹ fuerit homo. nō potest monachus eē. Dixit abbas pastor. Quia interrogauerat abbas moyses fratrem zachariā. tēpore quo moriebatᷣ dicens. Quid vides? Et ille dixit. Nihil melius q̄ tacere pater. Et dixit ei Fili verū ē: qꝛ tacere bonū est. hora autē mortis eius sedens abbas Jsidorus: respexit in celū ꝛ dixit: Letare letare fili mi zacharia qꝛ aperte sunt tibi ianue regni celorū. Sancte memorie Theophilus episcopus alexandrinus. venit aliquādo ad montē Nytrie. ꝛ venit ad euꝫ abbas montis illius: ꝛ dixit ad euꝫ episcopus. Quid āplius inuenisti ī via ista pater? Et respondit ei senex. Culpare ꝛ reprehendere meipsuꝫ: sine cessatione. Et dixit ei episcopus. Non est alia via sequenda nisi hec. Quando abbas theodorus cū fratribus manducabat. accipiebant calices cū reuerentia ꝛ taciturnitate: nec dicebāt. sicut mos est: ignosce. Dixit auteꝫ abbas Theodorus. Perdiderūt monachi ingenuitatem suaꝫ. ꝛ non dicunt ignosce. Dicebant de codeꝫ abbate Theodoro. qꝛ cum factus esset diaconus ꝛ in scithi: non acquiescebat ministrare. ꝛ huc atqꝫ illuc fugiebat. ꝛ iterum senes adducebant eum: dicentes. Non derelinquas ministeriū tuuꝫ. Dixit autem abbas Theodorus. Dimittite me ꝛ deprecor deū ꝛ si ostenderit mihi. quia si debeo stare in loco ministerii huius faciaꝫ. Et duꝫ depreca retur deum: dicebat. Si voluntas tua est domine vt steꝫ in hoc ministerio: demōstra mihi. Et ostensa est ei columna ignis de terra vsque ad celuꝫ: ꝛ vox sonuit dicens. Si potes fieri sicut columna hec: vade ministra. Jlle auteꝫ audiens. statuit apud se nullatenus acquiescere ministrare. Qui cum venissent ad ecclesiaꝫ. penitentiaꝫ apud eū egerunt fratres: dicentes: Si non vis ministrare vel salti calicē tene. Et non acquieuit dicēs. Si me nō dimittitis discedā de loco isto. Et ita discesserūt ab eo. Dicebat abbas Joānes breuis. Quia ianua dei est humilitas: ꝛ patres nostri ꝑ multas ꝯtumelias gaudētes ītrauerūt ciuitatē dei. Dixit ite℞ q̄ supra: Quia humilitas ꝛ timor dei: superant vniuersas virtutes. dixit abbas Joānes thebeus. Quia debet monachus ante oīa humilitatē habere: hoc est enim primū saluatoris mādatū dicētis. discite a me: qꝛ mitis suꝫ ꝛ humilis corde. Et alubi Beati pauperes spiritu: quoniā ipso℞ est regnū celo℞. Collecti sunt aliquando fratres qui habitabāt ī scithi: ꝛ ceperūt intra se q̄rere de melchisedech sacerdote. Obliti sunt aūt vocare abbāteꝫ coprē. Postea autem vocantes eum: interrogabāt eum de eadem questione. Jlle autem tundens tertio os suū dixit ueh tibi copresquia que tibi mandauit deus vt faceres: dereliquisti: et que a te non requiri: illa scrutari presumis. Hec audientes fratres: fugerūt singuli in cellas suas. Narrauit aliquando de seipso abbas Macharius dicens: Quando eram iuuenis et sedebam in cella mea: tenuerunt me et fecerunt me clericum inuitum. Et cum nollem acquiescere ad ministrandum: fugi ad alium locum. ꝛ venit ad me quidam secularis quideꝫ homo: sed vita religiosus: ꝛ tollebat a me op⁹ qđ faciebam manibus meis: ꝛ ministrabat

mihi que necessaria erãt. Contigit autẽ tẽptante diabolo. vt virgo quedam in vico suo viciata lapsuz incurreret: et cuz in vtero habere cepisset. interrogabatur quis esset de quo in vtero haberet. Jlla autez dixit: quia hic solitarius est: qui mecum dormiuit. Exeuntes autez de vico illo. cõprehenderunt me: et adduxerunt ad vicum. et appenderunt in collo meo cacabatas ollas. et ansas vasoruz: et miserunt me circuire per vicuz illuz. et per viaz ducebant dicentes. Hic monachus corrupit filiam nostraz: tollite. tollite eũ. Et ceciderũt me pene ad mortẽ. Superueniens autez quidaz senuz dixit. Quo diu monachuz istuz ceditis peregrinum? Jlle autem qui mihi solebat ministrare necessaria. sequebatur retro cũ verecundia. Etenim et ipsum contumeliis multis affecerunt: dicentes. Ecce solitarius monachus cui tu testificabaris quid fecit? Et dixerunt parentes puelle illius: Quia non dimittem⁹ euz: donec fideiussorez prebeat. qui pascat eaz. Et dixi illi qui mihi ministrare solebat: et fidem dedit. Et reuersus suz in cellaz meaz et dedi ei quantas habui sportellas: dicens. Vẽde eas: et da illi mulieri mee manducare. Dicebã autez i animo meo. Machari ecce inuenisti tibi mulierez: opus habes modo ãplius laborare. vt pascas eaz. Et operabar non soluz in die: sed etiaz in nocte. et trãsmittebaz ei. Cuz autez venisset tẽpus infelici illi vt pareret: artabatur per plurimos dies et nõ pariebat. Dicũt ergo ei. Quid est hoc? At illa dixit. Ego scio quare ista patiar. Et interrogata a parentibus suis quare? respondit. Quia monacho illi crimen illud i posui. et fallens ĩplicaui euz: cuz iste non habeat culpaz: sed iuuenis ille talis hoc fecerit. Audiens autez hec verba minister meus. gaudens venit ad me: et dixit. Quia nõ potuit parere puella illa. donec confiteretur: quia tu nulluz crimen in ea habuisses. sed quia mentita sit aduersum te. Et ecce omnes habitatores vici illius volunt venire huc ad te. glorificaturi deũ: et penitentiã apud te acturi. Ego autez audiẽs ista a ministro meo: ne affligerent me homines surrexi et fugi huc in scithi: et hoc est principiũ cause propter quã hic habitare cepi. Preteriens aliquando abbas Machari⁹ a palude. ad cellaz suam. et reuertens portabat palmulas: et ecce occurrit ei diabolus ĩ via cũ falce messoria. Voluit autez percutere euz de falce illa. et non potuit. Et dixit ei. Multaz violentiam patior a te machari. quia nõ possũ preualere aduersũ te. Ecce enĩ quicquid tu facis: et ego facio. Jeiunas tu: ego penitus non comedo. vigilas tu: ego omnino non dormio. Unum est autẽ solũ: in quo me superas. Et dixit ei abbas Machari⁹. Quid est illud? Et respondit diabolus. Humilitas tua. per quã non preualeo aduersũ te. Perrexit aliquando abbas Mathois de raythu. in partib⁹ gebalen. Erat aũt cũ eo frater ei⁹. Et venit episcop⁹ loci illi⁹ ad memoratũ senẽ: et fecit eũ presbiterũ. Et dũ gustarẽt simul: dixit episcop⁹. Jgnosce mihi abba. quia scio quod nolueris hanc rẽ: sed vt benedictionẽ tuã acciperẽ. presũpsi hoc facere. dixit ei senex cũ humilitate: Et anim⁹ me⁹ modicum volebat hoc. Verũtamen ĩ hoc grauiter fero quia cõpellor separari a fratre meo qui mecũ ẽ neque eniz sufficio omnes orationes quas simul faciebam⁹ ĩplere. Et dixit episcop⁹ Si scis quia dignus est. ego et ipsuz ordino Et dixit ei abbas Mathois. Equidem si dignus est: nescio. vnum autem scio. quia melior me est. Ordinauit autem et ipsum episcopus. et ita vtrique recesserunt de hac vita: vt nunquam se ad sacrificandum oblationem altaris proximarent. dicebat autem senex. Credo in deum quia forsitaz non sustineam graue iuditium propter ordinationem quam suscepi: dum oblationẽ non audeam consecrare. Hoc enim officium illorum est: qui sine querela viuunt. dixit autem abbas Mathois. Quantum se homo approximat ad deũ. tantuz se peccatorem videt. esaias eniz propheta videns dominũ miseruz se et imundũz dicebat. naz vir labijs pollut⁹ sũ. dicebant de abbate Moyse. Qui cũ fact⁹ eẽt cleric⁹: ĩposuerũt ei hu-

merale. ꝛ dixit ei archiepiscopꝰ. ecce factꝰ es cāditatꝰ abba Moyses. ꝛ ille respōdit Putas deforis dn̄e papa. aut ꝛ intus? Uolens autē ep̄us eū probare: dixit clericis. Quando intrat abbas moyses ad altare. expellite eū: ꝛ sequimini eū vt audiatis qd dicat. Cū aūt cepissent eū mittere foras: dicebant ei. exi foras ethiops. Jlle vero egrediēs dicebat. Bene tibi fecerūt cinerente ꝛ cacabate. quia cum homo non sis quare te ī medio hominū dare p̄sūpsisti? Cū abbas pastor ī cōgregatione esset. audiens de abbate nesterone: desiderauit eū videre ꝛ mandauit abbati eiꝰ vt mitteret euꝫ ad ipsuꝫ. Qui cuꝫ nollet euꝫ solū dimittere: non direxit eū. Post paucos aūt dies dispensator monasterii rogauit abbatē. vt permitteret eū ire ad abbatē pastorē: ꝛ diceret ei cogitationes suas. Abbas autem cū eū dimitteret: dixit ei. Tolle ꝛ fratrem istū tecū. quia mandauit mihi de ipso senex ꝛ non presumens eū solū dimittere. distuli vsque modo. Cū ergo venisset dispensator ad senē. locutus est ei de cogitationibꝰ suis: ꝛ ille sanauit euꝫ responsione sua. Post hec aūt interrogabat senex fratrē illuꝫ: dicens. Abba nesteron. quomodo acquisiuisti virtutē hanc. vt quando imergit tribulatio aliqua in monasterio. nō loquaris: neque te mediū facias? Et cū diu cogeretur frater a sene: dixit ei. Jgnosce mihi abba: quia quando intraui in initio in congregatione istā: dixi aio meo. Tu ꝛ asinus vnuꝫ estote. Si ergo asinus vapulat ꝛ nō loquitur: iniuriaꝫ patitur ꝛ non respondet: ꝛ sic tu: quēadmodū in psalmo legitur: vt iumētū factus sū apud te. ꝛ ego sēper tecū. Dicebant de abbate Olympio in scithi quia seruus esset. ꝛ descendebat per singulos annos in alexandriā. portans mercedē dominis suis. ꝛ occurrebant ei ꝛ salutabant eū. Senex autē aquā mittebat in peluī: ꝛ afferebat vt lauaret pedes dominis suis. Jlli aūt dicebant ad eū. Noli pater: ne graues nos. Jlle vero respondebat eis. Ego confiteor quia seruus vester sū: ꝛ gratias ago. qꝛ dimisistis me liberꝫ seruire deo. Sed tamen lauo vobis pedes: ecce ꝛ suscipite mercedes meas. Jlli aūt contennebant: ꝛ non acquiescebant. dicebat ergo eis. Credite mihi: quia si nō vultis recipere mercedes meas: remanebo hic ꝛ seruio vobis. Jlli auteꝫ reuerentiā eius habentes. dabant in potestatē eius vt faceret quod vellet. Et reuertentē d̄ducebāt eū cū honore: prebētes ei que necessaria erāt. vt faceret pro eis agapē: ꝛ ex eo factus est nominatus monachꝰ in scithi. dicebat abbas Pastor. Quia semper homo humilitatē ꝛ timorē dei habens respirare debet incessabiliter. sicut flatuꝫ quē naribus attrahit vel emittit. Jnterrogatꝰ est abbas pastor a quodā fratre. quomodo debeo esse in loco in quo habito? Et respondit ei senex. Habeto prudentiā velut aduena: ꝛ quocūque in loco fueris. ne queras verbū tuū corā te habere potentiaꝫ: ꝛ quiescis. Dixit iterū: quia si proiecerit se quis in conspectu dei. ꝛ non seipsū extulerit. ꝛ miserit post terguꝫ suuꝫ propriaꝫ voluntateꝫ. ferramenta sunt quibus anima operatur. Jteꝫ dixit. Non metiaris temet ipsū: sed adherere ei qui bene conuersatur dixit iteruꝫ. quia frater interrogauit abbatē aloniuꝫ dicens. quid est contēptus? Et dixit senex. Ut sis infra animalia irrationabilia: ꝛ scias quia illa non contennūtur dixit itē qui supra. quia humilitas terra ē in qua dn̄s sacrificiū fieri mandauit. Rursus dixit. quia si hō ordinē suuꝫ custodiat: non conturbabitur. iterū dixit. quia sedentibus aliquādo senibꝰ ad manducandū. stabat abbas aloniꝰ ꝛ ministrabat: ꝛ vidētes laudauerūt. ille aūt oīno nihil respōdit. dixit ergo ei quidam secrete. quare non respondisti senibꝰ laudantibꝰ te? Et dixit abbas aloniꝰ. quia si r̄ndere eis. īuenir er d̄lectatꝰ laudibꝰ meis. Narrauit abbas ioseph quia sedētibꝰ nobis aliquando cū abbate pastore. nominauerūt abbatē agathonē. ꝛ diximꝰ ei. iuuenis ē. quare eū appellas abbateꝫ? Et dixit abbas pastor. quia os suū fecit eū appellari abbatē. dicebāt d̄ abbate pastore. qꝛ nūq̄ voluisset s̄monē dimittere supra v̄bū alteriꝰ senis: sꝫ magis lau-

dauerit sẽper: q̃ ille dixisset. Uenit aliquã do: sancte memorie theophilus eps̃ alex andrinus in scithym. Congregati autẽ fratres: dixerunt abbati pambo. Dic vnũ sermonẽ pape: vt edificet animus eius i hoc loco. Et respondit senex. Si in taciturnitate mea non edificatur. neq̃ in sermone meo edificabitur. Narrauit frater pystus dicens. Quia iuimus septẽ fratres solitarii ad abbatẽ sysoi. habitantẽ in insula clismatos: et cũ rogaremus eũ vt diceret nobis aliqd. ille respõdit. Ignoscite mihi. qz ydiota homo sũ: sed veni aliqñ ad abbatem Or. et ad abbatẽ atrẽ. et erat i infirmitate abbas Or decẽ et octo annis. et cepi supplicare eis. vt dicerẽt mihi aliqd vbũ Et dixit abbas or. Quid tibi habeo dicere? quicqd vides: fac. Deus enĩ illius ẽ. q sibi vltra q̃ potest extorquet et violẽtiaz facit ad omnia. Hi tamẽ ambo non erant de vna puĩcia: hoc ẽ abbas Or et abbas atrem. Fuit autẽ inter eos magna gratia donec exirent ambo de corpore. Abbas aũt atrem sũme obediẽtie erat abbas vo or multe humilitatis. Feci ergo apd eos paucos dies. inuestigans virtutez eoꝝ: et vidi mirabile quid: quod fecit abbas atrẽ Attulerat enĩ eis quidã piscem modicũ: et voluit illũ facere abbas atrem. seniori abbati or. Posuerat ergo abbas atrem cultellũ. et incidebat piscẽ illũ: et vocauit eum abbas or dicens. Atrem atrem? Ille vero statiz dimisit cultelũ i medio pisce iciso et nõ pericidit eũ: et cucurrit ad eũ. Et miratꝰ sũ tantaz obedientiaz eius: quia nõ dixit expecta donec incidero piscez. Dixi autem ego abbati atrez: Ubi inuenisti obedientiam hanc? Et ille mihi respondit. Non est mea. sed istius senis est. Et tulit me: dicẽs. Ueni et vide obedientiaz eius. Coxit ergo modicũ piscem male: ita vt perderet eũ voluntarie: et apposuit eũ seni: et manducauit nihil loquẽs: et dixit ei. Bonũ ẽ senex. Et ille rñdit. bonũ valde. Post hec attulit ei illd modicũ nimis bñ coctũ: et dixit. ecce istud pdidi senex: male istud coxi. Et ille rñdit. Etiã modice tibi male exiuit. Et cõuersus ad me abbas atrẽ dixit. Uides qz hec obediẽtia istiꝰ senis ẽ? Et exij ab eis et qcqd vidi h feci sm virtutez meã. Hec dixit abbas sysoi fratribꝰ. Unus autez ex nobis rogauit eũ dicens. Ostende caritatẽ: et dic nobis et tu vnũ smonez. Et dixit. Qui habet quod innumerabile est in scientia: perficit omnẽ scripturã. Itez alter ex nobis dixit ei. Quid est peregrinatio pater? et respondit. Tace et i oĩ loco quocũq̃ veneris dic. Non habeo causaz: et hec est peregrinatio. Uenit quidã frater ad abbatẽ sysoi in mõtez abbatis Antonij: et loquentibus eis: dicebat abbati sysoi. Modo adhuc non peruenisti ad mensurã abbatis Antonii pater Et respondit ei senex. Ego si haberẽ vnaz cogitationẽ abbatis Antonij: efficerer totus velut ignis. Uerũtamẽ scio hoĩez: qui cũ labore potest ferre cogitationes suas. Itez aũt iterrogauit eũ frater ille dicens. Putas sic persequebatur sathanas antiquos? Et dixit ei abbas sysoi. Modo plus quia tẽpus eius appropinquauit et turbatur. Uenerunt quidã alii ad eũ vt audirẽt ab eo sermonẽ: et nihil eis loquebatur: sed semper dicebat. ignoscite mihi. Uidentes aũt sportellas eius: dixerũt discipulo eius Abrahã. Quid facitis de sportis istis? Et respõdit eis. Huc et illuc eas expendimus. Hoc aũt audiẽs senex: dixit: Et sysois hic et ide mãducat. Illi aũt audiẽtes edificati sunt valde. i humilitate senis: atq̃ cũ gaudio recesserũt. Frater quidã iterrogauit abbatẽ sysoi dicẽs. Uideo meipsum. qz memoria mea ad deũ itẽta sit. Et dixit ei senex. Nõ est magnũ hoc. vt mẽs tua cum deo sit. Magnũ aũt est sĩ teipsũ videas sub omni creatura. hoc aũt et labor corporalis corrigit: et ducit ad humilitatis viam. Dixit btẽ memorie sincletice. Sicut ipossibile est nauẽ fabricare sine acutis: ita ipossibile est hoĩez sine humilitate saluari. Dixit abbas iperitius. Arbor vite est i excelso: ascẽdit ad eã humilitas monachi: Dixit itez q supra. Imitare publicanũ illum: ne cũ pharisco dãneris: et seqre mãsuetudinẽ moysi: vt sũmitates cordis tui resecãs cõ

uertas in fontes aquaꝝ. Dixit abbas Orsisius. Si fragmen crude tegule i fūdamēto mittat̄. vbi iuxta sit fluuius. non sustinet vnū diē. cocta autē permanet velut lapis: ita est homo qui carnalē sapientiam habet ꝛ non est tēptationū igne excoctus sicut ꝛ Joseph. Huiuscemodi eni verbo dei resoluitur. qui cū initiū fecerit: multis tēptationibus in medio hominū agitat̄. Bonū est enī vt quis nouerit mensuras suas. ꝛ declinet in initio pondus: fortes autē in fide imobiles sunt. Nam de ipso sancto Joseph si velit aliquis loqui: dicet q꞉ nec terrenus erat. Quanto tēptatus. in quali prouincia. vbi nec vestigiū erat diuini cultus. Sed deus patꝝ eius erat cū eo. qui eripuit eū ex omni tribulatione: ꝛ nūc est cū patribus suis in regno celoꝝ. Et nos ergo agnoscentes mēsuras nostras certem⁹ vix enī possum⁹ nos effugere iuditiū dei. Senex quidā erat solitarius vacans ī heremo: ꝛ dicebat in semetipso quia perfectus esset in virtutibus. Hic orauit dcū dicens. Ostende mihi quid desit perfectioni mee. vt faciā. Uolens autē deus humiliare cogitationes eius: dixit ei. Uade ad illū archimandritā: ꝛ quicquid tibi dixerit facito. Reuelauit autē deus archimādrite illi. antequā ille veniret ad eū dicens. Ecce ille solitarius veniet ad te. dic ergo illi vt tollat flagellū. ꝛ vadat ꝛ pascat tibi porcos. Ueniens ergo senex pulsauit ostiū. ꝛ ingressus ē ad archimandritā illū. Et cū se salutassent: sederūt. Et dixit ei solitari⁹ ille qui venerat. Dic mihi quid faciā vt sim salu⁹? Et dixit ille. Facies quodcūq꞉ dixero tibi? Et respōdit. etiā. Et dixit ei. Ecce tolle flagellū ꝛ vade pasce porcos. Hi aūt q eū nouerāt ꝛ audierāt ꝺ eo: cū audierāt q꞉ porcos pasceret: dicebāt. Uidistis illū magnū solitariū ꝺ quo audieram⁹? Ecce stupuit cor eius. ꝛ a demonio vexatur ꝛ pascit porcos. Uidens autē deus humilitatem eius: q꞉ ita patienter sustinebat opprobria hominū: precepit eū iterū redire ad locū suum: Quendā senē monachū solitariū. Homo q a demōio vexabat̄ ꝛ fortiter spumabat: ꝑcussit in maxillā. Senex vero conuertit ei aliā maxillā. Statī demon non ferēs incendiū humilitatis illius mox exiliuit ab eo. dixit senex quidā. Qn̄ cogitatio superbie aut elationis cor tuū intrauerit scrutare cōsciētiā tuā. Si oīa mandata diuina custodisti: si iīmicos tuos diligis. si gaudes in aduersarii tui glorificatione. etsi cōtristaris ī minoratōe eius: ꝛ si cognoscis teipm esse inutilē seruū ꝛ omniū peccatoꝝ deteriorē eē. Sꝫ nec tūc ita de te sentias: quasi omnia correxeris sciens q꞉ huiusmōi cogitatio tua vniuersa resoluet. dixit senex cuidā: Non appones cor tuū aduersus fratrē dicens. quia tu illo sobrior ꝛ cōtinentior ꝛ intelligētior sis. sed subditus esto gratie dei ī spū paupꝫtatis: ꝛ ꝑ caritatē non fictā: ne spū exaltationis elatus perdas laborē tuū: sed esto spiritali sale conditus ī christo: Dixit senex. Quia si quis plusquā dignus est honoratur aut laudatur amplius patitur detrimētū qui aūt omnino nō fuerit ab hoībus honoratus: hic in celestibus honorabitur. Frater aliquis interrogauit senem dicens. Bonum est assiduc penitere? Et respondit ei senex. Uidimus Jesum filium naue quia cum pronus iaceret in facie apparuit ei deus. Interrogatus senex quare ita inquietaretur a demonibus. respondit. Dico quia arma nostra abiicim⁹: quod est cōtumelia: ꝛ humilitas patientia ꝛ paupertas. Frater quidam interrogauit senē dicens. Si quis frater tulerit ad me de foris cogitationes suas: dicā ei vt nō eas afferat ad me? Et respondit ei senex. Noli. Et dixit frater. Quare? Respondit ei senex: quia nec potuimus id custodire: et ne forte cum dicimus proximo ne faciat illud: inueniamur et nos postea idipsū facientes. Et dixit frater. Quid ergo debet fieri? Et respondit ei senex. Si voluerimus taciturnitatem seruare: sufficit proximo modus ipse. Interrogatus est quidā senex: quid esset humilitas. Et ille respondit. Si peccanti fratri in te ignoueris: antequā apud te penitentiam agat. Di-

xit senex. In omni temptatione non cul/pes hominē sed temetipsum tantuз dicēs. quia pro peccatis meis hec euenerunt mihi. Dixit senex. Nunq̄ preterivi ordinē meum. vt altius ambularez: neqз sum aliquando in humilitate positus. Oīs eni cogitatio mea in hoc erat vt deprecarer deum: quousqз spoliaret me veterem hominem. Frater quidā interrogauit senem dicens. Quid ē humilitas? Et respōdit ei senex. Ut benefacias his qui tibi male faciant. Et dixit frater. Ut perueniat homo in hanc mensurā quid faciet? Respondit ei senex. Fugiat eligens taciturnitatē. Frater aliquis interrogauit senē dicens: Quod est op⁹ peregrinationis? Et ille dixit ei. Scio fratrē peregrinantez qui cuз inuentus eēt in ecclesia. z contigisset ibi fieri agapen: sedit ad mensaз vt manducaret cum fratribus. Dixerunt autez quidā/ Istū hic quis tenuit? Et dixerunt ei. Surge z vade hinc foras. Qui surrexit z abiit. Alii vero contristati d̄ expulsiōe ei⁹ egressi sunt z reuocauerūt eū: post hec interrogauit eum quidā dicens. Quid putas est in corde tuo: quia expulsus es: et iteruз reuocat⁹? Et ille dixit. Posui ī corde meo quia equalis essem cani. qui quando insectatur foras egredit̄: quando autez vocatur ingreditur. Uenerunt quidā aliquando de thebaida ad quendam senem. habētes secuз vnū qui a demonio vexabatur: vt curaretur ab illo sene. Senex vero cū diu rogaretur. dixit demoni. Exi d̄ factura dei. Et respondit demon. Exeo. sed interrogo te vnum sermonē. vt dicas mihi Qui sunt hedi: z qui sunt agni. Et dixit senex. Hedi quidē tales sūt q̄lis ego: agnos vero deus scit. Et audiens demon clamauit voce magna dicēs. Ecce propter istaз humilitatē tuaз ego exeo. Et exiuit eadē hora. Manebat quidaз monach⁹ egypti⁹ ī suburbano cōstātinopolitane ciuitatis: z dū trāsiret Theodosi⁹ iunior imperator p viam illā: reliquit omnes qui ī obsequio eius erant: z venit solus ī cellā ei⁹: z pulsans ad hostium monachi: aperuit ei monach⁹. Uidens autē euз agnouit q2 imperator esset: sic tamen suscepit eū tanq̄ vnum ex officio militantium. Cum ergo introisset fecerunt orationez z sederunt. Cepit autem eum interrogare imperator dicēs. Quomodo sunt patres ī egypto. Et ille respondit. Orāt pro salute vestra omnes. Imperator autē circunspiciebat in cella eius si quid haberet: z nihil ibi vidit nisi paruam sportellā. habentem modicū panis z lagenā aque. Et dixit ei monachus. Gusta modice. Et īfudit ei panem: z imisit oleū z sal: z mādicauit z dedit ei aquā bibere. Dixit aūt ei īperator. Scis quis sim ego. Et ille dixit ei: Deus te scit quis sis. Tūc dixit ei. Ego suз Theodosi⁹ imperator. Ille autē statim adorauit salutans eum humiliter: z dixit īperator. Beati estis vos monachi: qui securaз vitā habetis. et nō cogitatis de hoc seculo. Ueritatē dico: quia in īperio natus sū et nunq̄ ita delectatus suз pane et aqua. sicut hodie. Satis enim et libenter comedi. Et cepit ex tunc honorare euз imperator. Senex ergo egrediēs fugit: et iteruз venit in egyptuз. Dicebāt senes. Quia quando tēptamur tunc magis hūiliamur quoniaз deus sciens infirmitatem nostrā protegit nos: si autem gloriamur aufert a nobis protectionem suā: et perimus. Cuidam fratri apparuit diabolus trāsformatus in angeluз lucis: et dixit ad euз. Ego sum angelus gabriel. Quare clausisti oculos tuos. Ego sum missus ad te. Ille autē dixit ei. Uide ne forte ad alium missus sis ego enim non sum dignus vt angelus mittatur ad me: diabolus autē statim non cōparuit. Dicebāt senes. Quia si vel pro veritate angelus tibi appareat non suscipias facile: sed humilia temetipsuз dicēs. Non sum dignus videre angeluз. viuēs in peccatis. Narrauerūt de alio sene: qa sedens in cella sua et sustinens temptationes viderit demones manifeste: et cōtemp-serit eos. Cum autem diabolus se videret vici a sene: venit et ostēdit se ei dicēs. Ego suз xp̄s: quare clausisti oculos tuos.

Et respondēs senex dixit ei. Ego hic xp̄m nolo videre: sed in alia vita. Audiens autem hec diabolus non comparuit. Alterum senem volentes seducere demones dixerunt ei. Vis videre xp̄m? Et ille dixit. Anathema vobis: et de quo dicitis. Ego autem meo christo dicenti credo. Si quis vobis dixerit ecce hic christus. ecce illic. nolite credere. Quo dicto statim non cōparuerunt. Narrauerunt de alio sene. quia perseuerauit ieiunās septuagīta hebdomadas: semel in hebdomada reficiens. Hic postulabat a deo de quodam sermone scripturarum sanctarum: et non reuelabat ei deus. Dixit ergo in semetipso ecce tantum laborem assumpsi et nihil profeci: vado ergo ad fratrem meum et requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset hostium vt abiret: missus est ad eū angelus domini dicens. Septuagīta hebdomade quas ieiunasti non te fecerūt proximū deo. nūc vero quādo ita hūiliatus es: vt ad fratrem tuum pgeres missus sum tibi indicare sermonem. Et apiens ei de re quā q̄rebat. discessit angelus ab eo. Dicebat senex qdam. Quia si quis timore dei et hūilitate iniungit fratri aliqd facere: sermo ipse qui propter deū egreditur: facit fratrē illū subiectum existere: et īplere quod fuerat īperatum: si autē quis volens iubere fratri. et non hoc sm̄ timorē dei fecerit: sed quasi p auctoritatem: volens sibi in eo potestatē defendere: deus videt occulta cordis. nō pmittit eū audire vel facere qd̄ iubet. Mālfestū est enī opus quod sm̄ deū fit: et iterum manifestum est: qd̄ p voluntate aut potestate iniungit: qm̄ quod a deo ē cū hūilitate et obsecratiōe īperat qd̄ autē ex potestate est: cū furore et pturbatione: vtpote qm̄ a maligno ē. Dixit senex volo uīci magis cū hūilitate q̄ vincere cū superbia. Dixit senex: non cōtēnes astantē tibi: qm̄ nescis vtrum in te sit spiritus dei: an ī illo. Assistē tē aūt tibi dico eū: q minister tu⁹ ē. Frater aliqs interrogauit senē dicēs. Si hito cū illis fratrib⁹ et video aliquā rem īconuenietē vis vt loq̄r? Et dixit ei senex. Si sunt aliq maiores tibi aut coetāei. tace magis: et reges habebis. In hoc enī q̄ te minorē facies. etiam securum te reddes. Dicit ei frat. Quid ergo facio pater? pturbat enī me spiritus. Dicit ei senex. Si laboras: cōmōe facito semel humiliter Si autem non obediūt tibi: relique laborē tuū in cōspectu dei. et ipse te cōsolabitur. Hoc est enim vt proiicit se dī cultor coram deo: et relinquat ipse voluntates suas. Attende aūt tibi vt secundum deū sit solitudo tua: et tamē quo modo video. bonū est tacere. Humilitas enim tibi est taciturnitas. Frater qdam interrogauit senē dicēs. Quid ē profect⁹ hominis? Et rn̄dit ei senex. profect⁹ hominis est humilitas. Quātum enim quis ad humilitatē inclinatus fuerit. tantum eleuabitur ad profectum. Dixit senex. Quia si quis dicat alicui ignoscite mihi. humilians se: combure t demones temptatores. Dixit senex. Si acquisieris taciturnitatē nō habeas apud temetipsum. quasi aliquā virtutem iam obtinueris: sed dic quia idignus sum loqui. Dicebat senex quidā. nisi velauerit pistor oculos āimalis circueuntis ad molam. conuerteret se āimal et comedet labores suos: ita et nos velamē accipimus secūdum dispensationem dei. ne videamus q̄ operamur bona. et beatificātes forsitan nosmetipsos pdam⁹ mercedem nostrā. Propterea ergo relinquimur p interualla temporum simul et semel sordidas cogitationes assumere: vt cū easdem cogitatiōes aspicimus. nosmetipsos pprio inditio condemnemus. He enim sordide ipse cogitatiōes: velamen sint ipsius modici boni opis. Quādo aūt hō se ipsū accusat. ñ pdit mercedē suam. Dixit senex qdā volo magis doceri q̄ docere. Item dixit. Non doceas añ temp⁹: alioquin oī tēpore vite tue minoraberis itellectu. Interrogatus ē quidā senex. qd ē humilitas? Et rn̄dens dixit. Humilitas magnū opus est et diuinū. Via aūt humilitatis hec ē. vt labores corporales assumi debeāt. et ascribat seipsum hō peccatorem: et ponat se subiectum omnibus. Et dixit frater. Quid ē

esse sub hominib⁹? Respondit senex. Hoc est esse subiectū hominibus: vt non attendat quis aliena pctā: sed sua semp aspiciat: et deprecetur sine intermissione deū. vt ignoscat. Rogauit quidā frater senē dicens. Dic mihi vnā rē quam custodiā et viuā per eam. Et dixit ei senex. Si potueris contumeliam pati et sustinere: magnū est hoc. et super omnes ꝟtutes. Dixit senex. Qui cōtemptum et iniuriā et damnū patiēter fert potest saluus eē. Dixit senex cuidā. Nō habeas noticiā cū abbate: neq; frequēter adiungeris ei: qm̄ ex hoc fiduciā sumes: et desiderare incipies vt teneas etiā ipe primatum. Frater quidā erat in ɔgregatione: et omne pond⁹ quod fratribus iminebat ipe suscipiebat: ita vt se etiā in fornicatione accusaret. Quidā autē fratres ignorantes act⁹ ei⁹ ceperūt murmurare aduersus eū dicentes. Quanta mala fec hic: et nec operat. Abbas autē sciens que agebat fr ille dicebat fribus. Volo vnam mattulā isti⁹ fratris cū hūilitate: q̄ȝ omnes vr̄as cū superbia. et vt demonstraret ex dei iudicio: q̄lis esset frater ille: attulit oīa q̄ opati fuerāt alii frēs et mattā eius de q̄ querebāt: et accendit ignē. et iactauit i medīū: cōsumptaq; sunt opera et matte illoꝝ oīa: matta autem fratris illius illesa pmāsit. Hoc aūt vidētes illi fratres timuerūt et penitētiā corā illo egerūt hūtes eum de inceps velut patrē. Interrogatus ē q̄dam senex quomō quidā dicerent videre se aspectū angeloꝝ. et respōdit dicens. Beatus est qui pctm̄ suum semp videt. Frater aliqs cōtristabatur aduersus aliū fratrē. Quod audiēs ille venit satisfacere ei. Ille aūt nō aperuit ei ostiū celle sue. Perrexit ḡ ille ad quēdā senem: et dixit ei cām. et rn̄dit ei senex. Vide ne q̄si iusticiā adhibeas cāe apd̄ teipm̄ i corde tuo tāq̄ȝ culpatur⁹ frēs tuū: vt q̄si illū rephēdas et teips̄ iustifices: et ppt̄ea n̄ tetigit de⁹ cor ei⁹ vt apiret tibi. Verūtn̄ hoc est qd̄ dico tibi vt si vł ille peccauit i te pōas i corde tuo q̄ tu i illo peccaueris: et frēȝ tuū iustifica: et tūc dn̄s dat i corde illi⁹ ɔcordare tecū. et narrauit illi exemplum tale: dicens. Duo quidam erant seculares et religiosi: et colloquentes secū. egressi sunt: et facti sunt monachi. emulationem autem habentes vocis euangelice: sed non secundum scientiā: castrauerunt se quasi propter regnum celorum: Audiens autem hoc archiepus: excōmunicauit eos. Illi autē putantes q̄ bene fecissent. indignati sunt contra eum: dicentes. Nos propter regna celorum castrauimus nos: et excōmunicauit nos. Eamus et interpellemus aduersus eū. hierosolimorum archiepiscopuȝ. Abeuntes ergo: indicauerunt ei hec omnia et dixit eis archiepiscop⁹ hierosolimitaꝝ. et ego vos excommunico. ex quo iterum contristati. abierūt antiochiam ad archiepiscopum. et dixerunt ei omnia que acta fuerāt circa se. Et ille similiter excommunicauit eos et dixerunt ad semetipsos. Eamus romā ad patriarcham: et ipse nos iudicabit de omnibus istis. Eūtes ergo ad sūmū archiepiscopū romane ciuitatis: suggesserunt ei que fecerunt eis memorati episcopi. dicentes. Venim⁹ ad te: q̄ tu es caput omnium. dixit eis et ipse. Et ego vos excomunico: et segregati eritis. Tunc defecerunt extorres totius cōsilii: et dixerūt ad semetipos: Isti episcopi sibiinuicē deferunt et cōsentiūt. propter quod in synodis cōgregātur: sȝ eamus ad illū virū dei sanctū epiphaniū. episcopū de cipro q̄ propheta ē et personā hominis nō accipit. Cū autem pximarēt ciuitati ei⁹ reuelatū ē ei de ipis et mittēs in occursū eoꝝ. mādauit eis: Ne itretis ciuitatē istā. Tūc illi i se reuersi: dixerunt. In ꝟitate nos culpabiles sum⁹. Ut qd̄ ḡ nosipos iustificam⁹? Nūqd̄ q̄ illi nos iniuste excōmūicauerūt. etiā et iste pp̄heta? Ecce. n. de⁹ reuelauit d̄ nobis. et rephēderūt semetipos valde similiē et culpā quā fecerāt. Tūc vidēs deus q̄ corda nouit: q̄ se i ꝟitate culpabiles fecerāt reuelauit epo epyphāio. et vltro misit et adduxit eos. Et consolatos eos suscepit in cōmunionem. et scripsit de eis archiepiscopo Alexandrie: dicens. Suscipe

filios tuos: quoniam in veritate penitētiā egerūt. Et addidit senex, qui hoc exemplum narrauerat: dicens. Hec est sanitas hominis & hoc est quod vult de⁹, vt homo culpā suam proiiciat ante deum. Hec cū audisset frater: fecit secundū verbū sēis. & pergēs pulsauit ostium fratris. Ille autē mox vt sensit eū, primus apud illum de intus penitentiam gessit. aperuitq̄ statim ostium, & osculati sunt seinuicem ex animo: & facta est inter vtrosq̄ pax magna

Duo monachi qui erant etiā carnales fratres. habitabant simul: & volebat diabolus separare eos ab inuicem. Semel ergo vnus qui erat iunior etate incendit lucernam. & posuit eam super candelabrum. Fecit autem opera sua demon & euertit candelabrum: pro qua re cecidit eum maior frater cum ira. Ille autem penitentiā egit: dicens ei. Habe patientiā in me frater: et iterum accēdam eam. Et ecce virtus domini venit: et torquebat demonem illū vsq̄ mane. Demon autem nunciauit principi suo: quid factum fuisset. Et audiuit sacerdos paganorum id quod retulerat demon. & egressus fact⁹ est monach⁹: et ab initio conuersationis sue tenuit humilitatem: dicens. Humilitas soluit omnem virtutem inimici sicut ego audiui demones loquentes dicendo. Quia quando perturbamus mōachos. conuertitur vn⁹ ex eis. & agit penitentiam: et destruit omnem virtutem nostram. Explicit liber de Humilitate. Incipit liber d̄ p̄nia.

Icebāt fratres de

abbate Gelasio. qui habuerit codicem in membranis: valētem solidos decem & octo. Continebat enim vetus & nouū testamētū totū. & positus erat codex ipe in ecclesia: vt qui vellet de fratrib⁹ legeret in eo. Superueniens aūt qdā fr̄ peregrinus applicuit ad senē. & videns codicē illū concupiuit. & furat⁹ ē eum. & exiuit atq̄ discessit. Senex autem non est secutus post eum vt comprehenderet eum. cū vtiq̄ intellexisset quod fecerat. Ille aūt pergens in ciuitatē: querebat cui venderet eū. Et cū inuenisset qui vellet emere. cepit sedecim solidos preciū ipsi⁹ postulare Ille vero volens comparare dixit. Da mihi primum vt ondam eum et sic dabo tibi preciū. Dedit ergo illi codicē ad ostēdendū alicui. Quem accipiēs ille qui emere cupiebat. attulit eum ad abbatē Gelasium. vt probaret si bon⁹ esset codex: aut si tantū valeret. Dixerat enim ei et quātitatem quam venditor postulabat. Et dixit senex gelasius. Eme illū quia bon⁹ codex est: et valet hoc preciū quod dixit tibi. Ille aūt retulit venditori aliter: et nō sicut audierat a sene. Dixitq̄. Ecce ostendi codicem illū abbati gelasio. et dixit mihi quia bonus est: sed non valet quantū dixisti. Ille hoc audiens dixit ei. Nihil aliud dixit senex? Et respondit. Nihil. Tūc dicit ei. Jam nolo vendere codicem istū Cōpunctus autē venit ad senē. penitētiā agens: et rogans eū vt codicem reciperet Senex autē nolebat eum recipere. Tūc dixit ei frater. Quia si nō recipis eum: nō possum securus esse. Et dicit ei senex. Si nō potes securus esse nisi recipiā: ecce recipio eū. Et remansit frater ille apud eū. vsq̄ ad exitū suum: proficiens de patientia senis. Factus ē aliquando conuentus in cellis pro quadam causa. et locut⁹ quidem Euagri⁹ abbas. Et dixit ei p̄sbiter mōasterioꝝ. Scim⁹ abba Euagri: q̄ si esses in patria tua forte aut episcopus eras aut multorū caput: nunc aūt hic velut pegrinus sedes. Ille vero cōpunctus non quidem turbulenter aliquid respondit: sed mouens caput: respiciens ad t̄rā digito scribebat et dixit eis. Reuera fratres ita est. Sedente aliquando abbate Joanne breui statura. ante ecclesiā. circundederunt eum fratres: et exquirebāt ab eo singuli de cogitatiōibus suis. Quidam autem senex hoc audiens: accensus inuidia dixit ei. Suriscula tua abba Joannes. plena veneno est. Et respondit ei abba Joannes. Ita est abba. Hoc autem dixisti q̄rea que foris sunt tantūmodo vi

des. Si autē videres que intro sunt. quid eras dicturus? Dicebant de Joāne minore ꝺ thebaida. qui fuit discipulus abbatis Antonii. qꝛ duodecī ānos fecerat i ministerio. seruiēs seni i infirmitate eius: ꝛ pꝰ hec sedebat super mattā. Senex vero contristabatur pro eo. Et cū multum laborasset cū illo: nunꝗ̄ dixit ei. sanus esto. Quādo autē iam moriturus erat. residentibus senibus loci. tenuit manū eiꝰ. ꝛ dixit. Sanus sis. sanꝰ sis. sanus sis. Et tradidit eum senibus: dicens. Hic angelus ē. non hō. Dicebāt de abbate hisidoro q erat in scithi qꝛ siqs habuisset fratrē infirmū aut pusillanimē aut iniuriosū. ꝛ volebat eum expellere foras. ille dicebat. Adducite eum ad me. Et apprehendēs eū: patientia sua curabat animū fratris illius. abbas Macharius in egipto positus iuenit hominē q adduxerat animal. ꝛ rapiebat q̄ habebat. Ipse vero vt peregrinus astitit furi ꝛ adiuuabat eū ad animal onerandū: ꝛ cū omni quiete deduxit eū: dicens i semetipo. Nihil intulimꝰ in hunc mūdum: sed dominus dedit. et sicut ipse voluit ita factuȝ est: bn̄dictus in oībus deus. Facta aliqn̄ cōgregatiōe fratrum in scithi cū voluisset senes probare abbatē moysem contempserunt eum dicentes. Ut quid iste ethiops in medium nostrū venit? Ille aūt audiēs tacuit Cum vero dimissus fuisset conuentꝰ: dixerunt ei hi q iniuriose euȝ tractauerāt. Nec modo non es turbatus? Et ille respondit Turbatus sum: et non sum locutꝰ. Pasysius frater abbatis pastoris habuit effectum cum quodam monacho ex cella sua. Abbas autēȝ pastor nolebat hoc. Qui cōsurgens iuit ad abbateȝ āmona: et dicit ei Frater meus Paysiꝰ habet cū quibusdā affectū quod ego nō libēter fero. Dicit ei abbas āmonas. Abbas pastor ad huc viuis: vade in cellā tuā. ꝛ pone in corde tuo qa iā ānū habes i sepulchro. Dixit abbas pastor. Oīs labor qcūqȝ euenerit tibi: ex taciturnitate superat. Quidā frater lesus ab alio fratre vēit ad abbatē sysoi thebeum: ꝛ dixit ei. Lesus sū a quodaȝ fratre ꝛ volo me ego vindicare. Senex autē rogabat eū dicēs. Noli fili: sȝ dimitte magis deo vindictā. Ille atem dicebat. Non quiesco. donec me fortiter vindicauero. Dixit autē senex. Quia hoc semel statuisti apud te surge oremus. Et surgens senex: dixit. Deus iam nobis non es necessariꝰ: qa nosipi ꝛ volumꝰ ꝛ possumꝰ nos vidicare. Hoc autem audiens frater. cecidit ad pedes senis illiꝰ dicēs. Jā n̄ contēdā cū fratre illo. sȝ rogo: igsce mihi. Quidā vidēs quēdā religiosum portantē mortuū i lecto: dicit ei: mortuos portas? vade. ꝛ viuētes porta. Dicebāt ꝺ quodā monacho. qꝛ quot qs appetisset aut exacerbassȝ eū: tantomagis ille ad eū cōcurrebat: dicēs. Quia huiusmōi causa hoīes corrigunt. ab his qui in conuersatione studiosi sunt. Nā qui eos beatificant magis confūdunt aīas eoꝝ. Scriptū est enim. Quia qui beatificant vos. seducūt vos. Uenerūt aliquādo latrōes in monasteriū cuiusdaȝ senis: ꝛ dixerūt ad eū. Oīa que in cella tua sunt: tollere volumus. Et ille dixit. Quantū vobis videtur tollite filii. Tulerūt ergo quodcūqȝ iuenerūt in cella senis: ꝛ abierūt. Obliti sūt auteȝ ibi sacculū quod erat absconditū i cella. Senex vero tollens eum. secutꝰ ē post eos clamans ꝛ dicēs. Filii tollite quod obliti estis in cella. Illi vero admirantes patientiā senis: reuocauerūt omnia in cellam eiꝰ et penitentiā egerunt omnes ad inuicem dicentes. Hic vere homo dei est.

Fratres quidam venerunt ad quendam senem sedentem in deserto loco. ꝛ inuenerunt foris extra monasterium puerum pascenteȝ pecora ꝛ loquenteȝ verba que non decebant. postq̄ȝ vero viderunt senē ꝛ indicauerunt ei cogitationes suas: ꝛ de responsione eius se profecisse senserūt. dicunt ei. Abba quomodo acquiescis tecū habere pueros istos. ꝛ nō precipis eos vt constringātur. Et dixit senex. Credite mihi fratres dies habeo multos ex quo volo eis precipere. ꝛ redarguo meipsum dicēs. Si hoc parum non portauero. quomodo maiorem temptationē si permiserit mihi

deus inferri: portare possum. Et pro/pterea nihil eis dico. vt fiat cõsuetudo portandi ea que superuenerit. Narrauerunt de quodam sene. qui habuerit puerulum cohabitantem secum: ⁊ videns eum quia fecerit opus quod non expediebat ei dixit ei semel. Non facies hanc rẽ. ⁊ ille nõ obediuit ei. Hoc autem senex videns. abiecit de cogitatione sua curam illius: iactãs ꝓ/prium iudiciuꝫ super ipo. Puer autẽ clausit ostium celle in qua erãt panes per tres dies: ⁊ dimisit senem ieiunuꝫ: ⁊ non dixit ei senex. vbi es. aut quid facis foris: habebat autem vicium senem. qui cum agno/uisset: qa tardaret puer ille fecit pulmentũ modice ⁊ dabat ei per parieteꝫ: ⁊ rogabat vt gustaret. Et dicebat seni: Quid tardat frater ille foris: Senex vero dicebat. Qñ ei vacauerit. reuertetur. Narrauerunt aliqui. Quia philosophi quidam aliquan/do voluerunt probare monachos: ⁊ venit vnus monachus transiẽs: stola indutus et bene vestitus: Et dixerunt ei philosophi. Tu veni huc monache. Jlle vero indignatus iniuriis agressus est eos. Trãsijt et alter monachus. magnus rusticus genere ⁊ ipi dixerunt ei: Tu mõache male senex veni huc. Jlle vero cursim venit: ⁊ cepe/rũt ei alapas dare. Jlle auteꝫ cõuertit eis aliam maxillaꝫ. Statim vero philosophi illi surrexerunt: ⁊ adorauerunt eũ dicẽtes Uere hic ẽ monachus. Et fecerunt eũ sedere ĩ medio sui. ⁊ interrogauerũt eum dicẽtes. Quid ẽ quod plus facitis nobis ĩ solitudine ista: Jeiunatis ⁊ nos ieiunamus. Castigatis corpora vestra. Et nos castigamus. Sed quicqd aliud facitis: ⁊ nos faci/mus. Quid ergo plus facitis nobis sedentes ĩ heremo: Respõdit eis senex: Jn gratia dei ſpamus nos: ⁊ mentem nostrã cu/stodim⁹. Et illi dixerũt ei. Nos hoc custo/dire ñ possum⁹. Et edificati: dimiserũt eũ Senex quidam erat habens probatuꝫ discipulũ: quem aliquando cõtristans expulit foras. Jlle vero expectabat sedens fo/ris. Et aperiens senex ostium inuenit euꝫ: ⁊ penitentiam egit apud eum dicens. Ab hodierno die tu pater meus. quoniam humilitas et patientia tua vicit pusillanimitatem animi mei. Ueni ergo intus. ammodo enim tu pater et senex ego autem iuuenis ⁊ tuus discipulus: quoniam opere tuo superasti senectutem meam. Dicebat quidam senum ꝙ audierit ab aliquo viro sancto esse iuuenes: qui ducatum prebeãt senibus ĩ vita ista: ⁊ narrauit dicẽs. Quia erat quidam ebriosus senex. et operabat̃ vnam mattam in die: ⁊ vendebat eam in vicino vico: ⁊ bibebat quod accipiebat ꝺ̃ precio eius. Postea ergo venit ad eum iuuenis quidam frater: ⁊ manebat cum ipo qui similiter operabatur ⁊ ipse mattã vnã Tollebat autem senex ⁊ vendebat: et ambarum mattarum precium expendebat in vino. Jlli autem fratri afferebat tantũ/modo modicum panis ad vesperã: Et cuꝫ hoc triẽnio iugiter faceret. nihil locut⁹ est frater ille. Post hec vero dixit frater ille in semetipso. Ecce nudus sum: ⁊ paneꝫ cũ egestate comedo. surgam ergo et discedã hinc. Jterum autem cogitauit ĩ semetipo dicens. Ubi habeo ire: Sedebo hic. Ego enim propter deum sedebo in hac vita cõmuni. Et statim apparuit ei angel⁹ domini dicens. Nusqꝫ discedas veniemus eũ ad te cras. Et rogauit frater senem dicẽs Non discedas hinc alicubi. quia venient hodie mei tollere me. Cum ergo facta eẽt hora qua solebat senex descendere ad vicum dicit fratri. Non venient hodie fili: iam enim tarde est. Et ille dixit ei. Omnino scias quia venient. Et dum hec loqueretur: dormiuit in pace. Senex autem flebat: dicens. Heu heu me fili: quia multis annis sub negligentia viuo: tu autem paruo tempore saluam fecisti per patientiam animam tuam. Et ex illo die factus est se/nex sobrius et probatus. Dicebant de quodam fratre: qui seni cuidam magno vicinus erat. quia ingrederetur et rape/ret quicquid habebat senex in cella sua. Uidebat aũt senex. et nõ obiurgabat euꝫ sꝫ extorqbat sibi pl⁹ solito maib⁹ opari dicẽs. Credo op⁹ habꝫ iste fr. Et exigebat a se

maiorē solito laborē ꝛ astringebat ventrē suum: vt cum indigentia comederet panē suum. Cum autem mori cepisset senex ille circunsteterunt eum fratres. ꝛ respiciens in eum qui furabatur ꝛ dicit ei. Junge te huc ad me: ꝛ tenuit ꝛ osculatus est manus eius dicens. Gratias ago istis manibꝰ fratres: quia propter ipsas vado ad regnum celoꝝ. Jlle autem conpunctus ꝛ penitētiam agens factus est ꝛ ipse probatus monachus exemplum sumens de actibꝰ magni senis illiꝰ. Fuit quedā meretrix nomine Thais tante pulcritudinis. vt multi ꝑpter eam venditis substātiis suis pene ad vltimam peruenirent paupertatē: ꝛ amatores sui pre zelo litibus inter se consertis frequenter puelle limina sanguīe iuuenū replebātur. Quod cū audisset abbas Paphūcius sumpto habitu seculari ꝛ vno solido. profectus est ad eam ad quandam ciuitatem egypti deditqꝫ ei solidum quasi ꝑ mercede peccandi. Jlla accepto precio ait illi. Jngrediamur domum. Cum autē eēt ꝛ lectum preciosis vestibus stratum ascēdere inuitaretur dicit ad eam. Si est interius cubiculum in ipsū eamus. Jllaqꝫ dixit. Est quidem cubiculum vbi nullus ingreditur. sꝫ deo non ē locus qui diuinitatis eius oculis abscondatur. Quod cū senex audisset dixit ei. Et scis esse deū? Cū autem respondisset se scire deum ꝛ regnū futuri seculi necnon ꝛ tormenta peccatorum. Dixit ei senex. Si ergo hec nosti: cur tantas animas perdidisti. vt non solū pro tua. sed et illoꝝ animabus reddita ratiōe damneris? Jlla vero hec audiens prouoluta ad pedes abbatis paphūtii exorabat dicens. Scio esse penitentiā pater. ꝛ confido remissionem peccatorū sortiri te exorante. Tantum peto tribus horis indutias. vt post hoc vbi iusseris ad te veniam: ꝛ quodcūqꝫ preceperis faciam. Cumqꝫ locum illum abbas constituisset quo venire deberet illa collectis omnibus quecunqꝫ ex peccato susceperat: perlatisqꝫ in mediā ciuitatem combussit: clamās. Venite oēs qui peccastis mecum: et videte quomodo ea que mihi contulistis exuram: Erat autem precium eorum bonorum quadringentarum librarum auri. Cumqꝫ omnia consumpsisset in locum quem ei abbas cōstituerat perrexit. Quam ille reperto virginum monasterio .i. cella parua claudēs ostium celle plumbo signauit paruamqꝫ fenestram reliquit per quam ei victus modicus inferretur. iussitqꝫ omnibus diebus parum panis ꝛ paululū aque a ministris ministrari. Cum autem senex ostio plumbato discederet ait Thais. Quo iubes pater vt ex naturali meatu aquam meam fundā? At ille respōdit. Jn cella. Sic enim digna es. Cum iterū quemadmodum deum deberet orare inquireret. Dixit ei senex. Non es digna nominare deum neqꝫ in labiis tuis nomen diuinitatis imprimere. sed nec ad celum manus expandere: quoniam labia tua iniquitate sunt plena et manus tue sordibus inquinate: sed tantummodo incunbens contra orientem aspice hunc sermonem semper iterans: q me plasmasti miserere mei. Cū ergo tribus annis ita fuisset inclusa. condoluit ei abbas Paphuntius: et mox profectus est ad abbatem Antonium vt ab eo requireret: si remisisset illi deus peccata an non. Cum ergo causam rei narrasset conuocatis discipulis suis abbas Antonius precepit vt illa nocte omnes vigilarēt et in oratione persisterent singilatim: quatenus vni alicui ex his declararet deus causam pro qua abbas Paphuntius venerat. Cum ergo singuli secessissent ꝛ incessanter orassent abbas Paulus maior discipulus beati antonii abbatis. vidit subito in celo lectum preciosis vestibꝰ adornatum quem quattuor virgines clara facie custodiebant. Cunqꝫ Paulus intrasse diceret. Non est hec gratia alterius nisi patris mei Antonii: vox ad eum diuina facta est: ñ patris tui Antonii: sꝫ Thais meretricis est. qd cum mane facto abbas paulꝰ retulisset: cognita dei voluntate abbas paphuntiꝰ cū gaudio discessit: ꝛ ꝓfectꝰ ad mōasteriū in q̄ erat iclusa ostiū

quod obstruxerat dissipauit. Illa vero petebat vt adhuc permaneret diutius inclusa. Cum vero aperuisset ostium dixit. Egredere: quoniam deus dimisit tibi peccata tua. Illa respondit. Testor deū quoniam ex quo hic ingressa sum: ex omnibus peccatis meis feci velut sarcinam: et statui ante oculos meos. Et sicut non discedit anhelit⁹ de narib⁹ meis vna hora. sic nec discesserunt peccata mea ab oculis meis sed flebam illa semp considerans. Cui abbas respōdit. Non propter penitētiā tuā dimisit tibi de⁹ peccata tua: sed qa semp hunc timorē habuisti in animo. Et cū eā inde eduxisset: quindecim dies superuixit tantū et quieuit in pace. Quidam frater sedebat in cella in egypto: magna humilitate precipu⁹. Habebat autē sororem ī ciuitate meretricem. que multis animabus perditio fuerat. Frequenter ergo monebant senes fratrem illū: et vix potuerunt ei persuadere vt veniret ad eam: quaten⁹ per admonitionē eius posset peccatum qđ per eam fiebat terminari. Dum ergo veniret ad locum: quidā ex notis videns eum: precessit et nunciauit mulieri dicens. Ecce frater tu⁹ venit ad te de heremo. Illa aūt pre gaudio relictis amatoribus suis quib⁹ ministrabat: capite discooperto ad occurrendum fratri egressa est. Et cum vidisset eum: dum temptaret illum amplecti dixit ei ille. Soror mea carissima: parce iā anime tue: qm̄ propter te multi pereunt. Considera quanta habes tormenta ꝑparata: nisi cito penitere festinaueris. Illa autem cōtremiscens dicit ad eum. Et scis frater. quia est mihi salus: vel ammodo? Cui ille dixit. Si volueris: adhuc salus tibi est. Illa aūt iactans se ad pedes fratris sui petebat vt eam secum duceret in desertum. Cui frat̄ suus dixit. Vade et cooperi caput tuum: et sequere me. Cui illa respondit. Eamus ait velociter. Oportet enim me deformare: et inter homines poti⁹ nudo capite deambulare: q̄ in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularēt monebat eam frater ad penitentiam. Videns autem ille: quia quidam fratres obuiarent ei: dicit ad eam. Quoniam nec oēs omnes sciunt: q soror mea sis: parū de via secede: donec isti transeant. Quod cum fecisset: postq̄ transierunt illi vocauit eam frater suus dicens. Veni soror mea eam⁹ viam nostram. Illa autem non respondit ei. Perquirens ergo ille. inuenit eam mortuam: et vestigia pedum eius plena sanguine. Erat enim discalciata. Tunc ille flens et eiulans nūciauit senioribus patrib⁹ oīa que facta fuerant. At illi contendebāt inter se de saluatione ei⁹. Manifestauit autem domin⁹ vni seni de ipa: eo q nulla cura illi fuit de re corporali: sed vt propriū vuln⁹ sanaret neglexit omnia sua: et suspirauit grauiter. et fleuit pro peccato suo: ꝓpterea suscepit deus penitentiam eius.

Explicit liber de Penitentia

Incipit liber de Caritate

Dixit abbas Antonius. Ego iam non timeo deum sed amo: quia amor foris mittit timorem Dixit iterum: quia de proximo est vita et mors. Si enim lucramur fratrem: lucrabimur christum. Si autem scandalizam⁹ fratrem in christū peccamus. Abbas āmon de loco nitrie venit ad abbatem anthonium: et dixit ei. Video quia maiorem laborē q̄ tu sustineo. et quomodo nomen tuum magnificatum est in hominibus sup me. Et dixit ei abbas antonius. Quoniā et ego diligo deū plus q̄ tu. Venit aliquādo abbas hylarion de palestina ad abbatem antonium in montem: et dicit ei abbas antoni⁹. Bene venisti lucifer: qui mane oriris. Et dicit ei abbas hylarion. Pax tibi columna lucis: qui sustines orbem terrarum. Dixit abbas marcus abbati arsenio. Quare nos fugis? Et dixit ei senex. Scit deus quia diligo vos: sed nō possum esse cum deo et hominibus. Superiorum enim virtutum milia et milium milia vnā habent voluntatē: hn̄t hoīes autē multas volūtates. Nō possum ego deū dimittere: et venire et eē cū hoīb⁹. Dixit ab

bas agathō. Quia ſm voluntatē meā nūq̄ dormiui: retinens in corde dolorē quēq̄ aduerſus aliquē: neq̄ dimiſi dormire aliquem habentem aduerſum me aliquid.

Aſcendente aliquādo de ſcithi abbate Joanne cum aliis fratrib⁹ errauit qui eis ducatum prebebat in via. Erat enim nox: ⁊ fratres dixerunt abbati Joāni. Quid faciam⁹ abba: quia errauit frater iſte de via ne forte moriamur errantes? Et dixit eis ſenex. Si dixerimus ei aliquid ɔtriſtabit. Sed ecce facio me ipm̄ quaſi defunctū: ⁊ dico me non poſſe ambulare: ſed iaceo hic vſq̄ mane. Et fecerunt ſic. Sed ⁊ reſidui dixerūt. Nec nos ibim⁹: ſedebimus tecū. Et ſederunt vſq̄ mane: ne obiurgarent fratrem illū.

Senex quidā erat in egypto anq̄ veniret illuc abbas paſtor. Ille autē ſenex habebat noticiam hominum: ⁊ multū honorē. Cum ergo aſcendiſſet abbas paſtor de ſcithi cum ſuis dimiſerūt homines ſenē illum: ⁊ venerunt ad abbatem paſtorem. Ductus autē inuidia ſenex male loquebatur de eis: Hoc audiens abbas paſtor contriſtabatur: ⁊ dixit fratrib⁹ ſuis: Quid faciemus de ſene iſto magno: quia nos in tribulationē miſerūt homīes derelinquentes ſenē. ⁊ ad nos qui nihil ſumus attēdentes? Quomodo ergo poſſumus ſanare eum? Et dixit eis. Facite aliquid ad guſtandum: ⁊ tollite vaſculum vini ⁊ eamus ad eum ⁊ ſimul guſtemus: forſitan per hoc poſſumus ſanare animū ei⁹. Tulerunt ergo quos parauerant cibos: et perrexerunt ad eum. et dū pulſaſſēt oſtiū: reſpondit diſcipulus eius dicēs. Qui eſtis. et illi dixerunt. Dic abbati tuo quia abbas paſtor ē: et deſiderat benedici per vos. Hoc autem nunciāte ei diſcipulo ei⁹ ille mandauit dicens: Vade q̄r mihi nō vacat. Illi aūt perſeuerantes in caumate dixerunt. non diſcedimus niſi meruerimus benedictionem ſenis. Senex autē vidēs perſeuerantiam eoꝝ et humilitatē cōpūctus aperuit eis: et intrantes guſtauerūt cum eo. Cū vero manducarēt dixit ſenex In veritate dico minus eſt quod audiui de vobis: centuplū enim eſt quod video in opere veſtro. Factus eſt ergo eis amicus ex illo die. Dixit abbas paſtor. Conare ſecundum virtutem tuam. nulli oīno facere malū: et caſtū ſerua cor tuū cū oī homine. Iterum dixit. non eſt aliquid maius in dilectione q̄ vt aīam ſuā ponat q̄s pro ꝓximo ſuo: Etenim ſi q̄s audiens ſermonē triſtē cū poſſet ipſe id facere: certet atq̄ ſuſtineat ⁊ non contriſtet eum. vel etiam ſi leſus in re aliqua patiēter tulerit nō retribuēs ɔtriſtāti atq̄ ledenti ſe eo modo huiuſmodi hō aīam ſuā ponit ꝓ ꝓximo ſuo

Contigit aliquando abbatem pambo iter cum fratrib⁹ in partes egypti facere ⁊ videns q̄ſdam ſeculares ſedentes dixit eis. Surgite ⁊ ſalutate et oſculamini monachos vt benedicamini. frequenter enim cū deo loquūtur ⁊ ſancta ſunt ora eoꝝ. Dicebāt de abbate papbūtio quia non cito bibebat vinū. Aliquando autē in itinere ambulans. ſuperuenit in conuētū latronū ⁊ inuenit eos bibentes. Cognouit autem eum qui erat primus latronum. et ſciebat quia non biberet vinū: Vidēs ergo eum de multo labore impleuit calicem vini et alia manu tenuit gladium euaginatum: ⁊ dixit ſeni. Si non biberis occidam te. Senex vero ſciens quia mandatum dei vult facere et volens eum lucrari. accepit et bibit. Ille vero princeps latronū penitentiā apud eū egit dicēs: Ignoſce mihi abba. quia cōtriſtaui te. Et dixit ei ſenex Credo ī deo meo quia per hunc calicē faciat miſericordiam tecum ⁊ in hoc ſeculo ⁊ in futuro. Et reſpondit latro. Et ego credo in deo quia amodo non faciam alicui quicq̄ mali et lucratus ē ſenex omne collegium illorum latronum. per id quod ſe propter deum dimiſit voluntati eorū.

Dixit abbas hiperitius: Eripe proximum a peccatis quāta tibi eſt virtus ſine improperio. quoniam deus conuertentes a peccatis non repellit a ſe: Verbum autem malitie ⁊ nequitie nō hītet in corde tuo aduerſus fratrem tuum vt poſſis digne orare. pater dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos di

mittimus debitoribus nostris Duo fratres erant in cellis. vnus autem ex eis senex erat: Et rogabat eũ qui erat iuuenis dicens. Maneamus simul frater. Et ille dixit ei. Peccator sũ ꝛ nõ possũ manere tecũ. Ille autẽ rursus rogabat eũ dicens. Etiã possum⁹. Erat autẽ senex ille mundus: et nolebat audire ꝗ monach⁹ haberet in cogitatu fornicationẽ. Et dicit frater. Dimitte me vna hebdomada: et iterũ loquamur. Uenit ergo postmodum iuuenis ille: ꝛ volens senem probare dicebat. In magnam temptationẽ incurri hebdomada ista abba. Pergens eñ pro ministerio quodã in vico incidi in mulierẽ. Et dixit ei senex. Est tibi penitẽtia. Et dixit frater: etiã. Senex autẽ dixit. Ego tecũ porto medietatẽ peccati huius. Tũc dixit frater ille. Nõ scio quia possum⁹ simul esse: Et manserunt simul vsq₃ ad exitum suũ. Dixit quidã patrũ: si quis te petierit rẽ aliquam ꝛ violẽter prestiteris ei: sit volũtas animi in id qḋ datur: sicut scriptũ ẽ: quia si quis te angariauerit vnũ miliariũ vade cum ip̃o duo. Hoc autẽ est vt si quis a te petierit rẽ₃ aliquã: des ei ex aĩo ꝛ spiritu. Dicebant de quodam fratre quia cum fecisset sportas ꝛ iposuisset eis ansas: audiuit vicinum suum aliũ₃ monachũ dicẽtẽ. Quid facio quia proximũ est mercatum: ꝛ non habeo ansas quas imponam sportellis meis. Ille vero resoluit ansas quas imposuerat sportelis suis. ꝛ attulit eas fratri illi vicino dicens. Ecce istas ansas supfluas habeo: tolle eas ꝛ ipone sportis tuis. Et fecit op⁹ fratris sui proficere ad quod opus erat: ꝓprium autem opus reliquit iperfectũ. Dicebant de quodã sene i scithi quia egrotauit ꝛ voluit mãducare modicũ panis recentis. Hoc autẽ audiẽs quidam exercitatorũ fratrũ: tulit melotẽ suã. ꝛ misit in eam panẽ siccũ: ꝛ vadens in egyptum mutuauit illa pro pane recẽti ꝛ attulit seni. Et cũ₃ vidissent frẽs panes illos recentes mirati sunt. Senex aũt nolebat gustare dicens. Quia sanguis frĩs illi⁹ ẽ. Et rogauerũt illũ frẽs dicẽtes. Propter dñ₃ comede: ne vacuũ sit sacrificiũ fratris istius. Atq₃ itaq₃ rogat⁹ cõedit. Frater quidã₃ interrogauit quendã senẽ dicẽs. Duo sunt fratres ex quibus vnus quiescit i cella sua. protrahens ieiuniũ sex dierũ: ꝛ multum sibi labore₃ iponens: alter vero egrotantibus deseruierit. Cuius opus magis acceptũ ẽ deo: Respõdit ei senex. Si frater ille qui sex dieb⁹ ieiuniũ leuat. appendat se per nares non põt esse equalis illi q ifirmantib⁹ deseruit. Interrogauit quidam senem quenda₃ dicens quõ sunt modo quidam laborãtes in cõuersatiõe: ꝛ nõ accipiunt grã₃ sicut antiqui. Dixit ei senex Quia tũc caritas erat: ꝛ vnusq̃sq₃ ꝓximũ suũ trahebat sursu₃: nunc autẽ refrigescẽte caritate vnusq̃sq₃ ꝓximũ suũ deorsu₃ trahit: ꝛ propterea gratia₃ non meremur accipere. Perrexerũt aliquãdo tres fratres ad messem: ꝛ susceperũt certũ spaciũ sexagita modiorũ: quod meterẽt. Un⁹ aũt ex eis ip̃a prima die ifirmari cepit: ꝛ reuersus ẽ ad cellã suã. Duo aũt remanserũt: ꝛ dixit vn⁹ alteri. Ecce fr̃ vides ꝗ incurrit egritudinẽ fr̃ nr̃. extorque ḡ tu anĩo tuo paululũ: ꝛ ego meo similiter: ꝛ credim⁹ in deo: ꝗ ꝑ orõnẽ frĩs nr̃i iplebim⁹ nos duo opa: ꝛ metam⁹ partẽ ip̃i⁹. Cum ḡ explicassent messem toti⁹ loci quem susceperãt venerũt recipe mercedes suas. ꝛ vocauerũt frẽ₃ illũ dicẽtes. Ueni fr̃ accipe laborẽ tuũ₃: Et ille dixit eis. q̃lẽ mercedẽ accipia₃ ꝗ nõ messui: Et illi dixerũt ei. Orõnib⁹ tuis consumata est messis: veni ergo ꝛ accipe mercedes tuas. Facta ergo plurima contentiõe inter eos de hac re illo scilicet dicẽte: nõ accipiã. ꝗ nõ laboraui: illis ꝟo nõ acq̃escẽtib⁹: nisi ꝛ ip̃e acciperet ꝑtẽ suã₃: abierunt ad iudiciũ cuiusdã magni senis: et dixit ei ille fr̃. Perreximus tres vt meteremus in agro cuiusdã viri ad mercede₃. Cu₃ autẽ venissemus ad locu₃ quem messuri eram⁹: ip̃a prima die i egritudinẽ cecidi: et reuersus sũ in cellã meã nec vna die metere cu₃ eis ꝑualẽs et nũc cogũt me frẽs isti dicẽtes: veni accipe mercedes vbi nõ laborasti. Dixerũt aute₃ et illi frẽs

Reuera nos tres perreximus metere: et suscepimus spatiuz sexaginta modiorum qd metercremus. Et si fuissemus toti tres cum grandi labore vix potuissem⁹ explicare illud: orationib⁹ aūt fratris huius nos duo velocius q̄ tres potuim⁹ ꝛ demessuimus agrū. ꝛ diximus ei veni: accipe mercedes tuas: ꝛ non vult. Hoc audiens senex miratus est ꝛ dixit vni de monachis suis. Percute signum in cella fratrū: vt cōgregent se huc omnes. Qui cū venissent dixit eis. Uenite fratres: ꝛ audite hodie iustum iudiciū. Et indicauit eis omnia senex. ꝛ adiudicauit fratri illi vt accipet mercedes suas: ꝛ faceret ex his mercedib⁹ qd ipse vellet: Et discessit frater ille otristatus. ꝛ plorans: quasi preiudiciū passus. Dicebat quidā senex: quia patres nostri cōsuetudinem habuerūt venire ad cellas nouoruz fratrū: qui solitarii habitare volebāt conuersari: ꝛ visitabant eos: ne quis eorum temptatus a demonibus lederetur a cogitatione sua. Et si quando aliquis eorum inueniebatur lesus adducebant eum ad ecclesiā. ꝛ ponebatur peluis cum aqua: ꝛ fiebat pro eo oratio qui i temptationibus laborabat ꝛ lauabant omnes fratres manus suas in peluim: ꝛ perfundebatur aqua illa ille frater qui temptabatur. atq₃ ita statiz purgabatur frater ille. Duo senes multis ānis simul conuersati sūt: ꝛ nunq̄ inter se litez habuerūt. Dixit autē vn⁹ alteri Faciam⁹ ꝛ nos vnā litē. sicut hoīes faciūt. Et ille respōdit fratri dicēs. nescio qualiter fiat lis et ille dixit ei. Ecce pono in medio laterculum ꝛ ego dico meū ē hoc: tu aūt dicis nō s₃ meū ē. et ita fit litis initium. Posuerunt ḡ testā i medio sui: et dixit vnus eorum. Meum ē hoc. Et alter dixit nō: s₃ meū ē. Et ille respondit ei. Etiam tuū ē: tolle ꝛ vade. et discesserūt nec contēdere inter se potuerunt. Frater aliquis interrogauit senē quēdā dicens. Si video fratrem de quo audio aliquā culpā nō possum suadere aīo meo. vt introducam eū i cellā meā: si autē videro bonum fratrem ip₃ libenter suscipio. et dixit ei senex: Si facis bonū bono fratri: par boni facis illi alteri duplum ipende. Ipse est enim qui infirmatur. Dixit quidam senex nunq̄ desideraui opus quod mihi vtile esset: et fratri meo dispēdiū faceret. huiusmodi habens spem quia lucrum fratris mei opus fructificationis mihi est. Quidam frater erat minister cuiusdam fratris. Contigit autē q vulnus fieret i corpore senis ꝛ sanies multa ex eo cum fetore profflueret. Dicebat autem cogitatio sua fratri illi qui deseruiebat. Discede hinc: quia non potes sustinere fetorem putredinis istius. Ille vero frater vt reprimeret huiusmodi cogitatione. tulit vas aque ꝛ lauabat vuln⁹ senis illi⁹ et recollegit ipaz aquā ī vase: ꝛ q̄ticīs sitiebat ex ipsa bibebat. Cepit autem iterum cogitatio sua sollicitare eum dicens. Si non vis fugere vel non bibas fetorem hunc. Frater autem ille laborabat. et toleranter ferebat bibens lauaturam vulneris illius: Et cum ita ministraret seni. Uidit de⁹ laborem caritatis illius et illam lauaturam in aquaz mundissimam vertit et senem inuisibili medicamento sanauit. Explicit liber de Caritate

Incipit liber d̄ puidētia ꝛ Cōtēplatiōe.

Frater quidam abiit ad cellam abbatis Arsenii in scithi. et attendit per fenestram: et vidit senem totum quasi igneum. Erat autē frater ille dignus qui talia intueretur. Et cū pulsasset. egressus est senex. et vidit fratrē illuz stupētez: Et dixit illi. estne diu q hic pulsas? vidisti ne aliqd? Et ille rn̄dit ei. Non. Et colloquens cuz eo dimisit eū. Dixit abbas daniel qui erat discipul⁹ abbatis arsenii. quia narauerit ei abbas Arsenius tanq̄ de aliquo alio dicens: puto tamen q de se dicebat. Quia cuz sederet in cella sua quidam senuz: vox venit ei: dicens. Ueni et ostendam tibi opera hominum. Et surgens exiit. et duxit eum in quendam locum. et ostendit ei ethiopem incidentem ligna et faciētē sarcinā gran

dem et tēptabat portare eam et non poterat et pro eo vt auferret sarcinā illaʒ: ibat iterū et incidebat ligna et addebat ad sarcinā. Hoc autē faciebat diutius. et pcedēs paululū ostendit ei hominē. rursus stātem super lacū et implentē aquā ex eo et effundentē in cysternā pertusam. que cysterna ipsam aquam iterum refundebat in lacū et dicit ei iterum veni et ostendaʒ tibi aliud. et ecce vidi templum. et duos viros sedentes in equis: et portātes lignū transuersum: vnus contra vnū: volebant autē per ianuam introire in tēplum. et non poterāt propter lignū illud quod in transuerso portabant. et non inclinantes se vn⁹ post vnū vt fieret lignum illud directū remanserūt foris extra ianuaʒ tēpli. et cū interrogasset quid hoc esset: ille respondit ei. Hi sunt qui portant velut cū superbia iustitie iugum et non humiliati sunt vt corrigerent se. et humiliter ambularent in vta xpi. propter quod et remanent foris a regno dei. Ille autem qui ligna incidit homo ē in peccatis multis et pro eo vt agat penitentiam et subtrahat se de peccatis suis. alias iniquitates adhibet super iniquitates suas. Qui autem aquam implet. homo ē qui opera quidem bona facit. sed habet in eis etiam et mala permixta. per hoc pdit et bona opa sua. Quapropter conuenit omnē hominē sobrium esse in considerandis operib⁹ suis ne in vanum videatur sustinere labores. Narrauit iteruʒ abbas Daniel dicens: dixit pater noster Arsenius de quodaʒ sene in scithi qui erat magn⁹ i hac vita. simplex autem in fide: et errauit pro eo ꝙ erat ydiota: et dicebat non eē naturaliter corpus xpi panē consecratū quē sumim⁹: sed figurā eius eē. Hoc audientes duo senes ꝙ diceret hunc sermonē: et scientes qꝛ magna esset vita eius et conuersatio cogitauerūt qꝛ innocenter et simpliciter diceret hoc venerunt ad eum et dicunt ei. Abba audiuimus sermonē cuiusdam infidelis qui dicit quia panis quem sumim⁹ non naturaliter corpus xpi ē: sed figura eius. Senex autē ait eis. ego sum qui hoc dixi. Illi auteʒ rogabant eum dicentes: Non sic teneas abba: sʒ sicut ecclesia catholica tradidit. nos autē credimus quia panis ipse corpus xpi ē: calix ipse sanguis xpi secundum veritatem et non secundum figuram: sed sicut in principio puluerē de terra accipiēs plasmauit hominē ad imaginem suam et nemo potest dicere qꝛ non erat imago dei: Quis de terra et puluere sit: ita et panis quem dixit quia corpus meum ē credimus quia secundum veritatē corpus xpi est. Senex autem ait eis. Nisi re ipsā cognouero: non mihi satisfaciat ratio vestra. Illi autem dixerunt ei deprecemur deum hebdomada hac de misterio hoc et credimus quia de⁹ reuelabit nobis. Senex autem cum gaudio suscepit sermonē istum: et deprecabat deum dicens. domine tu cognoscis quoniam non per malitiā incredulus sum rei huius: sed per ignorantiam errem: reuela ergo mihi domine iesu xpe quod verum est Sed et illi senes abeuntes in cellas suas rogabant et ipsi deum dicentes. Domine iesu xpe reuela seni isti misterium hoc. vt credat et nō perdat laborē suum. Exaudiuit autem domin⁹ vtrosqꝫ: et hebdomada cōpleta: venerunt dominica die in ecclesiam. et sederunt ipsi tres soli super sedile de scirpo: quod in medū fascis erat ligatum. medius autem sedebat senex ille. Aperti sunt autem intellectuales oculi eoꝝ: et quando sunt positi panes in altare videbatur illis tantummodo tribus tanꝙ puerulus iacens super altare. et cum extēdisset presbiter manus vt frangeret panē descendit angelus de celo habens cultrū in manu et sacrificauit puerulum istum. sanguinem vero eius excipiebat in calicem. Cum autem frangeret presbiter in paruis partibus panem. etiam angelus icidebat membra pueri i modicas partes. Cū autē accessisset senex vt acciperet sanctam cōmunionem: data est ipsi soli caro sanguine cruentata. Quod cū vidisset: pertimuit et clamauit dicens. Credo domine quia panis qui in altari ponitur. corpus tuum est et calix sanguis tuus est. Et statim fa-

eta est illa caro i manu eius panis scõz mysteriũ: ⁊ sumpsit illud in ore agens gratias domino deo. Dixerunt autem ei senes. deus scit humanam naturam: quia nõ potest vesci carnib⁹ crudis: ⁊ propterea trãsformauit corpus suum in panem: ⁊ sanguinem in vinum. his qui illud fideliter suscipiunt. Et egerunt gratias deo de sene illo: quia non permisit deus perire labores eius: ⁊ reuersi sunt ad cellas suas cũ gaudio. Iterum ipse abbas Daniel narrauit de alio magno sene qui habitauit in inferiorib⁹ partibus egypti. quia diceret per simplicitatem. q̃ melchisedech ip̃e sit filius dei. Hoc autem iudicatum est sancte memorie Cirillo archiepiscopo alexandrino de eo: ⁊ misit ad eum. Sciens autez quia signifer esset ipse senex. ⁊ qcquid peteret a deo reuelaretur ei: ⁊ quia simpliciter diceret hoc verbũ: vsus est huiusmõi ratione dicens. Abba rogo te quia in cogitatione mea est q̃ Melchisedech ipse sit filius dĩ: ⁊ rursus alia cogitatio mea dicit. quia melchisedech non sit de⁹: sed homo sit: ⁊ summ⁹ sacerdos dei fuerit. Quoniaz ergo hesito de hoc: idcirco misi ad te. vt depreceris deũ: quaten⁹ tibi reuelare dignetur de hoc quid veritas habeat. Senex aũt de cõuersatione sua p̃sumens cũ fiducia dixit. Da mihi tres dies idutias ⁊ ego d̃precor deũ d̃ hac re ⁊ renũcio tibi qđ mihi fuerit reuelatũ d̃ hoc. Intrans ḡ in cellã suã. deprecabatur deuz de verbo hoc ⁊ veniẽs p⁹ tres dies dixit sancte memorię Cirillo epõ. Hõ ẽ Melchisedech. Archiepiscop⁹ respondit ei. Quomodo cõstat apud te abba? Et ille dixit ei. Deus ostendit mihi omnes patriarchas. ita vt singuli eoꝝ coram me transirẽt ab Adam vsq; ad melchisedech. Et angelus mihi assistens dixit. Ecce iste est melchisedech. Et ideo archiep̃e certus esto: q2 sic est. Abiẽs autem senex: per semetipsum predicabat quia homõ esset melchisedech: ⁊ gauisus ẽ magnifice sancte momorie Cirillus episcopus. Puer erat adhuc sancte memorie effrẽ. ⁊ vidit somnium siue reuelatiõez. q2 nata sit vitis in lingua eius. ⁊ creuit ⁊ impleuit totam terram fructifera nimis: ⁊ ga venirent omnia volatilia celi. ⁊ comederunt de fructu vitis illius Quantuz autẽ manducabant: eo amplius implebat fructu. Iterum vidit quidam sanctorum in somnis ordinem angelicum descendentez de celo secundum preceptum dei. habentẽ i manu librũ: h̃ est thomũ scriptũ int⁹ et foris. Dicebant autem adinuicem. Cui debet cõmitti h̃: Quidã dicebãt illi alii aũt dicebant d̃ alio. R̃nderũt aũt et dixerũt. vere vtriq; q̃dẽ sãcti sũt et iusti q̃s dicitis verũ tñ hoc eis cõmitti ñ potest. Multa etiam alia nomina sanctorum dicentes: Postea dixerunt quia nemini potest hoc alteri committi nisi effrem. Et vidit senex ille cui hoc in somnis apparuit: quia effrem dederũt thomuz illum. Mane autem surgens audiuit effrem docentem et velut fontem ebulientem de ore ipsius: ⁊ cognouit senex qui somninm viderat: q2 spiritus sancti est operatio quod egrediebatur de labiis effrem. Dicebant de abbate Zenone. quia cum moraretur in scithi: exiit nocte de cella sua velut ad paludem et cum errasset: fecit tres dies ⁊ tres noctes ambulans ⁊ laborans: ⁊ cum defecisset: cecidit semianimus. Et ecce puerulus stetit ante eum habens panem ⁊ surriscu lam aque: ⁊ dicebat ei. Surge manduca. Ille autem surgens orauit extimans q2 fantasma esset. Puer autem respondens dixit ei. Benefecisti. Surgens ergo accepit ⁊ maducauit: et post hoc dixit ei. Quãtum ambulasti. tantum longe es a cella tua: sed surgens sequere me: Et statim inuentus ẽ in cella sua. Dixit ergo ei senex. veni intra: ⁊ da nobis orationem. Et cuz itrasset senex: ille subito non cõparuit. Dicebat abbas Joannes. quia vidit quẽdaz senum in excessu mentis tres monachos stantes trans mare: ⁊ facta ẽ vox ad eos ex alia parte littoris dicẽs. Accipite alas igneas ⁊ venite ad me. Et duo quidez ex eis acceperunt alas. ⁊ volauerunt ad aliud littus vnde facta est vox: terti⁹ vero

remāsit τ flebat fortiter τ clamabat. Po
stea vero date sunt: et ipsi ale non ignee:
sed infirme et debiles: ita vt cū omni labo
re mergendo et surgendo nimis afflictus
veniret illuc. Sic ē et generatio hec. Que
si accipit penas. non tamen igneas ſʒ vix
īfirmas et dbiles potest accipere. Abbas
Macharius habitabat ī loco nimis deser
to. Erat autem solus in eo solitarius: in infe
riori vero parte erat alia solitudo. in qua
habitabant fratres plurimi. Obseruabat
autem senex ad iter: τ vidit sathanā veni/
entem in habitu hominis. vt pertransiret p
cellam eius. Uidebatur autē quasi tunica
cū vti linea. omnino vetusta τ tota cribra
ta: τ per oīa foramina eius pendebāt am/
pulle. Et dixit ei senior. Ohe maior vbi va
dis? Et ille respōdit. Uado cōmouere fra/
tres. Senex aūt dixit ei: Ad qd tibi ampul
le iste? Et dixit. Gustū fratrib⁹ porto. Et
dixit ei senex. Et omnes ad gustandū. to/
tas. ampullas cū gustu portas? Et rndit.
Etiam. Etsi vnum alicui non placet: offe
ram aliud. Si autem nec illud: dabo terti
um: τ sic per ordinē oībus oblatis. fieri nō
potest nisi vel vnus placeat ex eis. Et cū
hec dixisset: transiit. Et obseruabat senex
custodiens vias: donec ille iterum remea/
ret. et cum vidisset eū: dixit ei Sanus sis.
Et respondit ei. Unde mihi salus? et di/
xit ei senex. Quare? Respōdit. Quia mo
do omnes sanctificati sunt: et nemo mihi
acquiescit. Et dixit ei senex. Neminez er
go amicum habes illic? Et ille respondit.
Unum tantūmodo fratrē habeo ibi: τ ipe
mihi solus acqescit: τ quādo videt me con
uertitur ad me velut ventus. Senex vo
dixit ei. Et quis vocatur frater ille? Re/
spondit Theoctiscus. Et cum hec dixissʒ
pertransiit. Surgens aūt abbas macha
rius perrexit ad inferiorem heremū. Qd
cum audissent fratres acceperunt ramos
palmarum τ occurrerunt ei obuiam: τ sin
guli eorum parabant cellas suas: incerti
ad quē declinaret. Senex autem inquire
bat quis inter eos Theoctiscus vocaret
in loco illo. Et inueniens eum intrauit
in cellā ei⁹. Theoctiscus ergo suscepit euʒ
gaudens. Cuʒ ergo cepisset secrete loqui:
dicit ei senex. Quomodo est circa te frat?
Et respondit orationib⁹ tuis bene. Et di
xit senex. Ne impugnant te cogitatiōes
Et ille respondit: interduʒ bene sum. Eru
bescebat enī dicere ei. Et dixit ei senex.
Ecce quot annos habeo in conuersatiōe
loci istius: τ omnes honorant me: τ tamē
in hac senectute infestus ē mihi spirit⁹ for
nicationis. Et respondit Theoctiscus: di/
cens. Crede abba τ mihi. Senex autem si
mulabat alias quoqʒ cogitationes sibi eē
molestas: donec faceret illum confiteri.
Deinde dicit ei. Quomodo ieiunas. Et il
le dixit ad nonam. Dicit ei senex. Ieiuna
vsqʒ sero τ abstine. τ cōmēda euāgelia. vt
memoriter retineas ea: sed τ alias residu
as ex animo meditare scripturas. et si tibi
ascēderit cogitatio mala: nunqʒ deorsum
aspicias. ſʒ sēper sursū. τ stati te dn̄s adiu/
uabit. et senex corrigēs frēʒ illū: reuersus
ē ī solitudinē suā. et cū iter obseruaret: vi
dit iterum demonē illū et dicit ei. Ubi va
dis iterū? et ille respondit cōmouere fra/
tres: et abiit. Duʒ autē reuerteret dicit ei
senex. Quomodo sunt fratres illi? τ ille re
spōdit. Male. Senex aūt dixit Quare? τ
ille respondit. Quia oēs sancti sūt. et ma/
ius malū. qꝛ et vnum quē habui aīcū obe
dientē mihi etiam ipe nescio vnde subuer
sus est. τ nec ipse acquiescit mihi: sed omni
bus sāctior factus est: et propterea iuraui
iam non ambulare ad illum. nisi post mul
tum tempus. et hec dicens transiit relin
quens senem. Senex vero intrauit ī cel
lam suam adorans et gratias agens deo
Abbas Macharius volens consolari fra
tres: dicebat. Uenit huc aliquando cum
matre sua puer qui a demonio vexaba/
tur: Et dicebat matri sue. Surge
eamus hinc. Illa autem dicebat: Non
possum pedibus ambulare fili. Et di
cebat ei filius eius: Ego te porto. Et
admiratus sum astutiam demonum quo
modo eos exinde fugare volebat.

Dicebat iterum de consolatione scithi

ad fratres. Quando videritis cellā edificatam iuxta paludē: scitote q2 prope ē desolatio scithi. Quando autē videritis arbores: iam ante ianuam est. Quando vero videritis pueros tollite melotes vestras z abite. Abbas moyses qui habitabat in petra: impugnatus ē aliquādo a fornicatione: z cum non preualeret tenere se in cella. perrexit z indicauit hoc abbati ysidoro. Et rogauit eum senex. vt reuerteretur in cellam suam. Ille autē non acquieuit dicens non possum abba. Et sumpsit eum. z leuauit eum secum in domum z dixit ei. Attende ad occasum. z attēdens vidit multitudinē demonum: z hi cōfusi erāt z turbantes se ad pugnandum. Dicit ei iterum abbas ysidorus. Respice ad orientez z attēdit. z vidit inumerabilem multitudinem angelorꝫ in gloria. Dixit autez abbas ysidorus. Ecce isti sūt qui missi sūt ad auxiliandum sanctis. qui vero ad occasuz ascēdunt. hi sunt qui impugnant nos. Plures ergo sunt qui nobiscum sunt q̄3 qui aduersuz nos sunt. Et ita agens gratias deo. abbas moyses sumpsit fiduciam. z reuersus est in cellam suam: Dixit abbas Moyses in scithi. Si custodierimus mandata patrꝫ nostrorum. ego presumens de deo: spōdeo vobis quia barbari huc non venient. Si autem non custodierimus: desolandus est locus iste. Sedentibus aliquando fratrbus apud eundem abbatem Moysen dixit eis. Ecce barbari hodie in scithi veniunt: sed surgite z fugite Dicunt ei illi. Et tu non fugies pater. Ille autem dixit eis. Ego per tot annos expecto diem istum: vt ipleatur sermo domini mei iesu xpi dicētis. Omnes qui accipiūt gladium: gladio peribunt. Alii autē dixerunt ei. Neq3 nos fugiemus: sed tecuz moriemur. Et dixit eis. ego causaz nō habeo vnusquisq3 vestruz videat quomodo stet Erant autem septem fratres cum eo. z dixit eis. Ecce barbari appropinquāt ianue z statim barbari intrantes occiderūt eos. Unus autez ex eis timore carnali perterritus fugit z abscondit se post plectas de palma: z septem coronas vidit descendentes z coronantes abbatez Moysen. z sex fratres qui cū eo fuerant interfecti: Dicebant de abbate syluano q2 voluit aliquādo pergere in syriam. z dixit ei discipulus suus Marcus. Pater noli exire hinc sed neq3 ego te dimitto abire. Expecta ḡ hic alios tres dies. et cū expectaret abbas tertia die dormiuit ī pace Marcus discipulus eius. Dicebat abbas Joānes. qui exiliatus est a Marciano. quia venimus aliquando de syria ad abbatē pastorem z volebamus eū iterrogare de duritia cordis. Senex autē grece nesciebat: neq3 interpres inueniebatur. Uidens autem nos senex tribulatos cepit greca lingua loqui dicens. Natura aque mollis ē. lapidis aūt dura. Et si vas aqua plena pendeat supra lapidē. ex quo assidue stillans gutta cadat in lapidē. perforat eum: ita z sermo diuinꝰ leuis ē: cor autem nostrum durum. Audiens ergo homo frequenter diuinū sermonē aperitur cor eius ad timendū deuz. Dixit abbas pastor. Scriptum est. quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus Sicut ergo cerui in solitudine serpentes plurimos glutiunt. z cum veneno eorum accēsi fuerit ad aq̄s puenire desiderāt: ita z monachi ī solitudinibus hītātes: accēdūtur d̄monuz malignorꝫ veneno. z propterea d̄siderāt sabbato z dominica die venire ad fontes aq̄rꝫ hoc ē ad corpus z sāguinē dñi nr̄i ihu xp̄i: vt purgētur ab oī amaritudine demonū malignorꝫ. interrogauit aliq̄s frater abbatē pastorē dicēs. Quid ē q̄d scriptū ē. nō reddas maliū ꝓ malo: Dixit ei abbas pastor. Hec passio quattuor modos hēt. Primū de corde: secūdum de aspectu. tertiū d̄ ligua. quartuz ñ reddere maliū ꝓ malo. Si. n. potueris pugnare cor ñ venit ad aspectū. custodi etiā ne loq̄ris. Si āt z locutꝰ fueris: cito corripe: ne facias malum ꝓ malo. Narrauit sāctꝰ Basilius eps dicēs fuit ī quodā monasterio feminarum quedam virgo que stultam se esse ac demonez habere simulabat: que adeo ab

omnibus alijs horrori habebat. vt nec ci/bum quidē cū ea caperent. Talē qdē ele/gerat vitā: vt a quoquina nunq̄ recedens totius illic monasterii officium ipleret. Et erat secūdū vulgare prouerbiū vniuerse domus spongia ipletu a se reb⁹ probans quod in sctis libris scriptū legim⁹. Si qs inquit ex vobis putat se sapiētē eē in hoc mūdo fit stultus. vt sapiens fiat. Nec igit̄ inuolutū pannis habebat caput ita quoq̄ oībus seruiebat. cetere aūt virgines ton/se cuculis coopiuntur. Nulla aliquando potuit hanc de quadrigentis virginib⁹ vi dere aliquādo manducantē: nunq̄ per oē euū suū sedit ad mensā: A nulla vl' modi cā partē panis accepit. sed micas tm̄ ōter/gens mensarum: et abluens ollas. his so/lis alimoniis contēta viuebat. Nulli vn/q̄ fecit iniuriaz. nulla personarum ipsius murmur audiuit. nulli aut paruz aut satis vnq̄ locuta ē. Et certe cū ab omnibus ce deretur: cum omnium viueret odio: male dicta omnium sustineret. sanctō piterio p batissimo viro semperq₃ in deserto viuē ti: astitit angelus dñi quadā die sedenti in loco qui dicitur porphirite: affatusq₃ ē eū his verbis. Cur inqt grande aliquid te eē credis vt sanctus ⁊ in huiusmodi degens loco? Uis videre mulierem sanctiorē te. vade ad tabenēsiotarum monasterium fe minarum. ⁊ vnam ex eis illic inuenies in capite habentē coronam: ipsamq₃ cogno/sce te esse meliorem. Que dum contra po pulum tantum sola diebus ac noctib⁹ pu gnat. cor ipsius a deo nunq̄ recessit. Tu autē in vno loco residens. nec̄ quoq̄ ali/quando progrediens: per oēs vrbes ani/mo et cogitatione vagaris. Statimq₃ ad predictum monasteriū venit: ⁊ magistros fratrum rogauit: vt introducerent eū ad habitaculum feminaꝝ. Quem mox illi. et vita gloriosū. ⁊ etate prouectioris viden/tes: cum fiducia magna introduci fecerūt Ingressus autē desiderauit omnes soro res inspicere: inter quas solā illā propter quā venerat non videbat. Ait autē ad po stremū. Oēs inquit mihi adducite: deesse enim mihi videtur aliqua ex vobis. Dicūt ad eum. Unaz adhuc stultā habem⁹ intrin secus i quoquina. Sic eniz eas que a dmo ne vexantur appellāt. At ille. Exhibete inquit ipsam ad me: vt eam videam. Quo audito: supra memoratā vocare ceperunt Que cū nollet audire sentiens: vt credo aliquid aut fortassis hoc ipsū diuina reue/latione cognoscēs: dicunt ei. Sanctus pi terius desiderat videre te. Erat enim vir magnus fama et nomine. Cūq₃ ad eū fu isset adhibita. vidissetq₃ pāno frontē ipsi⁹ inuolutā proiecit se ad pedes eius dicens Benedic me inquit. Que similiter ad ipsi us pedes se proiecit dicens. Tu benedic me domine. Omnes autem sorores obstu puerūt simul dicentes. Noli abba talem iniuriā sustinere. fatua ē enim ista quā cer nis. Tunc sanct⁹ pyterius ipsis omnibus ait. Uos inqt estis fatue. nam hec vestra ⁊ mea nonna ē. Sic enim vocant illi feminas spirituales. Et deprecor deū ait: vt dign⁹ ipsa in die iudicii merear inueniri. Quo au dito oēs simul ad pedes ipsius pciderunt singule se peccasse in eā variis modis con fitentes. verbigratia. Alia enim abluens sordes catbini. supra eā se fudisse dicebat Alia vero colaphis eam a se verberatam sepe memorabat. Alia nares ipsius syna pe impletas a se esse deflebat. Cetere quo q₃ diuersas referebant se ei iniurias irro/gasse: pro quibus omnibus sanctus ille fu sis deo precib⁹ egressus est. Post paucos autem dies illa non ferens tantam gloriā tantoq₃ se nolens honore soroꝝ cumula ri. grauariq₃ se credens excusationib⁹ sin guloꝝ: egressa de monasterio illo occulte. quo ierit. in quē se miserit locū. vel quo fi ne defecerit: ad nullius potuit noticiā per uenire. Beate memorie paulus simplex discipulus abbatis antonii narrauit patri bus talem rem. Quia aliquando veniens in monasteriū visitādi gratia ⁊ pro fratꝝ instructione post consuetam adinuicē con solationē intrauerit ecclesiam dei. missas more solito celebrare. Beatus ergo pau lus intuebatur ad vnumquēq₃ itroeūtiū

in ecclesiaz quali animo intraret. Habe/ bat enim et hanc gratiam datam sibi a deo vt si videret vnūquēq3 cuius animi esset: sicut nos facies nostras videmus ad inui cem. Ingredientibus ergo omnibus cla ra facie et splēdido vultu. s3 et vniuscuiusq3 angelo gaudente. vnum vidit nigru3 et ob scurum corpore toto. et demones ex vtra q3 parte tenentes et trahētes eum ad se/ ipsos: et capistrum in nares eius mittētes sanctum vero angelum eius de longe lu gubrem tristēq3 sequeutem. Paulus ve ro lacrimans. et manu frequenter pect9 tundens. sedebat ante ecclesiam: plorans eum valde qui ei talis apparuerat. Qui autem videbant quod faciebat et taz subi tam eius mutationem ad lachrymas: et ad luctum. interrogabant rogantes eu3 qd videret timentes ne quid in reprehensiōe omnium vidisset. pro quo hec faceret. Po stulabant etiam vt ad missas intraret cu3 eis. Paulus aute3 repellens eos: et negās se ingressurum. sedebat foras ianuam ta/ cens et plorans nimis eū. qui ei taliter ap paruerat. Post paululum autem dimisso ecclesie conuentu. iterum intendebat sin/ gulos exeuntes vt quoru3 introitū agno uerat sciret quales exirent. Et ecce vidit illum virum nigrum et obscurum toto cor pore prius. exeuntem ab ecclesia: clarum quidem vultu. candidum vero corpore. de mones autem qui ante eum tenebant. po/ stea de longe sequentes. sanctum vero an gelū iuxta ipsū ābulātē letum et prōptum et gaudentē super eum valde. Paulus ve ro exiliens cum gaudio: clamabat benedi cens deum et dicens. O ineffabilis dei mi sericordia et benignitas. o diuitie miserati onis eius et innumerabilis bonitas. Cur/ rens aute3 et ascendens super altū gradū: magna voce dicebat. Uenite et videte opera domini q3 terribilia sunt et omni stu pore digna. Uenite et videte eu3 qui vult omnes homines saluare: et ad agnitionem veritatis venire. Uenite adoremus et pro cidamus ante eum: vt dicamus quia tu so lus potens es peccata dimittere. Ad hāc vocē eius. oēs solliciti cucurrerunt cupiē tes audire que dicebat. Et conuenientib9 omnibus referebat paulus que vidisset anteq3 ecclesiam intrarent. et que postea: et interrogabat virum illum vt diceret ei causam: pro qua ei tantam subito inmuta tionem deus donauerit. Homo ergo ille conuictus a paulo cora3 omnibus qui cir ca ipsum erāt. aperte narrauit: dicēs. Ego homo peccator sum. et multo tempore in fornicatione vixi vsq3 nunc: ingressus aūt modo ecclesiam dei audiui vocem esaie prophete cum legeretur. magis autē vo/ cem dei loquentis in eo. vbi dicit. lauami ni mundi estote: auferte malum de anima bus vestris coram oculis meis. discite be ne facere et si fuerint peccata vestra tan q3 fenicium velut nix dealbabuntur: et si volueritis et audieritis me bona terre mā ducabitis. Ego inquā fornicator ī hoc ser mone compūctus sum nimis. et īgemiscēs intra conscientiam meam: dixi ad deum. Tu deus qui venisti in mundum peccato res saluos facere et qui hec que modo le cta sunt p pphetas pmisisti: comple effe/ ctu et opere etiam in me idigno peccatore Ecce enim amodo pmitto tibi. et spondeo sermone et cōfiteor corde. quia ab hodie iā non ero fornicator: sed abrenūcio sordib9 seculi. et seruio tibi ammodo in conscien/ tia munda. hodie ergo domine et in hora hac suscipe me penitentem et interpellan tem te et renūtiātē omne peccatum. In his igitur promissiōib9 ait egressus sū de ec/ clesia statuens in animo meo nihil vltra agere mali corā oculis dñi. Quod cu3 au dissent omnes. clamauerunt vna voce ad dominū dicētes. q3 magnificata sunt opa tua domine. omnia ī sapiētia fecisti. Qua propter cognoscentes hoc xpani ō sāctis scripturis et diuinis reuelationibus. quā tā deus habeat bonitatem circa eos q ad eū deuote confugiunt et p penitentiam emundant priora delicta. q non solum non cogūtur penas exoluere pro peccatis antea commissis. verumetiam. consequi bona promissa: Non ergo desperemus ō

nostra salute. quia sicut p esaiam pphetā pmisit dn̄s. eos qui peccatis īuoluti sunt lauari. ⁊ sicut lanā albā et niuē dealbari. et bonoꝝ celestiū q̄ in ciuitate celestis hierusalem sunt: repleri. ita et nūc iteꝝ p sanctū ezechielez prophetam iureiurādo pmisit dicēs. Uiuo ego īquit dicit dn̄s. qa nolo mortem peccatoris: sꝫ magis vt conuertat̄ ⁊ viuat. Hucusqꝫ de greco ī latinū trāstulit pelagiꝰ dyaconꝰ romāe ecclesie. Et ab hinc deorsuꝫ Joannes eiusdem ecclesie subdyaconus.

Biit aliquando zacharias ad abbatem suuꝫ siluanū ⁊ inuēit eū ī excessu mētis: ⁊ erant manus eius extense in celū. ⁊ cū vidisset ista: clausit ostiū ⁊ exiit. Et intrans circa horā sextā atqꝫ nonā inuenit euꝫ eodeꝫ mō. Circa decimā vo horā pulsauit: ⁊ ingressus inuenit eū quiescētē: ⁊ dicit ei. Quid habuisti hodie pr̄? Qui dixit ei: Infirmatꝰ sū hodie fili mi. Ille vo tenēs pedes eiꝰ dicebat. Nō te dimitā: nisi mihi īdicaueris quod vidisti. Respōdit ei senex: Ego in celū raptꝰ fui. ⁊ vidi gloriam dei: ⁊ illic steti vsqꝫ modo. et nūc dimissꝰ sū. Dixit sācta sincletice. Efficiamur prudētes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut columbe: vt astute itelligamꝰ laqueos diaboli. Nā prudentes sicut serpētes dictū ē vt nō ignoremꝰ impetꝰ diaboli ⁊ artes eiꝰ. Eteni simile aliqd ex alio simili scelere superatur. nā ⁊ simplicitas colūbe demōstrat puritatē actiōis: Dicebat qdā patrū. Quia dū sederēt aliquādo seniores ⁊ loquerētur d̄ bōis edificatiōibꝰ. erat īter eos vnus puidēs ⁊ vidit angelos manus agitantes ⁊ laudātes deū. vt aūt venissꝫ locutio secularis: discedebāt āgeli. ⁊ volutabāt̄ porci ī medio coꝝ plēi fetoribꝰ ⁊ poluebāt eos. Cū aūt rursus loquerent̄ de edificatiōe. veniētes iterū angeli laudabant deum. Dixit quidā senex. Hoc ē quod scriptuꝫ est: super duobus ⁊ tribus peccatis tyri auertam me. super quatuor aūt nō auertā. videlicet cogitare maluꝫ ⁊ cōsētire cogitatui ⁊ locutiōi: quartū vero ē perficere opꝰ In hoc ergo ñ auertit̄ ira dei. Dicebāt de qdā sene magno in scithi. qꝛ quotiēscūqꝫ edificabat cellulā egrediebatur cū gaudio: ⁊ ponēs fūdamētū. ñ discedebat donec ꝯsumaret̄. Aliqñ ergo exiēs ad fabricandā cellā cōtristabat̄ valde et dicūt ei fratres. Quare tristis ac mestꝰ es abba? Qui dixit eis. Desolādus ē locꝰ iste filii. Ego enim vidi qm̄ ignis accensus ē in scithi: ⁊ accipiētes fratres palmas cedentes extīxerūt euꝫ. et iterū accēsus ē. et accipientes rursus fratres palmas cedentes: extinxerunt euꝫ. Tertio accensus est et repleuit totam scithim: et iam nō potuit extingui: ideoqꝫ ergo contristor ac mestꝰ suꝫ. Dixit qdam senex scriptuꝫ est: iustus vt palma florebit. Significat autē hic sermo bonorum actuuꝫ: altum et rectum ac dulcem fructum. Est vero in palma vnuꝫ incardiuꝫ. et ipsum candidum: omnem habens operationeꝫ in se simile autem ⁊ sup iusto reperitur. Unuꝫ enim ei ⁊ simplex ē cor: ad deum tantūmodo respiciens. Est autem et album. habēs illuminationeꝫ fidei: et omnis operatio iusti in corde ipsius est. Nam ⁊ acumen stimulorum eiꝰ aduersus diabolum est propugnaculuꝫ. Dixit aliquando alter senex. Sunamitis heliseuꝫ suscepit: eo ꝙ non haberet affectum cū aliquo homine. Dicitur sunamitis personam anime habere: heliseus vero personā sancti spiritus designare. Quacunqꝫ ergo hora recedit anima a seculari conuersatione ⁊ perturbatione. aduenit ei spiritus dei: ⁊ tūc poterit parere cuꝫ sit sterilis. Aliꝰ quidā patruꝫ dixit. Quia oculi porci naturale habēt figmētū: ita vt necessitate semp intēdāt in terrā: nec aliquādo possūt respicere ad celum. Sic ergo et aīa eius q ī dulcedine voluptatū delectat̄ semel delapsa ī luxurie cenū: difficile potest respicere ad deū. aut sape aliqd dignū deo. Fuit qdā magnꝰ inter preuidētes: h affirmabat dicēs qa virtuteꝫ quā vidi stātē super baptisma: eādē etiā vidi sup vestimētū mōachi: qñ accepit habitū spiritualē. Cuidā sēi data ē grā vidēdi q̄ fiebāt: ⁊ dicebat

Quia vidi in cenobio aliquādo meditantem fratrem in cella. et ecce demon veniens stabat foris cellā. ꝛ dum frater ille meditaretur non preualebat ingredi. cū autē cessabat meditādo: tunc demon ingrediebatur cellam. Dicebant de quodā sene. qꝛ deprecatus ē deum vt videret demones ꝛ reuelatum est ei: Non opus habes videre eos. Senex autē rogabat dicens: quia domine potes me protegere gratia tua. Post hec dominus reuelauit oculis eius ꝛ vidit eos quia tanq̄ apes sic circundāt homines stridentes dentibus suis: angeli vero dei increpabant illos. Dixit quidā senex: qꝛ duo fratres erant ei vicini: vnus peregrinus. et alius incholis: Erat autem peregrinus ille modicū negligentior: ille vero incholis studiosus valde. Cōtigit aūt vt dormiret ille peregrinꝰ in pace. At ille senex vicinus eorum cum eēt preuidus. vidit multitudinē angeloꝝ deducentium animā eius: ꝛ cum peruenire et ad celum vt intraret. facta est questio de illo: ꝛ venit vox desuper dicens. Manifestum ē quia modicum negligentior fuit peregrinus: ſꝫ propter peregrinationem eius aperite ei. Et post hec dormiuit ꝛ ille īcholis: ꝛ venit oīs cognatio eius ad eū. Cernēs vero senex ille non venire angelos ad deducendum animam eius miratus est. ꝛ cadens in faciem suam in conspectu dei dixit. Quomodo peregrinus ille cū negligentior fuerit talem gloriam habuit. ꝛ hic cum studiosus eēt nihil huiusmodi meruit? Et venit vox ei dicens. Hic studiosus cum venit vt dormiret aperuit oculos suos ꝛ vidit parētes suos flētes ꝛ consolata ē anima eius. Peregrinus vero ille licet negligētior fuerit tamen nullum suoꝝ vidit. ꝛ ingemiscēs fleuit ꝛ deus consolatus ē eum. Narrauit alter patrum quidam. Quia erat aliquis solitariꝰ in heremo nylopoleos. ꝛ ministrabat ei quidā secularis. sed fidelis. Erat aūt ī eadem ciuitate homo q erat diues ꝛ ipsus. Contigit ergo vt moreretur ille diues ꝛ deducebat eū tota ciuitas simul. ꝛ eps cū lampadibus: Egressus autē et ille qui ministrabat illi solitario secundum consuetudinem portans ei panes. ꝛ inuenit quia comederat eum belua. Et cecidit in faciē suam ī conspectu domini dicens. Non surgam hinc donec demonstretur mihi a deo que sint hec. Quia ille quidem impius talem apparatum habuit in deducendo. hic vero qui seruiuit deo die noctuqꝫ ista pertulit. Et ecce angelus domini veniens dixit ei: Ille impius habuit paruū bonum ī hoc seculo et recepit illud hic. vt illic nullā requiē inueniat. iste autē solitarius q homo erat ornatus ad omnem virtutē. habebat vero et ipse vt homo modicū aliquid culpe. et recepit hic illud. vt ibi inueniat purus coram deo. Et ita consolatus in his verbis abijt. glorificans deum super iudicia eius quia vera sunt. Sancti patres d̄ scithi ꝓphetauerunt de vltima generatione dicentes. Quid operati sumus nos. Et respondens vnꝰ ex illis vir magne vite nomine cyrion dixit. Nos mādata dei custodimus. At illi responderunt dicentes: Hi vero q fuerit post nos qd erūt facturi. qui dixit eis. Dimidiū opis nostri opaturi sunt Et dixerunt ei. Hi aūt q post ipsos fuerint qd facient. Qui rn̄dit. Omino non habebit opationem generatio illa. venture sūt autem illis tēptationes. et q repti fuerint ꝓbati ī tempore illo meliores q̄ nos et patres nostri erunt. Narrauit quidam senex dicēs. qꝛ erat quedā virgo ꝓuecta etate valdeqꝫ ꝓfecerat in timore dei: et interrogata ē a me. q̄ res ad hāc eā adduxerat cōuersationē. At illa ingemiscēs ita cepit dicere. Mihi quidē venerande pater cū adhuc essē paruula erat pater modestus ac māsuetꝰ moribꝰ. debilis vero et īfirmꝰ corpore: qui ita vixit curā sui agēs. vt vix aliquādo in publico videretur ab his q ī eodē hītabant vico. Terrā autē suā assidue operabatur: ꝛ ibidem semper occupabat vitā suā. Si qn̄ fortasse sanus fuisset. fructꝰ culture sue domū portabat. Plurimū aūt tēporis in lecto e languoribꝰ d̄tiebatur: tātaqꝫ erat taciturnitas vt ignātibꝰ eū sin̄ voce crederent eē. Mat vo mihi erat

econtrario curiosa absq3 modo: atq3 vltra omnes mulieres que erant i regione hac turpior. Sermones vero eius ita ad vniuersos mouebantur: vt putaret omne corpus ipsi⁹ lingua esse. lites frequētius cōmittebantur ad omnes ab ipsa: inebrietate q̄t vini cū viris luxuriosis demorabat. Dispensabat autē ₇ ea que int⁹ domi erāt tanq̄ meretrix pessima: vt etiā substantia multa valde nō potuerit nobis sufficere. Nam huic a patre meo delegata erat dispensatio dom⁹. Corpus autē suū ita turpitudine abutebat: vt pauci de vico ipso potuissent effugere libidinē ei⁹. Nunquā corpori ei⁹ morbus occurrit: nec dolorem aliquem sensit vel aliquantulū: sed a natiuitate vsq3 ad vltimuz diem suū. integrū sanumq3 corp⁹ suuz possedit. Inter hec cōtigit vt pater meus longa egritudine fatigatus moreretur: ₇ cōtinuo aer cōmotus est. ₇ pluuia ₇ chorruscationes atq3 tonitrua aerez cōturbabāt: ₇ neq3 nocte neq3 die ymber cessando triduo super lectū sine sepultura fecit eum manere: ita vt homines vici illius mouētes capita admirarentur q̄ tantum malū vniuersos lateret dicentes. Siccine dei inimicus erat iste. vt nec terra eū recipiat ad sepulturā. Sz tamen ne intra domum membra eius dissoluta ingressum habitātibus prohiberēt. imminente adhuc aere tempestate ₇ pluuia descendente: vix aliquo modo sepulture euz tradidimus. At vero mater mea post hec licentia plurima accepta cum improbitate maxima corporis sui libidie vtebatur. et prostibulum deinceps faciēs domum nostram. in tanta luxuria vixit atq3 deliciis. vt dum ad huc paruula essem. deficeret nobis substantia nostra. Uix eniz aliquando cum timore sicut mihi videtur morte illius adueniente. tantam meruit funeris prosperitatem: vt etiam putaret aer simul in exquiis deducere funus illi⁹. Ego autem post obitū eius puellari egressa etate et desideria titillationis corporis mei. ieiuniis refrenans. quadam die ad vesperam vt fieri solet cogitare cepi atq3 considerare cuius vitam magis eligerez imitandam: vtrum matris. aut patris qui modeste et mansuete ac sobrie vixit: Sz rursus cogitabam illud quia nihil in vita sua consecutus sit boni pater meus. sed p̄ omne temp⁹ in infirmitate et tribulatiōe consumptus ē: et ita finem suū accepit: vt nec sepulturam eius terra reciperet: Si igit̄ bona esset huiusmōi cōuersatio apud deum. quare ergo tāta mala assecut⁹ ē q̄ sic viuere delegit? Sed bonū ē iquit cogitatus meus sicut mater mea vixit me quoq3 viuere tradere voluptati et luxurie ac libidini corpus meum. Etenim nullum opus illa turpe pretermisit in ebrietate oē tp̄s incolumis atq3 prospere degens. ita q3 vitā suā expleuit. Quid ergo? Sic oporret me viuere sicut mater. Melius ē eniz propriis oculis credere. que ve manifeste sūt cognita et nihil pretermittere. Et cum hoc placuisset mihi misere. eiusdem me cōstituere vite. superuenit nox et continuo mihi sopor accessit. Post hos sermōes astitit mihi quidam grandis quidem corpore aspectu autem terribilis: deinde intuēdo me perterrēs iracunda visione et aspera voce iterrogabat me dicens. Dic mihi inquit qui sunt cogitat⁹ cordis tui? Ego autem aspectu eius et habitu tremefacta: ne q3 aspicere in eum audebam. Maiori vero voce vis⁹ iterū iussit vt ea que mihi placerent sibi pronunciarem. Ego autem pre timore dissoluta et omnē oblita cogitatum nihil esse dicebam. Ille vero negāti mihi reuocabat ad memoriam vniuersa que in corde meo meditata fuerā. Ego autem cōuicta et ad precē conuersa: supplicabam veniam consequi et causam ei narrabam huiusmodi cogitatus. Qui ait mihi. Ueni ergo et vide vtrosq3 patrez scilicet et matrem. et cuius deinde volueris tibi elige vitam. Et apprehendens mihi manum trahebat me. Ducens autem me in quendam campum magnum habentē paradisos multos et diuersos fructus: variasq3 arbores et pulchritudinem inennarabilem: et introduxit me illuc. Occur

rens autem mihi pater meus amplexat⁹ est in me. et osculabatur: filiaꝫ me vocãs. Ego vero circumplexa eum rogabam vt manereꝫ cum ipso. At ille. Nunc inquit nõ potes hic esse: si vero volueris mea vestigia sequi. venies huc non post multũ tempus. Cũ aũt adhuc ego deprecarer vt manerem cũ ipso: trahẽs me rursus manu q ibi me duxerat. veni ait ostendam tibi et matreꝫ tuaꝫ que in igne exuritur: vt scias ad cuius eorũ imitationẽ declinare velis vitam tuaꝫ. Statuens: autem me ĩ domo tenebrosa atqꝫ obscura. omni stridore et perturbatione repleta: ostẽdit mihi fornacẽ ignis ardentẽ. ⁊ picem ferventeꝫ. ⁊ quosdaꝫ illic terribiles aspectu stantes super fornacem. Ego aũt inspiciens deorsũ video matrem meam in fornace vsqꝫ ad collum dimersam. stridentem dentibus et igne ardentem: et vermium multoꝝ fetorem fieri. Videns autem me mater. cũ vlulatu clamabat filiam me vocans. heu me filia de propriis operibus et peccatis meis hec patior quia quasi deliramenta mihi videbantur vniuersa. que de sobrietate erãt. Opera enim fornicationis et adulterii nõ videbantur mihi habere tormenta. ebrietatem quoqꝫ et luxuriam non arbitrabar lucrari penas. et ecce propter exiguas delicias: quanta exoluo tormenta: ecce pro contẽptu dei quales recipio mercedes. Apprenderunt me vniuersa immobilia mala. Nunc tempus auxilii o filia. nunc recordare nutrimentorũ que a me consecuta es: nunc retribue beneficium si quid boni aliquando a me accepisti. Miserere mei filia quia in igne ardeo: et ab ipso igne non ↄsumor: miserere mei qa ĩ huiusmodi cruciatibus examinor. Miserere mei filia: ⁊ porrigens manũ tuã: educ me de loco hoc: Me auteꝫ recusante hoc facere propter eos qui ibi astabant rursũ cum mater clamabat. Filia mea adiuua me: ⁊ noli despicere fletuꝫ proprie matris tue. Memẽto doloris mei ĩ die parturiẽtis te: ⁊ ne me despicias q̃ gehẽne ignibus deperco. Ego aũt a voce ei⁹ lacrimis cõmota humãuꝫ aliqd patiebar: ⁊ cepi eũ clamore ↄdolẽs ei igemiscere. Exurgẽtes vobi qui in domo mea erãt. ⁊ accẽdẽtes ignẽ causã mugitus mei interrogabãt. Ego autem narraui eis que videraꝫ: ⁊ sic iaꝫ vnũ hoc deliberaui: vt patris mei sequerer vitam certa facta per ineffabileꝫ misericordiaꝫ dei: q̃ pene reposite sũt his: qui male viuere non metuunt. Alia si quidem multa beata virgo ex ipsa visione cognoscẽs per reuelationem dei: multam esse a deo: ⁊ bonorum operum retributionẽ: ⁊ malorũ actuum et turpis vite: maximas eẽ penas anũciabat. Ideoqꝫ dilectissimi: efficiamur melioris consilii nobismetipsis: vt beati fieri sine fine possimus. Narrauit iteꝝ idem senex đ quodã episcopo: vt maxime ex eo fiduciam capiam⁹: q̃ facilis sit deus ad veniam: si tm̃ nos peniteat commissi o peccatorũ. Nunciabat̃ igitur a quibusdam eidem episcopo: inter fideliuꝫ turmas duas consistere mulieres: que abrupta seculi gradiendo ĩpudice inuenirentur et viuerent. Episcopus autem ex his que ei nunciata sunt commot⁹: suspicatus est ne forte et alie huiusmodi essent ⁊ ad deprecandum deum se conuertit. certus inde rogans effici: qđ et meruit. Post diuinã enim illam atqꝫ terribilẽ consecrationem. dum accederẽt singuli ad participandum sancti misterii sacramẽta. per vultus eorum cernebat animas quibus vnaqueqꝫ subiaceret peccatis. Et peccatoꝝ quidem hominum videbat facies nigras quosdam vero ipsorum tãq̃ ab estu exustas facies habentes oculos autem rubeos ac sanguineos: Iustos autem videbat claros aspectu: et candidos amictu. Et alii qdẽ dũ acciperẽt corpus domini exurebãtur ⁊ incẽdebant̃ aliis aũt sicut lumen efficiebat̃ ĩ se: et per os ingressũ omne eoruꝫ corp⁹ illustrabat. Erãt autẽ int̃ ipos etiaꝫ q solitariã vitaꝫ elegerãt: et hi qui in coniugiis erãt: q et ipi ita esse videbãt. Deinde cõuertit se et cepit etiã mulierib⁹ ipa distribuere misteria vt cognosceret q̃les et ipaꝝ essẽt aĩe: et vidit simili mõ fieri nigras

atq3 rubeas facies eaꝝ. sanguineas quoq3 et albas. Inter ipas autē aduenerūt ⁊ ille due mulieres que accusate erāt apud eum propter quas maxime ad hāc precē et preuidentiā venerat. Cernit aūt ipsas dum accedunt ad sanctū misterium clarū habentes vultum et honorificū3: candida quoq3 stola circūamictas. Deinde cum ⁊ ipse participate fuisset misteria xpi: facte sunt sicut a lumine illustrate. Rursu3 episcopus ad solita3 se precem conuertebat. supplicans deo discere cupiens modu3 reuelationū que ei demostrate fuerant. Astitit autem angelus domini: et de singulis interrogare precipiebat. Sanctus vero episcopus continuo de illis duabus sciscitabatur mulieribus: si vera esset illa prima accusatio an falsa. At vero āgelus affirmabat omnia vera esse que dicta de eis erant. Episcopus quoq3 ait ad āgelu3 Et quomodo in perceptione corporis xpi splendide erant facies eaꝝ: albam etiam stolam habebant lumineq3 fulgebant nō paruo. Ait autem ei angelus. Eo ꝙ penituerint de actib⁹ suis et discedētes ab his lachrymis et gēitib⁹ atq3 elemosynis pauperum. per confessionem diuinum meruerunt numerum. de cetero nequaq̄ in hisdem malis se casuras promittentes: si tm̄ de prioribus delictis vēiā mercantur: et meruerunt per hoc diuinā inmutationem ⁊ a criminibus absolute sunt: ⁊ viuent deinceps sobrie ⁊ iuste ac pie. Episcopus autem mirari se dicebat: non tm̄ de immutatione eaꝝ: hoc enī multis contigit fieri: s3 de dei dono: qui non solum eas tormentis minime subiecit: sed etia3 tantā eis donare dignatus ē gratiā. Ait autē ad eum angelus. Amiraris h̄ iuste q̄i hō. dn̄s autē omnipotēs ac de⁹ nr̄ ⁊ vr̄ cū naturalit̄ sit bon⁹ ac misericors: hos qui discedūt a ꝓpriis delictis. ⁊ per confessiōe3 accedūt ad eū nō tm̄ perire nō patit̄. s3 etiā furorē suū aufert ab eis: ⁊ honore dignos facit. Etenī sic de⁹ dilexit mundū: vt filiū suū vnigenitū daret ꝓ eo. Quia igit̄ cū inimici essent hoīes mori ꝓ eis elegit: ml̄tomagis domesticos effectos eos et pn̄iam agētes super his q̄ gesserāt. absoluit a pc̄is: ⁊ eis que ab ipo pparata sunt bona p̄stabit pfruenda. Hoc ergo scito. quia nulla d̄licta hominū vicūt clemētiā dei tm̄. vt per penitentia3 ea q̄ pridem qs gesserat mala abluat acti⁄b⁹ hōis: Cū enim sit misericors de⁹ scit in firmitatē generis humāi ⁊ passionū fortitudinē ⁊ diaboli potētiam atq3 astutiam ⁊ lapsis hominib⁹ in peccatis quasi filiis ignoscit: ⁊ expectat correctionē eorum: patientiam habens in ipsis. conuertentibus vero atq3 eius exorantibus bonitatem tā q̄ infirmis compatitur: ⁊ absoluit confesti vincula eorū: et donat eis bona que preparata sunt iustis. Ait autem episcopus ad angelum. Obsecro te. dic mihi etiam vultuum differentias. ⁊ quibus peccatis vnusquisq3 eorum subiaceat: vt etiam de his cognoscens ab omni liberer ignorātia Angelus autem dixit ad eu3: Hi quidem qui splendido atq3 hilari vultu sunt in sobrietate ⁊ castitate ⁊ iusticia viuūt: modesti quoq3 ⁊ condolentes ac misericordes sūt Hi vero qui nigras habent facies: fornicationis ⁊ libidinis operarii sūt ceterisq3 sceleribus ⁊ delictis implicati. Hi vero qui apparuerunt sanguinei atq3 rubei. in malignitate et iniusticia viuunt: ⁊ amantes detractiones: blasphemi dolosi: et homicide sunt. Rursum dicit ei angelus. Adiuua eos. siquidem salutem eorum desideras. Propterea etiam meruisti orationum tuarum effectum vt videndo discas discipulorum tuorum peccata. et per ammonitiones atq3 obsecrationes meliores eos per penitentiam facias ei: quoq3 qui pro ipsis mortuus est et resurrexit a mortuis ih̄u xp̄o domio nostro gtu3 facias. Quātacunq3 igitur tibi virt⁹ est et studiu3 ⁊ dilectio circa dominum tuu3 xp̄m ih̄m: oē3 eoꝝ gere ꝓuidentiā vt cōuertātur a propriis peccatis ad cōmunē dn̄3 et māifesta qb⁹ d̄lictis subiaceāt. ne ꝓpriā desperent salutē. Ex h̄ pc̄itētib⁹ qdē illis ⁊ ↄuertēti b⁹ ad deū aīab⁹ eoꝝ salus erit ⁊ epulatio futuroꝝ bonoru3: tibi xo erit pl̄rima merces imitant deū tuū qui celos quidē reliquit ⁊ in terris demoratus ē pro salute ho

minus. Referebat quidam patrum quia tres sūt res honorabiles apud monachos quibus oportet nos cum timore et tremore et gaudio spūali accedere. Uidelicet communicatio sanctorum sacramentorum: et mensa fratrū: et peluis in qua fratrum pedes lauantur. Proferebat autē et exemplum tale dicens. Quia erat quidam magnus senex prouidus. et cōtigit eum manducare cū pluribus fratribus: et comedentibus illis videbat in spiritu idem senex sedens ad mensā quosdā edentes mel: alios autē panes. alios uero stercus. Et mirabatur intra semetipsum: et deprecabatur deum dicēs. Domine reuela mihi mysteriū hoc: quod idem cibus omnibus appositus ē super mensam: et in mā ducando ita imutatus videtur: vt quidam edant mel: quidam aūt panē: alii vero stercus. Et venit ei vox de sup dicens. Illi qui mādūcant mel. hi sunt: qui cū timore et tremore et grāp actione edunt ad mensā et incessanter orant: et oratio eorum sicut incēsum ascēdit ad deū: ideoque mel comedūt. Qui aūt panē māducant hi sunt qui gratias agētes percipiūt ea que a deo donata sūt illis. Alii vero qui stercus māducāt: hi sunt qui murmurant et dicūt: hoc bonū ē. id malum est. hec autem talia non oportet cogitare: sed magis glorificare deū atque laudes ei offerre: vt in nobis impleatur illud quod dictum est. Siue manducatis siue bibitis siue aliud quid facitis: oīa in gloriam dei facite. Explicit liber de preuidentia et contēplatione.

Incipit liber de sanctis senioribus qui signa faciebant.

Dixit abbas Dulas discipulus abbatis bysarionis. quia ambulantibus nobis secus littus maris. sitiui et dixi abbati bysarioni. abba sitio valde. Et cum fecisset senex orationē dixit mihi. bibe de mari et dulcis facta ē aqua: et bibi. Ego aūt hausi modicū in vase ne forte iterū sitirē quod cum vidisset senex dixit mihi. Ut quid aquā portas? Dixi ei. Ignosce mihi ne forte iterum sitirem. et ait senex. deus qui hic est et vbique est. alio tempore cum ei necessarium esset fecit orationē et trāsiuit chrisoroan fluuiū pedibus. Ego aūt admiratus inclinans rogaui eū dicens. quomodo sentiebas pedes tuos dum ambulares in aqua? Et ait senex. Usque ad talū sentiebam aquam: reliqua autē erant solida sub pedibus meis. Rursum euntibus nobis ad alium senem venit sol ad occasū. et orās senex dixit. obsecro domine. stet sol donec perueniam ad seruū tuum. et factum ē sic. Uenit aliquando quidā demonium habens in scithi. et facta est oratio pro ipso in ecclesia. et nō egrediebatur demō ab eo quia durus erat. Dicunt autem adinuicē clerici loci illius. Quid faciemus huic demoni? Nemo enim pōt eū eiicere. nisi abbas bysarion. Et si rogauerimus eum pro ipso neque in ecclesiā veniet. Hoc aūt faciamus. Ecce venturus ē mane ante oēs in ecclesiā faciamus eū qui vexatur sedere in loco ipsius et cū ingreditur. stemus ad orationē et dicamus. Excita frem illū abba. Fecerūt autē sic. Ueniente itaque mane sene illo. steterunt ad orōnē: et dicūt. Excita frem illū abba. et dixit illi patiēti. Surge egredere foras. Et confestim exiuit demon ab eo: et sanus factus ē ex illa hora. Dixerūt seniores fres aliquādo abbati helie in egypto de abbate agathone. quia bonus fr ē. Et dicit ei senex. Secundū generatiōem suam bonus ē: Qui dixerunt ei. Secūdum antiquos aūt quid? At ille rñdens ait. Jam dixi vobis quia secūdum generationē suam bonus est. secūdum antiquos vero vidi hominē in scithi qui facere poterat vt sol staret in celo. sicut fecit ihs filius naue. Et hec audiētes obstupuerūt: et glorificauerūt deū. Dicebāt de abbate machario illo maiore quia ascēdēs de scithi portabat sportas: et fatigatus resedit. et orauit dicēs. Deus tu scis quia iā nō pualeo. Et mox eleuatus inuētus ē trās fluuiū mē. Habebat quidā hō filiū paraliticū in egypto et adduxit eū ad cellā abbatis macharii et relicto eo ad ostiū flēte recessit lōgius. Respiciēs autem senex vidit puerum plorantē et dicit ei. Quis te adduxit huc Qui dixit. Pater meus proiecit me huc:

Ea namq̄ ab eis in cessanter operatio manuum pri uatim per cellulas exercetur. vt psalmo rum quoq̄ vel ceterarum scripturarum studium per totum diei spacium iugiter meditantes in his officiis que nos statuto tempore celebramus: totum diei tempus absumant. Tertiam vero horā ꝛ sextam atq̄ nonam: trinis psalmis quottidie fini unt. His enim tribus temporibus etiam danielem prophetam quottidie fenestris apertis in cenaculo. preces domino fudis se cognoscim⁹. Nec inmerito hic specialiu̾ tempora religiosis sunt officiis deputata In his siquidem promissionū profectio: ꝛ sūma nostre salutis est adimpleta. Hora nanq̄ tertia repromissus olim per prophe tas spirit⁹. sanct⁹ sup apostolos descendit linguarumq̄: omniū eis sciētiam dedit. Hora autem sexta. imaculata hostia dñs noster iesus xp̄s oblatus ē patri: crucēq̄ pro totius mundi salute conscendens. hu mani generis deleuit peccata. Eadē quo q̄ hora petro excessu mētis vocatio gen tium per sūmissionē vasis euangelii celit⁹ delati. ꝛ purificatio omnium generū ani mātiū ī eodē vase ꝯsistētiū d̄lata ad eum voce diuinitus reuelatur dicente ei. Sur

ge petre. occide et manduca. Quod vas quattuor initiis de celo summissum: non aliud quam euangelium designare manifeste cognoscitur. Hora vero nona xps inferna penetrans. inextricabiles tartari tenebras coruscatione sui splendoris extrixit. portasque ereas eius effringens. et seras ferreas conterens captiuitatem sanctorum que clausa tenebatur secum transuexit ad celos igneaque romphea summota. antiquum incolam paradiso restituit. eadem quoque hora cornelius centurio in precibus persistens. commemorationem orationum et elemosynarum suarum ante deum factam: ab angelo sibi loquente cognoscit. Quibus testimoniis liquido comprobatur: non inmerito a sanctis et apostolicis viris. has horas religiosis obsequiis consecratas. a nobis quoque obscurari similiter oportere: qui ne si velut lege quadam soluere hec pietatis officia saltem statutis temporibus adigamur totum diei spacium obliuione aut desidia. vel vanis occupationibus inuoluti: absque orationis interpellatione consumamus. Cum quanta discretione et caute la suscipiantur in monasterio abrenunciantes seculo. Capitulum. xxi.

Cum igitur quis renunciaturus seculi negociis in monasterium se suscipi rogauerit. non ante admittetur quam diebus decem vel eo amplius pro foribus monasterii excubans: indicium perseuerantie sue pariter humilitatis ac patientie demonstrauerit. Cumque omnium fratrum pretereuntium genibus prouolutus et ab vniuersis refutatus atque despectus sit quasi qui non causa religionis sed necessitatis obtentu monasterium oportet intrare iniuriisque multis affectus experimentum dederit constantie sue: et qualis futurus sit in temptationibus opprobrii tolerantia declarauerit atque ita postmodum susceptus: diligentia summa perquiratur: ne de facultatibus suis inhereserit ei vel vnius nummi contagio. Sciunt enim eum sub monasterii disciplina diuturnum esse non posse: sed nec humilitatem aut obedientiam obtinere: si in conscientia eius quantuluncunque pecunie latitauerit. Quamobrem ita nudatur vnusquisque cum receptus fuerit omni pristina facultate: vt ne ipsum quidem vestimentum quo indutus est: here permittatur vlterius: sed in conuentu fratrum productus in medium exuitur propriis indumentis: ac per manus abbatis induitur monasterii vestimentis: vt per hoc non solum se vniuersis rebus suis antiquis nouerit spoliatum: sed etiam omni mundiali fastu deposito: ad xpi paupertatem et inopiam se descendisse cognoscat. Illa vero que posuit vestimenta tamdiu reseruantur in monasterio: donec profectus et conuersationis eius ac tolerantie virtutem euidenter agnoscant. Et si posse eum ibi perdurare perspexerint: tunc indigentibus eadem vestimenta largiuntur: sin vero in quadam illum murmuratione vel qualibet inobedientia deprehenderint: exuentes eum monasterii quibus indutus erat vestimentis: et reuestitum antiquis que seruata fuerant: depellunt de congregatione. Cum igitur quis susceptus et hac perseuerantia qua diximus fuerit comprobatus: ac depositis propriis indumentis habitu monasteriali fuerit accinctus: non statim congregationi fratrum commisceri permittitur: sed deputatur alicui seniori qui seorsum non longe a vestibulo monasterii commanens: habet curam peregrinorum atque aduenientium deputatam: eisque omnem diligentiam susceptionis et humanitatis impendit. Cumque ibidem cum ipso integro anno deseruiens. absque vlla querela suum circa peregrinos exhibuerit famulatum: doctus per hec prima institutione humilitatis admiscetur. post hec congregationi fratrum: ac demum docetur primitus suas vincere voluntates: et ea illi sepius imperare student que senserit animo eius esse contraria. Pronunciant enim nullatenus monacho preualere: vel iram vel tristitiam vel spiritum fornicationis: nisi prius didicerit mortificare per obedientiam suas voluntates: sed nec humilitatem quidem cordis veram nec cum fratribus concordiam firmam posse retinere: nec in monasterio diutius permanere eum: qui voluntates suas non didicerit superare. Quod nullus in monasterio sine iussione senioris agere aliquid presumat. ca. xxii.

Post hec tanta obseruatis apostolos obedientie regula custodit: vt iuniores absque prepositi sui scientia vel permissu: nec ad ipsas quidem naturales necessitates progredi presumant. Et sic vniuersa precepta que eis ab ab/

bate fuerit iperata cōplere festināt tāq̄ si ex deo sint celitꝰ edita. vt aliqñ etiam im possibilia sibimet impata: ea fide ac deuotione suscipiāt: vt tota ỽtute pficere ea et ꝯsumare nitāt. Itaqȝ cōsidentes intra cubilia sua: ꝛ operi ac meditationi studium piter ipēdētes: cū signū aliqđ audierit ad orōnē eos seu ad opꝰ aliqđ inuitātis: certati de cubilibꝰ suis vnusqsqȝ ꝓrūpit. ita vt ille q scripturas exercet: cū reptꝰ fuerit ichoasse litterā. finire nō audeat: sȝ ī eodē puncto q̄ ad aures eiꝰ sonitꝰ pulsātis signi aduenerit. sūma velocitate ꝓsiliēs. ne tm̄ qdē more ei iterponat: q̄ tū cepti apicis cōsumet effigiē. Illā sane virtutē. inter ceteras institutiōes eoꝝ magnā eē cognouimꝰ q nulli. s. fiscellā nulli peculiarē sportam: nec aliqd aliud quasi propriuȝ possidere liceat. sed nec verbo qdē audeat quis dicere aliquid eē suū.

De tribus granis lenticule negligent dimissis Capitulū xxiii.

Situr in septimana cuiusdā fratris qui officio coquine deseruiebat: cum pteriēs ppositꝰ monasterii:. tria genera lēticule iacere vidisset ī terra que fratri festināti ad coctionē pparandā inter manus qñ aq̄ lauabant elapsa fuerant: confestim sup h̄ abbatem consuluit. Tunc fr̄ ille velut interuersor ꝛ neglector sacri peculii iudicatꝰ ab orōne suspēsus ē. cuiꝰ negligentie reatꝰ ñ aliter ei remissus ē nisi eū publica penitētia diluisset.

De duobꝰ monachis in quorū septimana ligna defecerunt. Capitulū xxiiii

Qui alios fratres ī quorum septimana. cū accidisset tanta lignoꝝ pēuria. vt non essȝ penitus vnde soliti cibi fr̄ibus parentur: ꝛ donec possēt cepta deferre vt xerofagia contenti essēt abbatis fuisset auctoritate pceptuȝ: essetq̄ hoc vniuersis placitū. nec qsq̄ possit vllum coctionis spare pulmentum illos velut q fructu ac mercede sui laboris ꝛ obsequii fraudarent ſī in ordine vicis sue cibos fr̄ibus non secūduȝ cōsuetudinē pauissēt tātum sibi spōtanei laboris ac sollicitudinis indixisse vt in illis aridis ac sterilibꝰ locis ī quibꝰ ligna nisi de fructiferis arboribꝰ excidant oimodis nequnt īueniri: neqȝ. n. in illis locis vlla reppiuit frutecta siluestria. Igit p extenta auia discurrētes frēs illi et heremū que ỽsus mare mortuū tēdit abeūtes festucas tēues ac spiculas q̄s ventꝰ huc illuc qȝ dispserat colligentes. cūctaqȝ solēnitatē ciborū spōtaneis obsequiis ppararuerūt. Tāta nāqȝ fide hec sua munera fr̄ibꝰ exhibuerūt vt etiaȝ cū illos honeste possȝ vl lignoꝝ excusare pēuria: vl abbatis impiū ꝓ suo fructu atqȝ mercede noluerūt abuti licentia.

De beato iohe q habitabat iuxta lyco oppiduȝ Caplm xxv

Necessarium reor huic operi ꝯmemorationem facere beti ioānis q cōmoratus ē iuxta lyco quod ē oppidum thebayde quiq̄ propt obediētie ỽtutē vsqȝ ad ꝓphie grāȝ sublimat. Sic p totū claruit mōduȝ vt ꝛ regibꝰ mōdi huiꝰ merito suo redderet illustris. Nā cū in extremis: vt dixi: thebayde ptibꝰ ꝯmaneret nō āte p̄sumebat theodosiꝰ ipator. ad ppotētiū tyrānoꝝ bella ꝓcedere: q̄ illiꝰ aiaretur oraclis atq̄ rñsis. Quibꝰ confidēs. velut celitꝰ sibi ꝯlatis: tropheа ꝯ ꝯspatis bellis atque hostibus sēper reportauit.

De mirabili patientia eiusdem Joannis circa patrem suum. Ca. xxvi.

Hic itaqȝ beatꝰ ioannes ab adolescētia sua vsq̄ ad pfectā ac ỽilē etatē cuidā seniori deseruiēs donec ille ī hꝰ vite ꝯuersatiōe durauit. tāta ei hūilitate ihesit: vt ipi qȝ seni stuporē sūmū obediētia icuteret. Cuiꝰ hāc ỽtutē. vtruȝ ꝯ vera fide ac ꝓfūda cordis simplicitate ꝯ scēderet. volēs senex manifestꝰ explorare ei plura etiā supflua ꝛ ipossibilia frequētiꝰ iniūgebat. ex qbꝰ pauca narrabo. Sūpsit nāq̄ de lignario suo ỽgultū senex. qđ oliȝ excisuȝ vsibꝰ foci fuerat pparatū: cū h̄ coram ipso fixisset ī terrā. pcepit ei vt aduecta

aq̄ q̄ttidie bis illud irrigaret. Qd̄ p̄ceptū ve neratiōe solita sine vlla ipossibilitatis ↄsi deratōe. adolescēs suscipiēs. ita q̄ttidianis dieb⁹ expleuit: vt aquā p duo miliaria ide sinēter apportās nullaten⁹ lignū cessaret ri gare: atq̧ p totū āni spaciū. n̄ ifirmitas cor poris. n̄ occupatio necessitatis vlli⁹ īterci dēs. ab obꝟuātia p̄cepti hui⁹ potuit eū ipe dire. Cūq̧ hāc sedulitatē tacit⁹ senex latēt dieb⁹ singulis explorasset. ꝛ videret eū sim plici cordis affectu mādatū suū velut diui nit⁹ ipatū ꝟuare: miserās tandē tā lōge la boris ei⁹ ꝑseuerātiā. accedēs ad aridū vir gultū dixit. O fili ioānes. misit ne radices hec arbor an n̄: Cūq̧ ille se nescire dixisset senex velut tēptās si iā suis radicibus tene ret: euulsit corā ipō ꝟgultū. ꝛ ꝓiciēs lōgi us illd̄: p̄cepit discipl'o vt deinceps rigare cessaret. De īmani saxo quod idē ioānes p obediētiā aduexit. [C]apitulum. xxvii.

Taque cū iā fama obediētie ei⁹ p mōasteria vni uersa flagraret: q̄dā frēs ꝓbatio nis. imo edificatiōis causa. venerūt ad se nē. Tūc senex vocās discipulū suū: ait ad eū. curre ioānes. ꝛ saxū illud huc aduolue q̄ntocius. Qui ↄfestim saxū īmane appli cita nūc ceruice. nūc toto pectore. tāto nisu atq̧ conatu prouoluere ↄtēdebat: vt sudo re mēbrorꝫ suorꝫ. non soluꝫ totuꝫ infunde ret vestimentuꝫ: sed etiaꝫ saxuꝫ ipsum suis ceruicibus humectaret. In hoc quoque pa ruꝫ metiens ipossibilitatē precepti vel fac ti. pro reuerentia senis ꝛ obsequii simplici tate sincera: qua credebat tota fide. senem nihil posse in cassum ac sine ratione preci pere. Huc vsque abbatis ioannis pauca d̄ multis dixisse sufficiat. nunc abbatis mucij factū dignum memoria ↄprehendā. De mirabili patiētia abbatis Mucii. c. xxviii

Hic namque abbas pat̄ muci⁹ abre nunciare desiderans huic mundo monasterium petiit. Qui tam diu pro fori bus monasterii cum paruulo filio: octo cir citer annorꝫ excubauit: donec suscipi me reretur: cumque tandem recepti fuissent confestim abinuiceꝫ separati sunt. ne sili cet iugi visione paruuli: reminisceretur pa ter quā abiecerat facultatē. Et queadmo duꝫ diuiteꝫ se iaꝫ non esse sciebat: ita ꝛ pa treꝫ se esse nesciret. Quod vt plenius pro baretur. vtruꝫ ipe plus faceret affectione sanguinis an obediētie. negligebatur par uulus pannis pocius q̧ᵐ vestimentis indu tus. Sed ꝛ colaphis atq̧ alapis expositus diuersorꝫ: quos plerumque sub oculis suis pater īnocenti paruulo etiaꝫ gratis cerne bat inferri. ita vt nunq̧ᵐ genas eius nisi la chrymarū sordentibus vestigiis videret ī fectas. cunq̧ taliter infans sub oculis eius per singulos dies ageret ille ꝓ amore xp̄i ꝛ obediētie virtute. rigido semꝑ ꝛ imobili viscere perdurauit. Non eni reputauit iaꝫ suū filiū. queꝫ secū pariter obtulerat xp̄o: nec curabat de p̄ntibus eius iniuriis. Sed magis exultabat q̧ ille nequaq̧ᵐ districtio neꝫ mentis illius atque īmobilem rigorē emoliret. Qd̄ vidēs pater monasterii ad cōprobandaꝫ magis eius constantiā. cum vidisset quadam die infantem plorare. si mulabat se iratum: precepit patri eius vt tollens cuꝫ iactaret in aquaꝫ. Tūc ille ve lut a domino hoc sibi esset preceptuꝫ. con festiꝫ celeri cursu rapiens filiū: ad ripā flu minis iactaturus aduexit. Qd̄q̧ profecto furore fidei. ꝛ obediētie eius fuisset opere cōsumatū: nisi procurati fuissent ab abba te fratres. qui sollicite ripā fluminis obsi derent ad paruulū eruendū. proiectūq̧ iā ꝛ quodā modo de fluminis alueo paruulū confestī rapuerunt. ꝛ cū sūma deuotiōe p̄ cepto patris cōpleto: ab effectu operis re uocauerūt. cuius fides atque obediētia ꝛ d̄uotio. intātū deo fuit accepta. vt stati ꝛ i uino testimonio cōprobatus sit. Reuelatū nāque ē ↄtinuo seniori: hac eū obedientia abrahe patriarche opus iplesse. cūq̧ bre ui tpe transacto. idē abbas migraret d̄ se culo. hūc patrē mutiū. ꝓ obediētia cūctis frībus ꝓponēs: successorē sui. atq̧ abbatē mōasterio reliquit. De monacho cuiusdā comitis filio. q sportas p plateas iussus fue rat portare. [C]apitulum. xxix.

Quemdam quendã fratrẽ scõꝫ secu li hui⁹ ordinẽ. sũme familie. nam pa tre comite ac ditissimo oriũd⁹ fuit. Qui re lictis parẽtibus cũ ad mõasteriũ puolasset ad cõprobãdã ei⁹ hũilitatẽ stati ei a seniore pceptũ ẽ vt decẽ sportas grãdes. q̃s neces se nõ erat tũc vẽdere. ceruicib⁹ suis ĩposi tas. distrahẽdas p plateas circũferret adi ecta cõditiõe. q̃ diuci⁹ ĩ h̃ officio ipse ꝯtine ret. vt si forte vn⁹ eas emere. pꝯt voluissꝫ ñ cederet: ſꝫ sigillatĩ eas q̃rentib⁹ vẽderet Qð ille tota ꝺuotiõe cõpleuit: ⁊ oĩ verecũ dia p xpĩ ꝺsiderio calcata: sportas hume ris suis ĩponẽs: ⁊ p plateas portans. statu to pcio distraxit: ⁊ pecuniã ad mõasteriũ re portauit. De abbate pinupio. Cap. xxx.

Vidimus ⁊ abbatem pinu phiũ q cũ esset ĩ manis mõasterij p̃sbyt: qð ẽ ĩ egy pto. nõ lõge a panifisi ciuitate. ⁊ p ipa re uerẽtia vl̃ vite sue. vl̃ etatis. vl̃ sacerdo cii. cũctis honorabilis existeret: vidẽs se p hoc ipõ hũilitatẽ tenere non posse. occulte fugiẽs ꝺ cenobio. secessit solus ĩ thebaydis vltĩas ptes: ibiqꝫ ꝺposito ĩdumẽto mona choꝝ. assũpta seculari veste. mõasteriũ ta bens iotaꝝ expetiit. qð sciebat cũctis mo nasteriis cẽ districti⁹. ⁊ ĩ q̃ se p lõgitudine regiõis credidit ignorãdũ. Vbi dũ diutissi me p forib⁹ pseuerãs. cũctoꝝ fratrib⁹ ge nub⁹ puolut⁹: vt susciperẽ sũmis pcib⁹ am biuit. Cũqꝫ multo ꝺspectu pbatus. ⁊ tãdẽ fuisset admissus: continuo vt seni. nulliqꝫ opi penitus apto. horti cura diligentiaqꝫ mandat̃. Quã ille operã sub alio fratre iu niore. q eũ sibi creditũ retinebat exercẽs. sic eidẽ subdebat̃: vt nõ solũ ea q̃ ad horti diligentiã ptinebant. sed etiã vniuersa offi cia. q̃ erãt cũctis fratrib⁹ aspera vel indi gna: tota quottidie sedulitate cõpleret. cõ plura vero etiã nocte cõsurgens. ita furtĩ nullo teste opabatur: vt penit⁹ auctorem operis nemo deprehẽderet. Cunqꝫ ibidẽ triennio delitescẽs. p vniuersã egiptũ disp sis vbiqꝫ fratrib⁹ q̃reret̃: a quodã tandeꝫ visus fratre. qui de egypti ptibus aduene rat vix potuit p humilitate habit⁹ sui. ac vilitate officii quod gerebat agnosci. nam sarculo deorsuꝫ incuru⁹ pparabat holeri bus terrã. deinde sterc⁹ humeris suis ap portans. coꝝ radicib⁹ ingerebat. Cunqꝫ hec intuens frater. sup agnitõe ei⁹ diutissi ma hesitatõe fuisset detẽt⁹: ppi⁹ tandẽ ac cedẽs. nõ solũ vultũ. sed etiã sonuꝫ vocis ei⁹ diligenter explorãs. ad pedes eius co minus se piecit. Tũc fratres stupere ce perũt. ⁊ ĩquirere cur hoc fecisset ei. q apð ipsos velut nuper de seclo egressus. habe batur extremus. cũqꝫ eis frater ille rei or dinẽ. ⁊ nomẽ ipsius abbatis ĩdicasset. ma iori miraculo sunt pculsi. qm̃ ⁊ apud ipsos magna opinione fuerat ꝯpertus. Tunc ignorãtie sue veniã ab eo postulabãt: ꝙ eũ tãto tẽpore iter iuniores ac paruulos de putassent. At ille flebat multũ ⁊ lugebat ꝙ silicet ĩuidia diaboli fuisset proditus: nec licuisset ei diucius ĩ tali humilitate at qꝫ abiectõe perdurare. Tũc eũ fr̃es ĩuitũ ac flẽtẽ ad propriũ monasteriũ reduxerũt custodientes cũ summa diligẽtia: ne simi liter quoqꝫ delapsus aufugeret: Vbi cum fuisset modico tẽpore demorat⁹: eodẽ rur sus humilitatis desiderio succẽsus: captãs nocturna silentia ita defugit: vt iam non vicinam prouinciam: sed incognitas regi ones expeteret. Nam conscendens nauiꝫ in palestine partes commeare curauit: cre dens se tucius latiturum: si ad illa semet ipsum asportasset loca in quibus nec no men quidem suũ fuisset auditum: Quo cũ aduenisset nostrum monasteriuꝫ protinus expetiuit: quod nõ longe erat ab speleo: in quo dñs noster ex virgine nasci dignatus est. In quo monasterio permodico tẽpore supradictus abbas pinuphius delitescens secundũ sententiã dñi tanq̃ ciuitas supra montẽ posita: diucius abscondi non potu it. Nam continuo quidam fratrum: qui ad loca sancta de egypti partibus orationis causa venerant agnitũ eũ cũ multa prece ⁊ maxime inuitum: ad suum iterum ceno biũ reuocauerunt. Exhortatio optima ad nuicium monachum: Ca. xxxi.

Unc igitur senē ꝑ illa que nobis fuerat apud ipsuꝫ ī nostro monasterio familiaris amicitia:cū post hec ī egypto regressissemus.ɔtigit vt nobis illic cōmorātibus fratrē quēdā ī monasterio suo reciperet:Cui mirā exhortationē sub nostra presentia indidit.quā mihi animus fuit huic opusculo ītexere. Ait ergo ad eū. Nosti fili quot diebus ꝑ foribus excubās:hodie sis recept⁹? Cui⁹ difficultatis causaꝫ: primitus debes agnoscere.poterit eniꝫ tibi ī hac vita quaꝫ īgredi cōcupiscis.multū ɔferre.si ratione eius agnita:ad seruitiū xp̄i sicut oportet: accesseris. Sicut nāq; in mēsa glīa fideliter seruiētib⁹ deo:ac ꝟꝫ īstitutōes hui⁹ regule ei coherētib⁹ repromittiť ī futuꝝ: ita pene grauissime ꝑparātur:his q tepide eā negligēterq; fuerit executi:ꝛ ꝟꝫ hoc quod ꝓfessi sūt.vel qđ ab hoībus esse credūtur fructus etiā cōgruos sanctitatis eidē exhibere neglexerit. Meli⁹ē eni nō vouere q̄ꝫ vouere ꝛ ñ reddere:ꝛ maledict⁹q facit op⁹ dñi negligēter. Igiť ideo a nobis diutissime refutatus es.nō q: tuā vel oīuꝫ salutē nō toto desiderio cupiamus amplecti: sed ne temere receptus:ꝛ nos apud deū leuitatis:ꝛ te reū grauioris supplicii fecerim⁹ si ad p̄sens facile susceptus nec pōdus ꝓfessionis hui⁹ ītelligēs:vel destitutor post hec:vel tepidus extitisses. Noueris ergo hodierna die:te huic mūdo ꝛ actibus eius esse defunctū:teq; secūdū apostolū mūdo huic esse crucifixū:tibiq; hūc mūdū. Sed forte dicis. Quomodo quis viuens potest esse crucifix⁹? Audi breuiť rationē. Crux nostra timor dñi est. Sicut eniꝫ qs crucifixus:iā nō ꝑ animi sui motu: membra sua quoq̄ꝫ mouēdi vel cōuertēdi habet potestatē:ita ꝛ nos volūtates nostras ac desideria:nō ꝟꝫ id qđ nos delectat ad p̄sens:sꝫ ꝟꝫ p̄ceptū dñi quo nos cōstrixit applicare debem⁹. Et sicut ille q patibulo crucis affigiť:iā nō presentia ɔtēplať nec de suis affectiōib⁹ cogitat:nulla iā possidēdi ɔcupiscētia ꝑmoneť:seq; cū adhuc spirat ī corpore cūctis elemētis creditur esse defunctū:ita nos quoq; timore dñi oportet esse crucifixos.oib⁹ carnalibus vicijs:ꝛ illuc semꝑ habere oculos mētis nostre defixos:quo nos sꝑare ōbem⁹ momētis singulis esse migraturos. Cauēdū est ergo:ne quid aliquādo eoꝝ presumamus:que renūciātes abiecimus. Non enim qui ceperit hec:sed qui ꝑseuerauerit ī his vsq; in finem. hic saluus erit. Versut⁹ eniꝫ serpēs calcanea nostra semꝑ obseruat:idest īsidiatur exitui nostro ꝛ vsq; ad finē vite nos semper supplātare conatur:ꝛ idcirco bene cepisse nihil ꝓderit: si bene cōsumatū non fuerit. Quapropter secūdū scripture sentētiā:īgressus ad seruiēdū dño:sta in timore dñi:ꝛ prepara aīaꝫ tuā:nō ad requiē:nō ad delicias. sed ad tēptatōes ꝛ angustias:per multas eniꝫ tribulationes oportet nos ītroire ī regnū dei. Angusta nāq; est porta:ꝛ arta via que ducit ad vitā:ꝛ pauci sunt qui īueniant eā. Principiū ergo salutis nostre timor dñi est. Per hūc eniꝫ ꝛ initiū ɔuersionis:ꝛ virtuꝫ custodia acquiritur. Qui cū penetrauerit hominis mētē:cōtēptū oīuꝫ reꝝ parit:ꝛ mūdi gignit horrorē: Cōtēptu aūt ac priuatione omniū facultatū:humilitas vera acquiritur:humilitas aūt his inditiis cōprobatur:primo si mortificatas in se monachus oēs habeat volūtates. Secūdo si actus ꝛ cogitatōes nō celauerit seniorem Tertio si nihil sue discretioni: sed iudicio eius vniuersa cōmittat. Quarto si ī oībus preceptis seruet obediētie mansuetudinē ꝛ patientie cōstantiā. Quinto vt nulli inferat iniuriā:sed ꝛ illatas sibi patiēter toleret. Sexto si nihil agat p̄ter regule exēpla. Septimo si ad omnia que sibi iperāť velut operariū malū se iudicauerit ꝛ indignum. Octauo si semetipsum cunctis inferiorē pronunciet. Nono si linguā suā cohibeat ꝛ non sit clamosus in voce. Decimo si non sit facilis ac promptus in risu. Talib⁹ namq; inditiis humilitas vera dignoscitur. Sed ꝛ hec quoq; tibi in congregatione necessario custodienda sunt: vt scilicet secundum psalmiste sententiam sis tanq̄ꝫ surdus non audiens:ꝛ sicut mutus non

apiēs os suū nihil discernēs nihil diiudicās ex his q̄ tibi fuerit ipata Ergo patiētiā tuā non debes de alioꝝ sperare virtute :idest vt tūceā tantūmodo possideas.cū a nemine fueris irritatus.Pricipiū nostre salutis sicut iā dictū ē:timor dñi ē. De timore dñi nascit̄ ɔpūctio salutaris.De ɔpūctione cordis ꝓcedit ɔtēpt⁹ oiuꝫ facultatū ac nuditas.De nuditate hūilitas ꝓcreat̄.De humilitate gn̄atur mortificatio volūtatū.De mortificatōe volūtatū extirpāt̄ vniuersa vicia.Expulsiōe vicioꝝ v̄tutes fructificāt atque succrescūt.Pullulatione virtutuꝫ puritas cordis acquiritur.Puritate cordis apostolice caritatis perfectio possidetur:

De monacho q ante constitutā horā peregrinos reficere coegit capitulū.xxxii.

Uꝫ de syrie partib⁹

egypti prouīciā petissem⁹.quidaꝫ monachus senex ꝓbatissim⁹ gratifice nos suscipiens:refectionē nobis ante ɔstitutā horā ieiunii preparauit.Percunctantibus ergo nobis.cur ante canonicā refectionis horā nos prādere cogeret:respondit ⁊ ait. Jeiuniū fratres sēper est mecū:vos autē cōtinuo dimissurus.mecū iugiē tenere nō potero.Jtaqꝫ christū in vobis suscipiens.reficere eū ōbeo.⁊ cū vos ōduxero.districtionē ieiunii ī memetipso potero ɔpēsare Nō'enī possunt filii sponsi ieiunare.donec cuꝫ illis est sponsus:cum autem discesserit tunc licito ieiunabunt.

De monacho qui nunqꝫ solus escam sumere solitus erat. Capitulum. xxxiii.

Jdimus ⁊ aliū in so

litudie ɔmorantez.qui nūqꝫ solus cibū sumere ɔsueuerat:sed etiā si ꝑ totos quīque d es ad ei⁹ cellulā nullus ex fratribus aduenisset.refectionez iugiter differebat.ieiun⁹ permanēs:donec sabbatorū vl̄ dominico die ɔgregatiōis obtētu:ꝓcedēs ad ecclesiā pegrinū quēpiā reppisset.quē exinde reducēs ad cellulā suā:cū ipso pariter sumebat cibuꝫ.

De machete sene monacho. Capitulum. xxxiiii.

Jdimus ⁊ alium sē

nē Machetē nomīe solitariū:cui hāc gratiā donauerat dñs vt si qñ ī cōuētu fratruꝫ.per totaꝫ nocteꝫ ⁊ dieꝫ agitaretur collatio spiritalis:nunqꝫ ille sōno opprimeretur:si qs vero detractiōis verbū seu ociosū tēptasset īferre.stati ille ī somnū ɔcidebat.Huic etiā seni.cū aliquādo epistole patris ei⁹ ac matris amicorūqꝫ mltoꝝ ō ꝓuīcia pōti trāsmisse fuissēt:accipiēs grādē fasciculū litteraꝝ.diuqꝫ apud semetipsū voluēs dixit.Quātaꝝ cogitationū causa erit mihi istaꝝ lectio.q̄ me vel ad inane gaudiuꝫ vel ad tristitias īfructuosas impellent. quātis dieb⁹ hoꝝ recordatione qua scripserūt.ītētionē pectoris mei a ꝓposita ɔtēplatiōe reuocabūt:Et hec voluēs ī suo pectore.nō solū nullā resoluere epistolā diffiniuit.sꝫ ne ipsū quidē fasciculū resignare:ne scilicet eoꝝ q̄ scripserūt.vl̄ noia recēsēdo vel vultus recordādo.a spirit⁹ sui ītētione cessaret.Jtaqꝫ vt eū cōstrictū acceperat. igni tradidit cremandū:ite īquiēs cogitationes patrie pariter cōcremamini.nec me vlteri⁹ ad illa q̄ fugi reuocare tēptetis.

De theodoro abbate. capituluꝫ.xxxv.

Jdimus ⁊ aliuꝫ ab

batē theodoꝝ.sūma sanctitate ac sciētia ꝑditū nō solū ī actuali vita.sed etiaꝫ noticia scripturarū:quā ei nō tā studiū lectionis contulerat q̄ sola puritas cordis: Hic cū explanationē cuiusdā obscurissime questionis īquireret.vii.dieb⁹ ac noctib⁹ ī oratiōe īfatigabilis ꝑstitit:donec solutionē ꝓposite q̄stionis domino reuelante cognosceret.Hic idē beat⁹ theodorus.cū īopinatus ad meā cellulā ītēpesta nocte venisset.qd naꝫ nouus adhuc heremita solus agerē:paterna curiositate latenē explorās cunqꝫ ego iaꝫ finita vespertina solēnitate lassuꝫ corpus cepissē iā reficere.⁊ me icubātē psyato repperisset:ꝑtrahens ex intimo corde suspiria:meoqꝫ me vocitans nomine dixit.Quanti īquit o ioānes de deo locuntur.eumqꝫ ī semetipsis āplectūtur.⁊

tu fraudaris tāto lumine inerti sopore so lut⁹. itaqꝫ excitato me salubriter: deinceps vigilare ꝯpulit. De anachorita i vastissima heremo habitāte. capitulū. xxxvi.

Itaque cū de pale stine monasteriis. ad oppidū egypti qđ diulc⁹ appellat̄ venissem⁹. ibiqꝫ plurimā turbā cenobii disciplina cōstrictā vidissemus: aliū q̄qꝫ ordinē q excelsior habetur. idest anachoritarū: cūctorū pconiis instigati: sagacissimo corde videre ꝓperauim⁹. hi nāqꝫ i monasteriis primū sub districtiōe regule diligent̄ edocti. dirissimis demonū p̄liis ꝯgressuri: penetrāt heremi ꝓfūda secreta. Hui⁹ ḡ ꝓpositi viros ꝯperimus cit̄ nili fluminis alueū ꝯmorari. i loco q vno latere nilo flumine. alio maris vastitate circūdat⁹: isulā reddit: nullis aliis hoib⁹ q̄ȝ monachis secretū expetentib⁹ optabilē. nec eni cuiqꝫ culture aptā eē terrā illā: salsitas sali ac sterilitas patit̄ harenarū. Ad istos ergo sūmo d̄siderio festināces supra modū sū mos eorū labores qnos i solitudine tolerāt admirati sum⁹. Nā ipi⁹ aque tāta penuria cōstrigunt̄: vt tali diligētia dispēsēt. qlī nemo facit p̄ciosissimū vinū. Trib⁹ nāqꝫ milib⁹ ꝛ eo āpli⁹. eā d̄ nilo flumie necessariis vsib⁹ apportāt. qđ tm̄ iteruallū arenosis diuisū mōtib⁹ laboris difficultate grauissima duplicat̄. His igit̄ visis. cū nos imitatiōis eorū ardor accēderet: vn⁹ eorū ꝓbatissim⁹ heremita. Archebi⁹ noīe. hūanitatis gratia pduxit nos ad suā cellulā. Qui cū ꝯperisset nos ibidē velle ꝯmorari. finxit se eūdē locū velle derelinq̄re ac nobis cellulā suā velut exinde migratur⁹ cepit offerre. Dicebat autē hoc se facturū: etiā si nos non aduenissem⁹. Tūc susceptā cellulā ipi⁹: cū oīb⁹ vtēsilibus possedimus. Erat itaqꝫ illic paucis dieb⁹. qb⁹ ꝯstruēde celle paret ipēdia: d̄ illo loco discedēs. Reuersus p⁹ hec aliā sibi sūmo labore ꝯstruxit: quā rursū nō longe post. superueniētibus fratribus similiter caritatis causa cū vniuerso tradidit instrumento. ipse vero erga opus caritatis ifatigabilis perseuerās tertiā sibi cellā vbi ꝯmaneret istruxit. De duob⁹ adolescētibus. q ficus ad egrotū ferētes i itinere defuncti sunt. Capitulum. xxxvii.

Quidam autē frater cū ficus de Mareote. abbati Joāni i heremū scithi detulisset ille statiȝ eas ad senē quēdā q i iteriore d̄serto mala valitudine laborabat. p duos adolescentulos misit. Siqdē decē ꝛ octo milibus lōge. ab ecclesia ꝯmanebat solitari⁹. Qui adolescētes acceptis pomis. cū ad p̄dicti senis tenderēt cellulā: isusa repēte densissima nube tramiteȝ recti itineris pdiderūt. cūqꝫ tota die ac nocte discurrētes. p auiā heremi vastitatē. nequaq̄ȝ potuissent heremite egrotātis cellulā iuenire: iā itineris lassitudine q̄ȝ inedia sitiqꝫ ꝯfecti. fixis i terrā genubus dn̄o orarēt: spm̄ dn̄o reddiderūt. Qui post hec vestigiorū idiciis diutissime pquisiti. q̄ i locis illis arenosis tāq̄ȝ niuibus ipressa d̄signātur: donec ea leui flatu vētorū tenuis arena discurrēs coopiret: iuēti sūt tādē sic orauerāt iacētes. ꝛ ficus itactas vt acceperāt reseruātes. Elegerūt eni animā magis q̄ȝ fidē d̄positi pdere: ne scilicet absqꝫ iussu abbatis quicq̄ȝ victus presumerēt: vitamqꝫ potius maluerunt amittere temporalem. q̄ȝ senioris violare mādatuȝ. Quāta sit iugitas operum apud egypti monachos. capitulum. xxxviii.

Per totā itaque egyptuȝ monachi nullo modo patiuntur eē ociosi: sed victū suū labore manuuȝ consequuntur: ꝛ non soluȝ de laboribus suis peregrinos ꝛ aduenientes fratres secuȝ reficiunt. sed etiaȝ per loca Lybie que fame laborant. nec nō etiaȝ per ciuitates his qui in carceribus ꝛ diuersis vinculis tenētur: imaneȝ conferunt alimonie substantiaȝ: de fructu manuū suaruȝ. rationabile sacrificium domino tali oblatione se offerre credētes. Dicūt eni operantē mōachū demone vno pulsari semper: ociosū vero innumerabilibus spiritibus deuastari. De abbate Paulo. capitulum. xxxix.

Enique abbas paulus pbatissimus patrū cū i heremo vastissima ꝯsisteret. q̄ porphirio nūcupat: tm̄ palmaꝝ fructib⁹ ⁊ horto modico sustētabat. nec poterat aliō vn̄ sustētaret opis exercere: eo ꝙ ab hoīb⁹ vel habitabili terra: ꝑpliusq̄ septē mãsioīb⁹ aberat i ð fto. Hic ergo ne momētū tpis penit⁹ ocio sus staret: colligebat palmaꝝ folia: ⁊ quotidianū pēsū velut exide sustētãdus. ipē a semetipso exigebat iugiter. Cūq̄ ope totius āni spelūca ei⁹ fuiss3 ipleta. ⁊ non haberet q hoc distraheret. neq̄ ipē ociosus posset mãere: totū qð sollicita cura laborauerat. ānis singlis igne supposito ꝯcremabat Intãtū pbās sine ope manuū. nec i loco posse monachū pdurare: nec ad pfectōis culmē aliquando conscendere. De fratre blasphemo qui intolerabili estu libidinis vrebatur. Capitulum. xl.

Dui alium fratrem qui probatissimo cuidã seni. vicio carnis semetip3 grauissime ꝯfessus ē impugnari: itollerabili nãq̄ estu libidinis vrebat: Tūc senex velut spiritalis medic⁹ interiorē causam ⁊ originē morbi hui⁹ ptin⁹ pụidēs: grauit̄q̄ suspirans ait. Neq̄q̄ fili tã nequã spiritui tradi te dn̄s permisisset: nisi aliqd blasphemasses i eo. Q ð frater audiēs: statim procidit ad pedes ei⁹ in terrã: sūmaq3 admiratōe pculsus: cōfessus ē se i filiū dei cogitatōe ipia blasphemasse. Vn̄ pspicuū ē: eū q i deū blasphem⁹ existit: tãq̄ q irroget illi iniuriã: pfectōis itegritate puari: ⁊ scificationē castimōie nō mereri. Collatio bōa ð discretōe q̄ ē custos ⁊ mr̄ ꝟtutū. capi. xli.

Vodam aūt tpe ꝯuenerūt plurimi senioꝝ ad btm̄ Antoniū: ꝯmorãtē i thebaide partib⁹: pfectōis iquisitōe ⁊ collatōis grã. cūq3 a vespertinis horis vsq3 ad lucē fuisset ptracta collatio: q̄stio discretōis maximū noctis spaciū cōsumpsit. Nã diutissime iter eos querebat: que nã virtus vel obseruatio monachū a diaboli laqueis custodire posset illesum: vel certe ad deū recto tramite firmoq3 gressu pduceret. cūq3 p captu mētis sue: vnusquisq̄ sentētiã pferret i mediū: ⁊ alii quidē hoc ieiunioꝝ vigiliarūq3 studio collocarēt: alii i nuditate et cōtēptu reꝝ: alii remotiorē vitã ⁊ heremi secreta cēserēt: ⁊ nōnulli i pmis sectãda caritatis. i. humanitatis officia diffinirēt: q3 ipsa pie erga fratres ⁊ peregrinos: studio susceptionis ipēdūtur. cūq3 i hūc modum pia cōtētione decertarēt: essetq3 iam noctis maximū tēpus cōsumptū: respondens demū. b. Antonius vniuersis dixit. Oia quidez hec que dixistis necessaria sunt et vtilia sitientibus deum: sed his principalem tribuere gratiã: nequaq̄ nos inumerabiles multorum fratrum casus ⁊ experimēta pmittūt. Nã sepe vidimus fratres has obseruatiōes tenētes. repentino casu deceptos. eo ꝙ i bono qð ceperant: discretionē minime tenuerunt. Nec eni alia causa lapsus eoꝝ dep̄hēdit: nisi ꝙ minus a senioribus istituti. neq̄q̄ potuerūt rationez discretiōis hui⁹ adipisci. q viã regiã docet mōachū sēper icedere ⁊ nec. excessu ꝯtinētie modū trãsire permittit. nec deflectere ad vitia pmittit. In oībus g̃ q̄ agimus discretio ãteponēda ē. Manifestissime eni3 declarat: nullaz sine discretiōis grã pfecte posse vel perfici vel stare virtutez. Et hec dicēte Antonio: vniuersoꝝ sētētia diffinitū est: discretionē cē q̄ fixo gradu itrepidū monachū pducat ad deū. ⁊ predictas ꝟtutes iugiter cōseruet illesas. Omniu3 nãq̄ virtutu3 genitrix ⁊ custos. atque moderatrix discretio est. De Herone sene idiscreto monacho. capitulum. xlii.

Ut hec exemplis certioribus approbemus. referaz vobis ð quodã sene Herone noīe. q discretionē minime retinēs. oēs pstinos labores pdidit. ⁊ insuper miserabiliter vitaz finiuit Ante paucos ⁊eni dies illusione diaboli: a sūmis ad ima deiectus. est. Hic itaque. l. ãnis in heremo ꝯmoratus singularē vite discretionē tenuit: ⁊ solitudinis secreta mi

ro furore vltra oēs sectat⁹ ē. Hic igit̄ post tātos labores ab isidiatore delusus. grauissimo lapsu corruēs: cūctos i heremo ↄstitutos: luctuoso dolore pculsit. Qui minime cecidisset: si bonū discretōis tenere voluisset. Tāto siqdē rigore animi sui imutabilē ieiunij continentiam semper exercuit: et solitudinis ac cellule secreta iugiter sectat⁹ ē. vt nec die sci pasche rigorē abstinētie solueret. Cūqꝫ oēs heremite ꝓ tāta solēnitate ad ecclīaꝫ pariter ↄuenissēt. solus ille n̄ affuit: ne quātulūcūqꝫ pceptōe leguminis parui: a suo ꝓposito videret relaxasse: q̄ psūptōe decept⁹: angelū sathane velut angelū lucis suscipiēs cū sūma veneratōe: eiusqꝫ pceptis obediēs: semetipꝫ i puteū ꝓfūdissimū pcipitē iactauit: magnū. s. ꝟtutis sue meritū ꝓbatur⁹: cū ide exiisset illesus: de quo puteo cū grādi fratꝝ labore semiuiu⁹ extract⁹: vitā tertia die finiuit. ꝛ qđ bis deteri⁹ ē: ita i ↄceptōis sue obstinatōe pmāsit vt ei nullaten⁹ potuisset psuaderi qđ demonū calliditate fuisset delusus. De duob⁹ mōachis q eūtes p dſtū decreuerunt non sumere cibum nisi deus illis transmitteret. Capitulum. xliii.

Uid dicam de illis duob⁹ frib⁹: q habitātes vltra illā heremū vbi quōdā fuerat. b. Anto. cōmorat⁹. min⁹ cauta discretiōe pmoti: eūtes p extērā solitudinis vastitatē: nullā escā penit⁹ sumere ↄcreuerūt: nisi quā p semetipm illis dn̄s pstitisset. Cūqꝫ errātes eos p deserta: ꝛ deficiētes iā fame: ↄspexisset a lōge mazites: q̄ gēs cūctis natiōib⁹ imanior atqꝫ crudelior est: nō eos ad effusionē sanguinis desideriū pde sed sola ferocitas mētis istigat. Uisis g eis: ↄtra naturā ferocitatis sue cū panib⁹ illis occurrerūt: tūc vn⁹ ex illis frib⁹ subueniēte discretōe velut a deo porrectos sibi panes cū graꝝ actōe suscepit: reputās escā sibi diuinit⁹ ministrari necsine dei iussu fcm̄ eē dicēs vt illi q semp hoīuꝫ sāguine gauderēt: nūc deficiētib⁹ eis vite substātiā largirētur. Alli⁹ ꝟo recusās cibū. velut ab hoīe sibi oblatū: iedie labore ↄsūpt⁹ mortu⁹ est: quoꝝ scꝫ q̄uis initia ex repbēsibili psuasione descēderit. vn⁹ tn̄ subueniēte discretōe: id qđ icauta ↄcepat emēdasse cognoscit: ali⁹ aūt stulta psūptōe pdurās. mortē quā dn̄s ab eo auertere voluit ipe sibi sciuit. De monacho q ↄcept⁹ a diabolo voluit filiū suū imolare. c. xliiii.

Uid etiam de illo monacho cōmemorē: cui⁹ nomē ꝛ qꝫ adhuc supest: sileo. Qui dū lōgo tpe demonē i angeli suscepit claritate: reuelatōib⁹ ei⁹ sepe decept⁹: credidit eū iternunciū esse iusticie. Nā p oēs noctes i cellula ei⁹: lumē absqꝫ vlli⁹ lucerne officio pbebat diabolus: ad extremū ꝟo iussit eū: vt filiū suū q cū eo pariter i eodē monasterio cōmanebat: deuotus deo offerret victimā: vt scilicet hoc sacrificio Abrahe pꝛiarche meritis coequaret. cuius ꝟbis ille itātū ē seduct⁹: vt hoc ↄfestiꝫ ope pfecisset: nisi puer d̄ cella manib⁹ ei⁹ elapsus concitus aufugisset. De monacho cui ostendebat diabolus exercituꝫ xp̄ianoꝝ ꝛ iudeoꝝ. capi. xlv.

Uit et alius monachus q nimiā semp tenuit abstinētiā. Quiqꝫ p annos multos: singulariter i cella reclusus. perpaucis imitabilē exhibuit abstinētiā. Hic ad extremū ita est diabolicis reuelationibus delusus: vt post annuos labores atqꝫ virtutes: qb⁹ alios monachos excesserat: ad iudaismum ꝛ circūcisionēꝫ carnis miserabiliter sit lapsus. Post multa nāqꝫ tēpora: diabolus velut nūcius veritatis: ostendebat illi per vana somnia ꝛ per quasdam inanes reuelationes: christianorum atque monachorum exercituꝫ: tenebrosum ac tetrum omniqꝫ macie tepidum atqꝫ deformem ꝛ ecōtra ostēdebat illi iudeorum plebem summa leticia tripudiantem: ingentiqꝫ lumine coruscantem: Ac proinde cōmouebat eū: vt si malet btitudinis illoꝝ particeps effici: circūcisionē quoqꝫ suscipere festinaret. Ex quibus profecto constat: memoratis viris tam lugubriter nemo fuisset illusus: si rationem dis/

eretiõis affeq laborasset. Q obrẽ ĩq̃tis ꝑniciosũ sit discretiõis gratiã nõ hr̃e: multorũ casus experimẽta declarãt. Cõfessio proprii delicti potenter demonis instigationem repellit. Capitulum .xlvi.

Abbas Serapion

solebat frequẽter iunioribꝰ fratribꝰ instructiõis gratia: de seipso narrare dicẽs. Cũ adhuc essẽ puerulus. ⁊ cũ abbate Theona cõmanerẽ. hec mihi ꝯsuetudo erat inimico iminente: vt postq̃ refecissẽ cũ sene hora nona. vnũ paximaciũ quottidie i sinu meo latẽter abscõdere: quẽ sero ignorãte sene occulte comedebã. Qd furtũ licet q̃ttidie pficerẽ. expleta tñ ꝯcupiscẽtia fraudulẽta. ad memetipsũ reuertẽs super admisso furto acrius cruciabar. q̃ sup esũ illiꝰ fuerã iocũdatꝰ: Cũq̃ istud molestissimũ opꝰ singulis diebꝰ explere. non sine cordis mei dolore ꝯpellerer. ⁊ clãdestinũ furtũ patefacere seni ꝯfũderer: ꝯtigit p dei ꝓuidẽtiã. q̃sdã fratres edificatiõis obtẽtu cellulã senis auidissimos expetisse. Cũq̃ refectione trãsacta. ꝯfabulatio spiritalis itceresse cepisset respõdẽsq̃ senex ꝓpositis iterrogationibꝰ eoꝝ d̃ castrimargie vitio. ⁊ occultaꝝ cogitationũ exponeret: ad vltimũ itulit dicẽs. Nihil sic noxiũ ẽ mõachis ⁊ letificat d̃mones. q̃ si celẽt cogitatiões suas spiritales patres. Tũc ego ꝯpũctus corde. existimaui seni secreta pectoris mei patefacta: ⁊ in occulto primum gemitus excitatus. deinde cordis mei cõpunctione crescente in apertos singultus: lacbrymasq̃ prorũpens. cepi amarissime flere: ⁊ ꝯtinuo ieci de sinu meo paximacium. qd̃ vitiosa consuetudine clanculo pauerem comedendũ cumq̃ in medium proferens. quõ quottidie inuoluens cum occulte ederem: prostratus in pauimento. cum venie postulatione confessus sum: ⁊ vbertim ꝓfusis lacbrymis. orationibus eoꝝ veniã apud deum postulabã. Tunc senex dixit. cõfide fili. q2 liberauit te a captiuitate ista cõfessio tua: victorẽ nãq3 aduersarium tuũ hodie triũphasti. Ualidiꝰ eũ tua cõfessiõe elidẽs q̃ ipse fueras ab eo tua taciturnitate deiectus. Et idcirco post hãc publicatõnẽ tuã iste maligꝰ spiritꝰ nõ dñabir tibi. nec in te latibulũ sibi teterrimꝰ ꝑpẽs hacten9 vsurpabit: q2 de tenebris cordis tui. p hãc confessiões ꝓiectus ẽ. Nec dũ senex hec ṽba compleuerat: ⁊ ecce stati velut lãpas magis accensa. de meo sinu procedens. tanto fetore cellam repleuit: vt vix in ea residere possemus. Resumensque senex dixit: Ecce probauit tibi dominus veritatẽ sermonum meorum. vt passionis illius intentorem de corde tuo confessione salubri fugatum. oculorum fide perciperes: patefactumq3 hostem nequaquã locum in te vlterius habiturum. aperta eius expulsiõe cognosceres: Itaq3 s3 sniã3 senis. ita est i me ṽtute ꝯfessionis dñatio diabolica exticta vt nũq̃ mihi vlteriꝰ: nec memoriã ꝯcupiscẽtie huiꝰ tẽptauerit inimicꝰ igerere. De monachis a sarracenis iterfectis capi. xlvij.

In palestine

partibus iuxta vicũ tecue. q Amos ꝓph̃a3 meruit ꝓcreare: solitudo vastissima ẽ. vsq3 arabia3 ac mare mortuũ: quo igressa deficiũt fluẽta iordanis: ⁊ cinis sodomoꝝ amplissima extẽsione porrecta ptigẽs: In hac solitudine summe sãctitatis monachi diutissime ꝯmorãtes: repẽte sunt a discurrẽtibꝰ interẽpti sarracenis. Quoꝝ corpora tã a pp̃lo regionis illiꝰ: q̃ ab vniuersa arabũ plebe: tãta veneratõe sũt pcepta: vt inumeri pp̃li cõcurrẽtes ex vtraq3 parte grauissimũ sibi certamẽ ꝓ reliquiis eoꝝ idixerũt: pie iter se ꝓ scã rapine duotõe ꝯcertãtes: qui na3 iustiꝰ mereretur eoꝝ sepulturã ac religas possidere. Illis. s. de vicina ꝯmoratõe ipoꝝ aliis de originis ꝓpinquitate gloriãtibus De abbate Daniele. capi. xlviii.

Inter ceteros

heremitas: abbatẽ quoq3 vidimꝰ Danielẽ: eq̃lẽ cetis i oibꝰ ṽtutibꝰ: s3 peculiariꝰ gr̃a humilitatis ꝑditũ. Qui merito puritatis ac mãsuetudinis sue: a scõ Paphũcio eiusdẽ solitudinis p̃sbytero: ad diaconii officiũ ẽ pelectꝰ. Intã

tū eni isdē.b. Paphūci⁹ ṽtutib⁹ ipsi⁹ aggau debat: vt quē vite meritis ⁊ grā parē sibi nouerat coeq̄re sibi ēt sacerdotii ordie se stiaret. Deniqȝ optās sibim ⁊ successorē di gnissimū ꝓuidere supstes: ꝑsbyterii honore eū ꝓuexit. Qui tñ prioris cōsuetudinē hūi litatis ñ omittēs: nihil vnq̄ȝ sibi illo pñte ḋ sublinioris ordis adiectiōe donauit: sȝ sēp abbate Paphūcio offerēte spiritales ho / stias: ille velut diaconus i ꝑoris ministerii ꝑmāsit officio. In quo tñ.b. Paphūciū cū talis vir eēt ac tāt⁹ vt i m'tis etiā ꝓsciētiā grē possideret: hec spes ḋ substitutōis ele / ctōe frustrata ē. Nā nō lōge post hūc ipm quē sibi parauerat successorē: añ se ad deū ꝑmisit. De abbate Sereno. capi.xlix.

Amme sanctitatis

⁊ ꝯtinētie viꝝ: noisqȝ sui speculū abbatē vidimus Serenū: queȝ singulari veneratōe ꝑ ceteris admirati sum⁹. Cui su pra oēs ṽtutes: q̄ nō solū i actu ei⁹ vel mo rib⁹ sȝ etiā ipo vultu p dei grāȝ refulgebat ita est peculiari bñficio dono castitatis isu sus: vt nec se ipis qdē naturalib⁹ icētiuis i getari vel i sopore sētiret. Ad quā tñ car / nis puritatē quō ꝑuenerit. qꝛ supra ꝯditio nē humane nature videt: necessariū eē re / or explicare. Hic igit.b. Seren⁹ ꝓ iterna cordis atq̄ȝ corporis castitate: nocturnis di urnisq̄ȝ ꝓcib⁹: ieiuniis quoq̄ȝ ac vigiliis isa tigabiliter isistēs. cū se vidisset orationū su aꝝ obtinuisse vota: cūctosq̄ȝ estus i corde suo ꝯcupiscētie extictos: velut suauissimo gustu puritatis accēsus: i maiorē suā siti ȝe lo castitatis exarsit: ⁊ intēsiorib⁹ cepit ie / iuniis atq̄ȝ obsecratōib⁹ icubare vt morti / ficatio passionis hui⁹: que iteriori homini solo dono dei fuerat attributa: ad exterio ris etiā puritatē eaten⁹ ꝑueniret: vt ne ipe qdē vl' illo simplici ac naturali motu. q etiā i paruulis atqȝ lactētib⁹ excitat: vlterius pulsaret. Cūqȝ petitōi cepte supplicatiōe iugi ac lachrymis idēfessus isisteret: adue niēs ad eū angelus i visione nocturna: ei / qȝ velut apiens vteꝝ: quādā ignitā carnis strumā de ei⁹ viscerib⁹ euulsit atqȝ ꝓiecit suisqȝ locis vt fuerāt oīa intestina restitu ens: dixit ad eū. Ecce iquit icētiua carnis tue abscisa sunt: ⁊ obtinuisse te noueris ho dierno die perpetuā corporis puritatem: quā fideliter postulasti. Hec ḋ grā dei que memorato viro peculiariter attributa est: breuiter dixisse sufficiat. Ceteꝝ cū ad euȝ die quadragesima venissem⁹: ac de diuer sis questionib⁹ eū flagitarem⁹: ad extremū de ipugnatōe demonū eū requirebamus. Tūc ille: vt semp erat: placidissimo vultu respōdēs dixit. Nō eniȝ demones habere potestatē quemq̄ȝ hominū ledendi exem / plū.b. Job manifesta ratōe demōstrat. vbi non amplius eum temptare audet inimic⁹ q̄ȝ diuina ei dispensatione conceditur. De eo q̄ nō eādē vim habeant nūc demones ꝯtra monachos: quā anteriori tpe. capi.l.

Atis tamen nobis

experiētia nostra: ⁊ senioꝝ nostro rū relatōe ꝯpertū est: nō eādē vim demo / nes nūc habere cōtra monachos: quā an / teriori tēpore iter anachoritaꝝ pricipia: in quibus adhuc raritas monachoꝝ in here / mo cōmanebat. Tāta nāqȝ tūc erat demo nū feritas: vt vix paucissimi tolerare ha / bitationē solitudinis possent. Siquidē in ipsis cenobiis i quibus cōmorabantur. x. vel. xij. ita eoꝝ atrocitas grassabat: ⁊ fre / quēter ac visibiles sentiebātur aggressus vt nō auderēt oēs pariter noctibus obdor mire: sed vicissim aliis degustātibus som / nū. alii vigilias celebrātes: psalmis ⁊ ora / tionibus seu lectionibus iherebāt. Cūqȝ il los ad soporē nature necessitas inuitasset: expergefactis aliis: ad eoꝝ qui dormituri erāt custodiā: similiter vigilie tradebātur. Unde dubitari nō potest: vnū e duobus nūc esse: aut enim ṽtute crucis etiā deserta penetrāte: ⁊ ei⁹ gratia vbiqȝ coruscāte: re tūsa est nequicia demonū: aut negligētia nr̄a illos ab ipugnatōe pristina reddidit lē tiores: dū dedignātur aduersuȝ nos illa in ꝯtētōe ꝯfligere: qua tūc ꝯtra illos ꝓbatissi mos xp̄i milites seuiebāt. Ceteꝝ corpalit traditos sathane: vl' i infirmitatibus magnis

Quidam frater regsiuit senes dicēs. Duo fratres i vna sūt cella: z ille qdē vn⁹ sex dieb⁹ ite/gris ieiunat: ille aūt alter īfirmāti facit ob sequiū. Cui⁹ ḡ op⁹ mai⁹ ē apud deū? Rñ/dit senex. Si ille q ieiunat sex dies p nares se suspēderit: nō erit siłis illi alteri i cōspe/ctu dei. Jobēs minor Thebe⁹. discipulus abbatis Ammoys. xii. ānis ipsi seni īfirmā ti fecit obseqū: senex tñ cū vidisset eū labo rātē: nūq̄ illi ſmonē blādū ac placitū locu t⁹ ē. Cū aūt de h̄ mūdo trāsiret: sedētibus alijs senib⁹ tenuit man⁹ ei⁹: z dixit ei ter/tio: salueris salueris salueris: z tradidit illū senib⁹ dicēs. Jlle nō bomo: sed angelus est q tot annis mibi īfirmāti seruiēs: nec bonū ſmonē audiēs fecit tñ obsequiū cū magna patiētia. Plures igitur diuersis laborātes necessitatib⁹ ↄuenerūt frēs ad scm̄ Anto/niū: īter quos z Eulogi⁹ qdā monacb⁹ ale xādrin⁹. cū alio q elephātiacbō morbo cru ciabat̄: quos illuc pp̄ter buiusmodi causas venisse memorabāt. Dic Eulogi⁹ scolasti cus erat: secularib⁹ litteris erudit⁹. Qui īmortalitatis desiderio capt⁹: huic mūdo renūciauerat: diuisisq3 reb⁹ suis oīb⁹ atq3 dispsis: pa℞ aliqd pecunia℞ reliquerat si/bi: qb⁹ q2 p se opari nō poterat vteret̄. Cū igit̄ eū quedā animi ↄfectio fatigaret: z ne q3 cū mr̄is i monasteria ↄgere: neq3 soli/tariā vitā posset ferre patiēter: reppit quē dā publice i platea iacētē: ita in ualitudine illa: quā supius dixi ipletū vt sine pedib⁹ z manib⁹ videret̄. cui ligua tm̄modo imunis a tātis cruciatibus erat: qua magis posset ab ītuētib⁹ malo℞ suo℞ remediū p̄mere ri. cūq3 eū assistēs vidisset Eulogi⁹ oratōe facta ad deū: z facta quadā cū dn̄o pacti/one: bis allocut⁹ ē vbis. Dn̄e iquit ↄs i tuo noīe suscipio istū: tā imani valitudine p̄pe ditū: vt pp̄t istū possis z ipse saluari. Assis ergo mibi Jesu xpe: atq3 patia3 i tali miste rio largiaris moxq3 ad iacentem illū ait. Uis frater suscipio te i domo mea: z qua/cūq3 potuero rōne sustēto? cumq3 bec ille libenter amplecti dignaretur se diceret: Uadā ergo iquit z asinū quo vebaris ad/ducā. cui vebemēter exultās ↄsensit egro tus. qđq3 mox fecit Eulogius: z memora/tū ad bospitiū suū sine dilatōe transuexit. Per quīdeci3 igitur annos iugi curatōe z perpetua ei sollicitudine seruiebat: per qđ omne tēpus z ille cui tātū deferebatur ob sequiū cū gratiarū actiōe cūcta tolerabat z Eulogii manibus z medicamētis cibisq3 z balneis p̄ut cōpetebat valitudini cura/batur. Post. xv. vero ānos īstinctu demo nis: supradictus egrotus īmemor tot labo rū Eulogii: tāto℞ūq3 merito℞: cepit ab co velle discedere: multisq3 iniuriis atq3 op/probriis īcrepare eū dicēs. Fugitiue: qui propriā domū deuorasti: furatusq3 es alie nā substātiā: i me occasionē salutis tue rep perisse te credis? Eulogius autē rogabat eū. z satisfaciens animo eius dicebat. No li mi dn̄e talia loqui: sed dic potius: quid te cōtristauerī3 z emendo. Elepbantiosus autē cu3 furore dicebat. Uade nollo istas adulationes tuas. Proiice me in publicū refrigeratione tua non egeo. Eulogius au tem obsecro te inquit placare: aut quid te inquit contristauerim venerāde senex edi cito. Elepbantiosus autem asperior i furo re dicebat ad eum. Jam fraudulentas irri siones tuas non fero: adulationes z subsan nationes tuas non tolero. Nec micbi bec arida parcaq3 vita iocunda est: volo car/nibus saturari. Cūq3 ei exbibire a viro pa tientissimo Eulogio carnes fuissent: cepit iterum proclamare. Non potes iquit mee satisfacere voluntati. neq3 tecū solitarius babitare preualeo: populū videre ad pu/blicū ire desidero. Dicit ei Eulogius. ego adduco tibi multitudinē fratrū: rursus fe rocior ac pene blaspbemus egrot⁹: ne iqt mibi tuā faciē videre volo: z adducis mi/bi similes tuos soli⁹ panis ↄuoratores. cō/

cutiesq semetipsu: ingeta voce clamat di-cens. Hic ee nolo: ad publicu ire desidero. O violetia. In eu locu3 me pijce: vii me sustulisti. Tata g erat ei insania: adeoq se sus ipi ifirm quodamodo mores pucrte rat demo. vt z laqueo se forte supendisset si manus p quas hoc facere posset hauisset. Ad moachos itaq vicinos pgit Eulogi: ita dices eis. gd facia qp elephantiosus iste penit desparare me fecit. Dicut ei. Q uaob causa? Rndit eis. q2 dura sut q mihi cona tur iponere. z gd aga ignoro. pijcia ne eu? Sed aliter deo dexteras dedi. de hoc satis vereor. No piicia eu. Sed tot ac tata ite-ru diez ac noctiu mala ferre no possu. gd de ipo igit a me fiat ignoro. Ad que illi bis vbis loquut du adhuc viuit z supest magn ille: sic eni vocabat antoni: ascede ad eu egruq naui iposiitu i monasteriu eius de-fer. expectas ibi donec spelūca sua3 egres-sus adueniat. Que cu videris. referes ista q pateris. atq ab eo osiliu postulabis. ge-gd tibi super hoc dixerit facies. z ei moni tiōib acqesces. scies a deo iuberi tibi qd il le pcepit. Mox igit smonib fratru liben ter istruct. supradictu egru bladis pcibus supans. littorali nauicule iposuit: sustulitq de ciuitate p nocte. z ad discipuloz sancti Anto. hitaculu duxit: Euenit aute vt alio die vesptinis horis supueniret illuc. b. An toni: referete mihi Cronio: qp clamide ex pellib facta idut aduenerit. Solebat aut venies ad moasteriu fratz vocare ex ipis Macbariu eūq his vbis iterrogare. Ue nerut adbuc aliq fratres? Et ille veisse di cebat. De egypto igt sut an d hierosolima? Hoc aut signu ab his iusserat dari. vt qti-ens aliq no satis digni collogo ipi venirēt aduenisse egyptii dicerēt. qties aut scī gda z spūales videret viri: veisse d hierosolima nūciaret. Tuc g venies iuxta osuetudine3 sua. cu iterrogaret vtz hierosolimite illic fres esset an egyptii? rndit Machari di-ces. ex vtroq illic sda genere vidisse se. cu aut dixisset illi. s. Ant. fac illis leticia. z su-mat cibu vna cu eis oratoe opleta iubebat discedere. ac vo cu hierosolimitas venisse

oldicisset. p tota nocte cu ipis sedes ea illis q saluti eoz pficeret loqbat. Memorata igit nocte osedisse referebat. z vnuqueq ad se de his q ouenerat euocasset. Cuque a nullo qs illic Eulogi vocaret audisset ipe i tenebris ppria voce sua illu ter noie voca uit. cui cu supradictus scolastic no rnderet putas qp alter aliqs Eulogi vocaret. Di-cit ei rursus: Te voco Eulogi: q ab alexa dria ciuitate veisti. Dicit ei Eulogi. Quid queso iubes? Et antonius quid inquit huc venisti? Respondit eulogius dicens: Q ui tibi nomen meu reuelare dignatus est: ip-se etia z aduetus mei causa pculdubio re-uelauit. Tunc ille. quare ingt veneris scio s3 ante omnes hos fratres vt omnes audi ant refer. Jussus igitur a magno Antonio seruus christi Eulogius rettulit ate omnes Istu elephātiosu i platea publica reppi pro iectu cuius cura nullus hominu gerebat: z pmisi deo: vt deseruire egritudini eius q-modo possem. z ego p illu z ille p me salua ret. Ex quo aut parit sumus qntus decim ānus est sicut z vestre sanctitati credo oia reuelata. Quia igit post plurimos ānos cu a me nihil mali ptulerit. variis me pcellis ac tepestatibus vexat: ob qd z ego ipsu3 a me piicere cogitaui. ppterea ad sactitate tua veni. vt qd ex hoc facia. digneris me tuis edocere osiliis: z orationibus adiuua re. Pessimis eni3 motibus totus fatigor z crucior: cui hec tunc Antonius seuera at-que iracunda respodit. Tu illu a te piicis Eulogi? Sed ille eu3 no piicit q eu3 a se fa ctu3 esse cognoscit. Proiicis eu. meliorem te inueniet. z eligit deus q colligat destitu-tu. Cumq pterritus ad hec Eulogius ver ba tacuisset. relicto rursus sanctus Anto-nius Eulogio. cepit egrotu ppriis sermo-nibus verberare: z hec ad eu3 cu3 clamore maximo loqui. Elephantiose sceno ac luto horride. nec terra digne nec celo. non desi nis iniuriam dei vociferari? Nescis. qui ministrat tibi christus est. Quemadmodu3 ausus es cotra christum talia loqui? Nam propter christu se iste suitio tali z obsegis subiugauit. Que z ipsu mordaci sermone

laceratā religt:ↄuersisq3 verbis ad alios fres.ad vnūquēq3 ita vt ratio singl'oꝝ exigebat locut⁹:rursus ad eulogiū ⁊ ad egrotū redit: dicitq3 eis. Ne qs vestrum o filii quoq3 se vertat:neuter ab altero sepe͞r: s3 ad cellā vestrā i qua p tn̄ tp̄s vixistis redite:i pace oēs tristiciā deponētes.' Jā nunc eni3 ad vos dn̄s d's mittet. Nā tēptato ista iccirco accidit vobis:q2 ad finē vite ambo venistis:etiā vterq3 vestrū merebit͞r coronari. Nihil g͞ aliter feceritis. ne forte vos angelus veniēs:i eo i quo dixi loco iuenire non possit: vtrisq3 coronis fraudemini. Qui cū ad cellā suā velociter redeūdo reintegrata pace venisset:itra.xl.dies Eulogi⁹ prior obiit:⁊ post aliquot triduū supradict⁹ defecit Egrot⁹. aio vehemēter icolomis. Croni⁹ aute3 cū plurimū tpis i thebaicis fuisset locis:ad monasteria alexādrina descēdit:euenitq3 vt ad illū occurreret diē q vni⁹ qdē quadragesim⁹:alterius aūt tercius celebrat⁹ tūc a frībus dicebat. Cū igit͞r Cronius hoc audisset obstupuit:sūptoq3 euāgelio scō atq3 i medio fratꝝ posito: cū sacramēto ipsis p ordinē cūcta exposuit dicēs. Hoꝝ oīu3 q̄ cōmemoraui iterpres ipse fui smonū eo q2 grece loqui scūs Antoni⁹ nesciebat. Ego aūt vtrāq3 liguā nouerā:atq3 iter ipsos loquebar: illi qdē greco:isti aūt egyptio ore respōdēs. Hoc quoq3 Croni⁹ ipse nobis referebat:q2 ei scūs. Antoni⁹ i illa ipsa nocte qua btm̄ Eulogiū dimisit dixisset:q2 p totū annū depcat⁹ fuisset: vt ostēderētur eidē p reuelationē loca pctōꝝ atq3 iustoꝝ. Et se vidisse dicebat pceꝝ quēdā vsq3 ad nubes gigātē:tetbri coloris extensas habētē ad celū manus: atq3 ifra pedes ipsius lacū ad speciē maris fusu3. vbi tāq3 aues iquietas aīas volātes vidit Antonius: ⁊ ille qdē quecūq3 supra ipsius man⁹ caputq3 volabāt cōseruabātur:q̄cūq3 aūt manib⁹ ipsius repte fuissēt mergebātur i lacū. Uocē aūt tūc talē sibi venisse referebat. Has oēs aīas quas volātes vides:scias aīas esse iustoꝝ q̄ i paradisi habitatiōe regescunt. Jlle aūt aīe alie ad iferna mittūtur qd patiūtur:qcūq3 carnali obedierit volūtati:⁊ qcūq3 iracūdia3 retinētes:reddere malis paria tēptauerit. Referebāt aūt nobis tā Cronius q̄3 scūs Jerax:atq3 alii plures vicini fratꝝ: ista q̄ dicā. Quidā senex dixit q2 si scit monach⁹ esse aliquē apud quē pficere possit:sed necessaria corporis cū labore habet:⁊ ppterea nō vadit ad eū:huiusmodi monachus nō credit esse deū. Dixit qdam senex. Qui vult heremū habitare d'bet eē doctor:n̄ q doctrina egeat ne detrimentum sustinere videatur. Quod infirmitas corporis prosit anime claret ex his.

Agnus quidam senex ifirmāti discipl'o suo dixit. Ne ↄtristeris fili ex ifirmitate vel plaga corporis tui. Sūma eni3 religio ē: vt i ifirmitate qs grās agat deo. Si ferrū es:p ignē emittis erugiñē:si vo auꝝ es.p ignē pbatus.a magnis ad maiora pcedis. Ne anxieris g͞ frater. Si eni3 te d's vult in corpore torqueri tu qs es:q ei⁹ volūtati resistas aut moleste feras:' Sustine g͞ ⁊ roga deū: vt q̄ ipse vult illa ↄcedat. Quidā senex cū frequēter ifirmaret͞r corpore ⁊ lāgueret:cōtigit vt vno ānonulla eū egritudo ↄtigeret:⁊ ppterea flebat ⁊ grauiter ferebat dicēs. Reliquisti me domine:⁊ noluisti me presēti hoc anno visitare. De timore dei.

Bbas piemon regsit⁹ a fre:quēadmodū aīa resisteret:⁊ timere deū nō vult. Rn̄dit senex aīa qdē vult tiere deū:s3 nec dū tp̄s ē. Timor eni dn̄i magna pfectioē. Quidā fr̄ a sene reqsiuit dicēs. Quō timor d'i venit i aīa3:' Et ait senex. Si qs p ri⁹ humilitatē possederit vt neminē iudicet vl'ↄdēnet:vel largitor sit elemosinaꝝ:⁊ vt nihil habeat:tūc venit timor dei i aīa3. Dixit senex. Timor ⁊ humilitas ⁊ egestas victualiū maneāt in te. Frater qdā iterrogauit senē dicēs. Unde ē abba cor meū duꝝ:⁊ nō timet deū:' Dixit ei senex. Puto si homo teneat increpationem in corde suo possideat timorem domini. Dixit ei frater. Quid est increpa

tio? Ait senex. Ut in omni re increpet homo animam suam: dicendo ei. Memor esto quoniam oportet te deo occurrere. Dicit autem et hic quod ego volui cum homine? Estimo autem quia si quis in his permanserit veniet ei timor dei. De penitentia

Equisivit quidam frater abbatem pimenium dicens. Quid est penitentia? Cui senex respondit. Penitentia peccatorum est vlterius non peccare. Hec enim vox ad hominem semper clamat. vsque ad vltimam respirationem Hodie convertimini ne vobis repentina mors tanquam fur superveniat. Abbas pimenius dixit cum gemitu. Omnes virtutes ingresse sunt in cellam meam. preter vnam virtutem: et ex eius labore stat homo. Interrogaverunt eum fratres. Que est ista virtus abba? Respondit senex. Ut semper seipsum reprehendat homo Quod qui penitentiam vno die egit potest homo reconciliari deo.

Vidam ex patribus de aliquo referebat episcopo. eo quod audisset duos ex plebe sua viros: nimie impuritatis et adulteros. Rogavit ergo deum vt si ita esset: agnosceret. cum ergo post oblationem consecratam vnusquisque ad communionem accederet: per singulorum facies intelligebat et animos. peccatorum enim facies nigras inspiciebat vt carbones: et oculos sanguine repletos: alios vero vidit clara facie et vestibus albis indutos. cum autem corpus domini suscepissent. in quorundam vultibus lumen in quorundam vero flamma videbatur. Ut autem agnosceret de illis quorum crimen audierat. communionem illis porrexit: et vidit vnum ex illis clara facie. et honorabili albisque vestibus circundatum: alterum vero nigrum et horribili vultu. Et postquam divini mysterij gratiam susceperunt. vnum lux quedam illustravit. alterum autem quasi flamma succendit. Oravit ergo episcopus deum. de singulis que ei ostensa fuerant se edoceri. Astans autem angelus domini: dixit ad eum. Omnia que de istis audisti vera sunt. Sed ille vnus in sordibus suis adhuc permanet. et in voluntate peccandi: ideo illum nigra facie et flamma succendi vidisti. Ille autem alter similis illi quidem erat: sicut audieras: sed ideo illum clara facie illustrari vidisti. quia recordatus eorum que prius fecerat. et abrenuncians illis malis operibus. cum lachrymis et gemitibus dei misericordiam postulabat: promittens vt si preterita illi fuissent dimissa peccata. vlterius ad eadem non rediret. et ideo prioribus criminibus deletis. ad hanc gratiam quam vidisti pervenit. cum autem episcopus de gratia dei miraretur. eo quod non solum de tormentis tam turpis vite hominem liberum statuerit: sed et tanto honore decoraverit. Respondit angelus. Bene miraris: homo enim es. Nam dominus noster ac vester: naturaliter bonus et humanus est cessantibus a peccatis. et penitentibus in confessione: quia non solum tormenta dimittit. sed et honore efficit dignos. Sic enim deus dilexit homines. vt vnigenitum suum daret pro peccatoribus. et pro ipsis ad mortem destinaret. Qui ergo cum inimici eius essent mori pro ipsis elegit: quanto magis miseretur eorum. cum illius proprii sint. Hoc ergo scias. quod nulla peccata hominum. dei bonitatem vincunt: si tantummodo per penitentiam vnusquisque que prius fecerat aboleverit mala. Misericors est enim deus. et infirmitatem generis humani scit. et passionum fortitudinem. et diaboli virtutem vel maliciam. et cadentibus quidem hominibus in peccatum. tanquam filiis indulgens. expectat emendationem: penitentibus vero tanquam languidis compatitur et miseretur. et mox solvens peccata eorum iustorum illis etiam premia tribuit. Audiens autem episcopus miratus est nimis. et glorificavit deum: manifestans omnibus que facta sunt. De eodem.

Abbas paulus simplex habebat hanc gratiam vt ingredientes in ecclesiam senes aspiciens. ex ipsa facie eorum. vniuscuiusque cogitationes sive male sive bone essent: sentiret. cum ergo aliquando venisset ad ecclesiam. vidit eos clara facie et leto animo ingredi: et angelos eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Unum autem vidit nigrum et nebulosum habentem corpus. et demones hinc atque inde trahentes eum ad se. misso freno in naribus eius. et angelum sanctum eius de longe sequentem tristem. Beatus ergo paulus cepit flere amarissime. et pectus suum tondere: sedens ante ecclesiam propter eum quem talem aspexerat. Omnes autem alii senes vi-

dētes cū sic flentē. ceperunt rogare vt si quid in illis vidisset: manifestaret. aut cuz illis igrederet̄ i ɔgregationē. Jlle aūt noluit igredi. sꝫ semꝑ flebat ꝓpter eū quem sic viderat: Post paululū aūt cū absoluta ɔgregatōe discederēt: iteꝝ oīuꝫ vult⁹ circūspiciebat. si tales egrederent̄ q̄les igressi sunt. Et vidit illū quē āte viderat nigrū ꝛ nebulosuꝫ. egressū clara facie ꝛ cādido corpore: dmones de lōge sequētes eum: sanctum autem angelum eius prope eum hylarem et gaudentem super eum nimis. Tunc sanctus Paulus exurgens. cū gaudio vociferabatur benedicens deum ac dicens. O quāta misericordia ꝛ benignitas dei ē: quāta miseratō ei⁹ ē. Et ascēdēs in altiori loco voce magna dicebat. venite ꝛ videte opa dei: venite ꝛ videte quēadmōꝫ oēs homies saluos vult fieri. ꝛ ad agnitōem veritatis venire. Uenite adorem⁹ eū dicētes: q꞉ tu solus potes peccata dimittere. Cū aūt omnes cōuenisset. exposuit eis paulus q̄ vidisset anteq̄ᷓ ingrederēt̄ i ecclesiā. ꝛ q̄ poste a. ꝛ petebat illuꝫ frēm quē sic viderat. vt ei māifestaret cogitatōes ꝛ act⁹ suos: vel quēadmodū tantā ɔmutatōeꝫ illi de⁹ donasset. Jlle v̄o ante oēs cepit referre: dicēs. Ego hō sū peccator: ꝛ mltis tēporib⁹ semꝑ fornicatōi fui dedit⁹. Jngressus aūt nūc in ecclesiā dei. audiui v̄ba q̄ locut⁹ ē dn̄s ꝑ esaiā ꝓphetā dicēs. Mūdi estote. ꝛ tollite malitias de animab⁹ vestris: āte ɔspectū oculoꝝ meorū. Discite bn̄facere. q̄rite iudiciū. Et si fuerint peccata vr̄a vt coccinū: vt nix dealbabunt̄. si volueritis ꝛ audieritis me bona terre ɔmedetis. Ego enī fornicator ɔpunct⁹ i hoc s̄mone ꝓphete. ꝛ igemiscēs intra pectus meū. dixi ad dn̄m. Dn̄e tu es q venisti saluare peccatores. Hec ḡ que nunc ꝑ ꝓphetam ꝓmisisti opere cōple in me indigno ꝛ peccatore. Ecce enī ammodo ꝓfiteor tibi. ꝛ promitto ex toto corde: q꞉ vlterius hoc malū nō faciā. sꝫ renūcio omni iniusticie. ꝛ āmodo tibi s̄uio i ɔsciētia mūda Ab hodie ergo dn̄e ꝛ ab hac hora suscipe me penitētē. ꝛ adorantē te. ꝛ renunciātē omnib⁹ peccatis. Juraui ꝛ statui apud me s̄uare omnes iustificationes tuas. Sub hac sponsione egressus sum de ecclesia: statuens apud me nihil de prioribus peccatis vlterius facere. Qđ cum audissent omnes clamauerunt vna voce ad dominū: dicentes. Q̄ꝫ magnificata sunt opera tua dn̄e: oīa i sapīa fecisti. Quia ꝛ i proposito penitētie: si trāseat hō tn̄ suscipiat̄.

Enit quidam frater ad abbatem pimenion dicens q̄ grandem tribulationem passus esset. Dicit ei seneꝝ. fuge de loco illo quantum tribus diebus ꝛ tribus noctibus ambulare potes: ꝛ fac annum integrum ieiunans vsque ad noctem. Cui ille. Si mortuus fuero anteq̄ᷓ vnus annus transeat. quid de me fiet: dixit abbas pimenion. Confido in deum. q꞉ si tu cum tali proposito a me fueris egressus vt hoc facias. etiaꝫ si mox mortuus fueris. cum desiderio bono suscipitur penitētia tua apud deum. Quidam frater sedebat in cella sua in egypto. in magna humilitate precipuus. ꝛ habebat sororem in ciuitate meretricem. q̄ multis animabus ꝑditio fuerat. Frequenter autem insultabant senes fratri illi. ꝛ vix potuerunt persuadere illi vt veniret ad illam: quatenus per admonitionem eius posset peccatum qđ per eam fiebat euincere. cum ergo venisset ad locum. quidam ex notis eius videns eum: precessit ꝛ nunciauit illi dicens Ecce frater tuus venit ad te. Jlla autem pre gaudio relictis amatoribus suis quib⁹ ministrabat capite discooperto ad occurendum fratri egressa est. dum ergo tēptaret eū amplecti dixit ei. Soror mea carissima parce aīe tue. qm̄ ꝓpter te multi peunt. ꝛ quēadmōꝫ poteris sufferre amara illa ꝛ eterna tormenta: Jlla aūt cōtremiscens dixit ad eum. Scis frater q꞉ est mihi salus vel āmodo: cui ille. Si volueris. est salus. Jlla autem iactans se ad pedes fratris: petebat vt eam secum duceret i desertū: cui frater: Uade cooperi caput tuū ꝛ sequere me. cui illa. Eam⁹. opor

tet me enī ɔformari iter hoīes nudo capite deābulātē q̄ꝫ ī officinā peccati mei iterū ingredi. Dū ꝟo pariter ambularēt. monebat eā ad penitētiā. Uidēs aūt qꝫ quidaꝫ obuiarēt sibi. dixit ei. Qm̄ non omnes sciunt qđ soror mea es: paruꝫ de via secede donec trāseant. Et post transgressis illis: uocauit eā ꝛ dixit. Eamus soror viam nostrā. Illa aūt nō respōdēte. ꝑquirēs īuenit eam mortuā: ꝛ vestigia pedū eiꝰ sanguine plena. erat enī discalciata. Cū autē senibꝰ renūciasset factū: ɔtendebāt inter se de salute eius. Manifestauit aūt deꝰ vni seni de ipsa. eo q̄ nulla cura fuit illi ī itinere ꝯ corporali vsu: sꝫ vulnꝰ ꝓpriuꝫ neglexit. ꝛ suspirauit in tam grādi ꝑditōe: ideo ꝓ deuotione cordis eiꝰ suscepit deus penitentiam eius. De impugnatione demonū.

Quidam frater requisiuit a sene dicēs. Cur abba a demonibꝰ īpugnamur? Respōdit senex. Qm̄ arma nostra abiecimꝰ. id ē penitētiā humilitatē obediētiā. ꝛ penuriā. Frater qdā abbateꝫ sysoiū reqsiuit dicēs. Putas abba. si mō ꝑsequit̄ nos diabolus. sicut antiquos? Rn̄dit. Magis mō homines nostre etatis ꝑsequit̄. qꝫ appropinquāt genera penaruꝫ. vbi ille cū legionibus suis angustat̄: dum scit stagnū vbi in igne ꝛ sulphure arsurus erit. ideo hoībus infestat̄. Nec tn̄ īfirmos quosq̄ꝫ dignat̄ appetere: quos vbi voluerit cito subuertit: sed fortes magis ac magnos supplantare per diuersa precipitia aggreditur. Abba pimenius requisiuit ab batē abrahā. Queādmodū nos demones impugnant? Ait senex. Demones nobiscū non pugnant quia voluntates eorum facimus: sed nostre nobis voluntates demones facti sunt: ꝛ tribulant nos. Unde apostolus. caro concupiscit aduersus spiritum. spiritus autem aduersus carnem. vt non quecunq̄ꝫ vultis illa faciatis. Nā vis scire cum quibus demones pugnauerunt cum abbate moyse ꝛ similibus eius: nos autem voluntates cordis nostri impugnāt Quidaꝫ frater requisiuit abbateꝫ achillē. Quemadmodū aduersum nos possunt demones? Respondit senex. Per voluntates nostras. Et adiecit dicēs. Ligna libani dixerunt. Q grandia sumus ꝛ alta: ꝛ paruissimo ferramento incidimur. Nihil ergo ei demus ex nobis: ꝛ nos non poterit incidere. Uenerunt ergo homines ꝛ fecerunt in securi manubrium ex ipsis lignis: ꝛ ita inciderunt. Ligna ergo sunt anime: securis diabolus: manubriū volūtas nr̄a ē. Per malas ergo volūtates nr̄as īcidimur Qualit̄ hō ī se mortificare vicia potest.

Quidaꝫ frater reqsiuit abbatē moysē dicēs. Quō potest se hō mortificare? Dixit ei senex. Nisi quis arbitratus fuerit se habere iam trienniuꝫ in sepulchro. ad hunc sermonem peruenire nō potest. Abbas pimenius dixit. Ille mōachus potest tanq̄ꝫ mortuus huic seculo esse. qui duas res horruerit: idest carnis sue requiem ꝛ vanam gloriam. Senex quidam dixit. Tunc erit monachus liber ab omnibus. cum in vno opere tantum intentus est bono. Quando enī bona opera exercet: veniens diabolus. locum non inuenit ꝛ discedit. Si autem malum opus exercet: veniens frequenter. ꝛ īpugnat eum. ꝛ in deteriora subuertit. Beatus antonius monebat discipulum suum dicens. Horre ventrem tuum ꝛ necessitates huius seculi. ꝛ concupiscentiam malaꝫ et honoreꝫ tanq̄ꝫ absens de hoc seculo. ꝛ requiem possidebis. De perseuerantia.

Abbas antonius dixit Monachus si paucis diebus laborat. ꝛ iterum relaxatur: ꝛ rursus laborat ꝛ inde negligit. hic nihil agit. nec patiētie perseuerantiaꝫ possidebit. Dixit senex Quid est opus incipere artificium: si non discat perficere illud. Nihil est ergo. qđ incipitur ꝛ nō perficitur. De labore sctōꝝ

Quidam senex dixit. Usq̄ꝫ tūc laboret hō: vsq̄ꝫquo possideat xp̄ꝫ. Qui aūt semel illū adeptꝰ fuerit iaꝫ nō periclitatur. Permittitur tamen

laborare. vt rememorās tribulationes la/
boris. vndique semetipsū custodiat: timēs
ne tantos labores amittat. Nā ꝛ filios isra
hel ideo deus per desertum quadraginta
ānis circūduxit. vt rememorātes vie tribu
latōus nollent redire retrorsuz. Quidā fra/
ter requisiuit senez. Quemadmoduz labo
rant postulantes de remissione peccatorū
Respōdit senex. Anteq̃ perueniat in eos
gratia que operetur: pro labore ipsoꝝ. ipi
pallidi ꝛ ī labore sunt. super quos vero ex
priori patientia iaz gratia christi peruenit:
isti florent ꝛ exultant anime eoꝝ. ꝛ facies
eoꝝ clara est sicut sol. cuz nubes nō habet
ꝛ lucet. Quādo vero sol nube cooperitur.
pallescit: sic ꝛ anima quādo passiones eā ꝛ
tēptationes obscurāt. Que autē per grati
az dei mūdata est: ita fulget sicut scriptuz
ē. Magna ē gloria eius ī salutari tuo. Itē
dixit. Oēs laborēt hic sācti viri. tamen ꝛ
aliq̃ requiem possidēt quoniā liberi sunt a
cogitatiōibus hui⁹ mūdi. Quidā frater re
quisiuit a sene dicēs. Queādmoduz nunc
laborātes ī cōuersationibus viri. nō accipi
unt gratiā sicut antiqui Ait enī senex. Tūc
erat caritas. ꝛ vnusquisq̃ proximuz suum
sursum trahebat: nunc vero postq̃ caritas
refriguit. singuli proximos suos in inferio
ra deducunt. ꝛ ideo gratiam dei non me/
rentur. De exhortatione doctrine.

Interrogāti cuidā abbatez pimenionē de duri
tia cordis. rādit senex dicēs: natu
ra aq̄ molis ē. ꝛ lapidis dura. Si āt freq̄nt̄
aqua stillat sup lapidē: stillādo pforat illū.
Sic ꝛ vbū dī dulce ꝛ molle ē. nostrū autē
cor durū. hō ergo audiens frequenter aut
meditās verbū dei: dat locū timori dei in
gredi in eum. De curiositate vitanda.

Senex quidā dixit. Non opor tet monachū requirere
aliter sit ille aut queādmoduz
ille: quia per īterrogationē abstrahitur ab
oratiōe ī detractationes ꝛ verbositates.
Unde nihil ē meliusq̃ tacere. Frater qui
dā requisiuit a sene dicens. Si venerit fra
ter aliquis. sermones mihi deforis īferens
alienos: iubes vt dicā illi. q̄ten⁹ mihi illos
non afferat. Ait senex. Nihil dicas: qꝛ nec
nos potuimus obseruare. Cauendum est
ergo. ne forte dicentes proximo. hoc ne fa
cias: nos idem vel peiora postea faciamus
Cui frater: Quid ergo oportet facere. Et
senex. Si voluerimus inqt tacere: exēplū
solū sufficit proximo: De cōtētiōe vitāda

Quidam senex dixit Si qs tecum
aut dē scripturis aut dē quacūq̃ cā
locut⁹ fuerit. ne cōtēdas cū eo: sed siquidē
bñ dicit: ꝯsenti ei. Si vero male. dic illi. Tu
scis quomodo loquaris. Ait apostolus.
Noli contendere verbis. Hec obseruans
ꝛ humilitatem possidebis: ꝛ odium vita/
bis. Nā si persistas cōtendēs. ꝛ vis defēde
re ꝓmonē tuū: nascit̄ ide scādalū: Freque
ter ergo dū laudas alterū fit etiā ex iustifi
catione cōtentio. De quacūque autē re si
grauiter contenderis: non paruam noxie/
tatem senties: ꝛ nullo modo requiem possi
debis. Magis stude silentium: ꝛ de nullo
esse sollicitus. Attēde meditationi tue: cuz
timore dei exurgens tam mane q̃ vespe/
re: ꝛ ipetū inimicoꝝ ñ timebis. De silētio

Beatus antonius di
scipulo suo solebat dicere. Si affe
ctaueris silentium: ne arbitreris te exerce
re virtutem sed indignum te proloqui cō/
fitere. cum quidam frater abbati sysoi di
xisset: volo animam meam saluare: respō/
dit. Qua ratione possumus animam no/
stram saluare: cum lingua nostra aperto
ostio sepe prosiliatur. Quidam frater in/
terrogauit senem dicens. Usquequo ser/
uanduz est silentium pater? Respondit
senex. Usquequo interrogeris. In omni
enim loco si taciturnus fueris. requiē pos/
sidebis. Dixit senex. Peregrinatio ē tace/
re. Dixit quidam senex. Peregrinatio
que propter deum fit: bona est: si habue/
rit ꝛ silentiū: nā fiducia non est iā peregri/
natio. Abbas arseni⁹ solebat dicere. Pe/
regrin⁹ monach⁹ ī aliena terra nulli⁹ cause
mediator accedat: ꝛ quietē poterit adipisci

Abbas ampo dicebat. Sic apis q̃cu͂q3 va/dit mel opat̃ ita ꝛ mõach⁹ quocu͂q3 pgit si pp op⁹ di prexerit: dulcedinẽ bonoꝝ actuu͂ põt afferre. De fugiẽdo clericat⁹ honorẽ

Abbas theodoꝛ⁹ du͂ eẽt in scithi diacon⁹ oꝛdinat⁹ nul/laten⁹ pmanere acqescebat: sed multis locis fugiebat. Et iteꝝ senes reducebãt eu͂3 dicẽtes. Ne derelinq̃s locu͂ tuu͂. Quib⁹ ille ait. Permittite me depꝛecari deu͂. si me iubet mĩstrare loco meo. Et oꝛauit sic. domine. si volu͂tas tua ẽ. vt ĩ oꝛdinatiõe mea psistã: ostẽde mihi. Et ostẽsa est illi colu͂na ignea a terra vsq3 ad celu͂ ptigẽs: ꝛ vox ad eu͂. Theodoꝛe si potes fieri sicut columna ista. vade ꝛ ministra. Sufficit quod leuitis ꝛ sacerdotib⁹ p moysen dictu͂ est. vt mu͂do corde ꝛ coꝛpoꝛe. inoxiis manibus ꝛ vestimẽto mu͂dissimo: pꝛo filiis israhel offerrẽt sacrificia. Quod ille audiẽs vltra nullatenus acqeuit. Sed cu͂ venisset ĩ ecclesiã depꝛecabãtur eu͂: vt si nõ ministraret vel calicẽ teneret. Qui nõ acqeuit dicẽs. Si mihi de hac re ãplius verbu͂ feceritis discedo hinc: ꝛ sic eu͂ dimiseru͂t. Abbas ysaac audiens qꝛ pꝛ̃sbyteꝝ eu͂ patres volebãt facere ĩ scithi: fugit ĩ egyptu͂. Et igressus ĩ agru͂ latuit int̃ herbas. Contigit autẽ vt patres q seq̃bant̃ eu͂. ĩ eodẽ agro requiescerẽt: quia iã nox erat. ꝛ dimiseru͂t asinu͂ vt pasceret̃ Ille au͂t puenit pascendo ad locu͂. vbi latebat abbas ysaac. Et mane facto querẽtes asinu͂. iueneru͂t ꝛ senẽ: ꝛ mirati su͂t. Cu͂ au͂t vellent eum ligare: dicit eis. Jam non fugio quia scio ex iussione d̃i esse: ꝛ quocu͂q3 fugero ad hoc peruenturus sum. Abbas motoys venit aliquando de loco q vocat̃ ragita. in partibus gebilonis. Erat autem cum eo etiam discipulus eius. Uidẽs autem illum episcopus loci illius. tenens eu͂ inuitum presbiteru͂ fecit: Et dum pariter comederent: dicit ei episcopus. Jndulge mihi abba. Scio enim qꝛ hunc honorem nolebas: sed ego a te benedici desiderans hoc facere presumpsi. cui senex pro humilitate ait. Et mea cogitatio paru3 volebat sed ĩ hoc laboro. qꝛ diuidi habeo a fratre qui mecum est: ꝛ solus non sufficio orationes meas implere. Dixitq3 ei episcopus. Si scis eum dignum. ordinabo ꝛ ego illu͂ Respondit abbas motoys. Si quidem dignus sit: nescio. vnum tamen scio. qꝛ melior est me. Ordinauit autem ꝛ illum. Uterq3 tamen ita permanserunt vsq3 ad finem suum. vt ad altare quantum ad oblationẽ sacrandam: nu͂q3 accederent. Unde dicebat senex. Confido in deu͂ me u͂. qa non habeo grande iudicium propter ordinationem hanc: quia oblationem offerre nõ presumpsi. nam ordinatio illorum est. qui ĩ sine culpa sunt iusti ꝛ immaculati. ego autem me bene cognosco. De heremo. ꝛ quare fugierunt in solitudinem.

Abbas Arsenius ab abbate marco requisitus est aliq̃n cur fugeret hoĩes. At ille respõdit. Scit ds quia diligo hoĩes: sed cu͂ deo pariter ꝛ hominibus esse nõ possu3. Superne eni3 multitudines ac virtutes vnius sunt volu͂tatis: homines vero ꝛ multas habẽt volu͂tates ꝛ varias: ꝛ ob hoc deu͂ reliquere: ꝛ cu3 hominibus esse nõ possu3. Quidã fratres du͂ linu͂ ex thebaida pergerẽt cõparare: dixeru͂t. per occasionẽ beatu͂ arseniu͂ videamus: Quod cum daniel discipulus eius ei nu͂ciasset: pꝛecepit vt pꝛo qua causa illic aduenissent de alexãdria. ab eis ĩquireret. cu͂ ergo nu͂ciassetq3 pꝛopter linum pergerent cõparãdu͂. respõdit arsenius. Ergo faciem meam non videbunt: quia non pꝛopter me sed pꝛopter suum opus aduenerunt. Uade itaq3 ꝛ susceptis eis fac obsequium: ac dimitte eos dicens. Quia senex nõ potest vobis occurrere. Abbas bisarion du3 deambularet cum discipulo suo per heremu͂. venerunt ad quãdam speluncam. Et ingressi ibi inuenerunt fratrem sedentem ꝛ funiculum operantem. qui neq3 respexit in eos neq3 salutauit eos: neq3 aliud locutus est eis. Dixit ergo abbas bisarion ad discipulum suum. Eamus hinc: quia non vult hic senex loqui nobiscum. Et pꝛofecti sunt ad

ioãnez abbatem. Cuz autem reuerterentur. venerunt ad eandem speluncam: et dixit abbas bisarion: Ingrediamur iterũ ad hũc fratrez: si forte vel modo persuadeat illi deus vt loquatur nobiscuz. Et cum ingressi fuissent. inuenerunt euz mortuũ: Et dixit discipulo suo. Ueni frater componamus illuz. quia propter euz deus huc transmisit nos. Cuz autez sepelirent eũ. inuenerunt quia mulier esset: et admirati sunt et dixerunt. Quia magna misericordia domini est: qr et mulieres colluctãtur et vincunt demonia. Et glorificantes deũ qui ẽ protector omniũ: ad ppria redierũt. narrãtes q̃ viderãt. Que sit obseruãtia heremite

Abbas moyses ad

solitarios solebat proferre sermonez. dicens. quatuor sunt principalia obseruãtie. id est tacendi. seruãdi mandata dei humiliandi semetipsuz. et angustia paupertatis. Tres autem has virtutes homo difficile possidet. vt semper lugeat et semper suorum memor sit peccatorum: et omni hora ponat sibi pre oculis mortem. Beatus antonius solebat dicere. Patres antiqui egressi sunt in desertuz. et ipsi sani effecti facti sunt medici et reuersi alios sanauerunt: ex nobis autez si quez egredi contigerit in desertuz. antequã ipsi sanemur. curam alijs adhibemus: et reuertitur ad nos infirmitas nostra: et fiunt vltima nostra peiora prioribus. propter quod dicitur nobis. O medice prius tibi curam impende. Qui sint similes vnius meriti fratres.

Uidaz frater inter

rogauit pimenionez abbatem: dicens. qui sunt vnius meriti fratres? Respondit senex. Si fuerint tres simul: vnus quidez in omni verbo vel opere quiescẽs alter autẽ infirmãs et gratias agens. tertius vero cũ mũda conscientia illis obsequiuz faciens: hi tres vnius meriti sunt. Dixit senex. Iniuriare aut mentiri aut periurare alienuz a christo est. Per has quatuor res anima maculatur. id est si amicitiã quis cũ potentibus habuerit. cõcupiscẽtias carnales studens vel si de proximo suo detractauerit: aut si per ciuitatem ãbulans oculos suos non custodierit: et si quãcunque noticiaz cuz muliere habuerit. Beatus arsenius referebat qđ cuz in propria cella resideret. vocez sibi audiret dicentez vt egrederetur foras: propter opera manuũ contẽplanda. Et egressus vidit hoiem quendaz aquaz de puteo haurientem atque in vas perforatuz mittentez: et aqua egrediens refundebatur in puteuz. Et iteruz paruz progressus. vidit ethiopez ex lignis a se concisis sarcinaz facientez. quaz cuz tẽptasset: et iportabilez sensisset: alia iteruz ligna super ea congessit. Similiterque tẽptans cũ nec mouere potuisset. tamen alia addere ligna non destitit. Et iteruz progressus arsenius vidit ante portaz ciuitatis duos iuuenes sedentes in equis. qui lignuz transuersuz portantes. ingredi non poterant ciuitatez. Lignuz eniz qđ ab eis portabatur non eos permittebat intrare et seq vel humiliare alteri alter non valebat: et ita foris ciuitatez vterque remanserunt. Ille vero qui hoc sancto arsenio in spiritu ostendebat: dixit ei. Hunc quez prius vidisti aquã de puteo haurire. et de vase perforato rursuz in puteum fundere. similitudo est hoĩs faciẽtis elemosynaz qui bonuz opus imitatur efficere: sed quia in alijs operibus sepe cõmittit iniquitatez propter hec mala illud paruz boni se coinquinans: perdit. Illuz autez quez vidisti ligna ꝯcidere. et grauẽ sarcinã addidisse: facereqz grauiorẽ hõ est ĩ peccatis plurimis cõstitutus q post penitẽtiã aliud sup peccatis suis onus augmẽtat. Hos vero quos trãsuerso ligno renitẽte ciuitatẽ ñ posse ĩgredi ꝯspexisti: isti sũt q iugũ miserabile vident ferre superbiã. et alter alteri se hũiliare noluerũt vt p hoc emẽdati viaz christi humilẽ sequerẽtur: atque ideo extra regnũ dei tãq̃ hi illi remanserunt. Interrogauit frater abbatez sysoiuz dicens. Dimissa ẽ mihi hereditas a parẽtibus meis: quid faciaz de illa? Respõdit senex. Si dixero da illã ĩ ecclesiã clericis illi

epulantur ex ipa. Si dixero da illā ɔ̄sāgui
neis tuis nullā habebis mercedē. Si er/
go vis iplere mādatū diuinū. da hāc pau/
perib⁹ z egenis: z pfect⁹ eris. Tēporalis
pfect⁹ d̄liquēdus ē ppi amorē caritatis

Abbas sysoius dixit

Cū fuissē aliqñ i mercato: z spor/
tellas meas fratri vēderē. vidēs ga iracū
dia approxīabat mihi: dimisi vascula mea
fugiens. Dixit abbas ioānes. Ascēderā ali
quādo p viā heremi i scithi. texēs plectā. z
audiui camelariū loquētē ſmones varios
z ne forte irascerer. dimisi plectā meā z fu
gi. Interrogauit frater abbatē pimeniuz
dicens. Quid ē qđ dñs dixit: maiorē cari
tatē nemo habet q̄ vt aīam suā ponat qs
p amicis suis. quōmō hoc facit: rñdit se/
nex. Siqs audit v̄bū maluz a pxīo suo. z
dū possit similia rñdere. pugnat tñ in cor
de suo portare laborē. z vim sibi facit ne
rñdeat malū. vt ɔtristet illū. iste talis aīaz
suā ponit p amico suo. Abbas macharius
dixit. Si reminiscimur maloꝝ que ab hōi
bus patimur. pdim⁹ memorie v̄tutē. Itē
dixit. Si aūt recolim⁹ maloꝝ q̄ nobis a d̄/
monib⁹ mittunt. sine pturbatōe erim⁹ sciē
tes q̄ ab initio bona deus creauit. diabo
lus v̄o mala superseminauit. En sūt pditōes
inumere. Et addidit dicens. culpa est mo/
nachi. si lesus a frīb⁹ prim⁹ i caritate purga
to corde nō occurrit. Nā sunamitis nō me
ruisset: recipere helyseuz prophetaz in do
mū suaz: nisi quia cū nullo alio habuit cau
sā. Sunamitis enim in persona est anime.
Deliseus vero in persona spirit⁹ sancti fi/
gurata. quia nisi pura sit anima. non me/
retur suscipere spirituz dei. Ita ira inuete/
rata excecat oculos cordis. z animam ex/
cludit ab oratione. Quid lamētatio vel
paupertas que fit propter deuz operetur.

Anctum antonium

requisiuit frater dicens. Quid fa
ciā p peccatis meis: Respōdit. Qui vult
liberari a peccatis. fletu z planctu libera/
bitur ab eis. z qui vult edificari in virtuti
bus per fletum lachrymarum edificatur.
Ipsa laudatio psalmoꝝ planctus est. Me
mento exemplum ezechie regis iude. sicut
scriptum est per esaiam prophetā: qui flen
do non solū sanitatez recepit: sed etiaz per
xv. annos augmentū vite promeruit. z su
peruenientem hostis exercitum. videlicet
centum z octoginta quinque milia. per la/
chrymaruz eius rigationem: virtus dñi in
mortez prostrauit. Sanctus petrus apo
stolus flendo recepit: qđ in christuz negando
cōmiserat. Maria cum lachrymis rigauit
pedes dñi meruit audire optimaz partem
elegisse. Ipse timor sanctus permanens ī
seculum seculi. Beatus macharius dixit.
In veritate si facta est mōacho despectio
quasi laus paupertas sicut diuitie: inopia
sicut epistole: nunq̄ moritur. Impossibile
est bene credentem et pie colentem deum
cadere in passionem immundam et in er/
rorem demonum. In hac vita homo re
quiem inuenire non potest.

Bbatem sysoiuz re

quisiuit frater. Post quantum tempus de
bet homo a se abscīdere passiones: Respō
dit. Scriptum est in euangelio: quia pecca
tores deus non audit: sed qui cultor dei est
et voluntatem facit. Ideo cum venerit im
pugnatio: abscide illam: quia fragilis est
anima. Ante armetur q̄ a peccatis in/
quinetur. Abbatem pimenium interroga
uit frater. Quid faciam: quia conturbant
me cogitationes sedentem in cella: Re/
spondit. Neminem despicias: nullum di/
iudices: de nullo male loquaris: z deus da
bit tibi requiem: et statuet sessionē tuam si
ne conturbatione. Custodiam enim senio
rum et quietem ipsorum considera. Me/
ditare in diuinis officiis: et scias horas ca/
nonicas die ac nocte. Timor domini non
discedat a corde tuo: et non glorieris: ne/
que te estimes cum iustis: et ex omni vir
tute tua custodi: vt nō facias pprīā volūta
tē idē dixit. Sicut ad succēsā ollā musce nō

appropinquāt. si vero tepida fuerit isidūt in eaʒ. ⁊ faciunt vermes: ita ⁊ monachum succēsuʒ igne diuini spirit⁹ demões fugiūt tepidū vo illudūt ⁊ isequūt. Uñ vitia oriūt

Sanctum antoniuʒ requisiuit frater. Quomodo deus repromittit bona aie p assiduitatē scriptu/raꝝ. ⁊ nō vult anima in bonis permanere sed declinat ad transitoria caduca ⁊ imunda. Respondit. Ad hoc iungitur quod psalmista ait. Iniquitatē si cōspexi i corde meo nō exaudiet deus. Ignoras ꝙ cū venter plenus fuerit esca. stati ebuliunt magna vitia: que saluator noster per euāgeliū predixit. Non coinquinat quod in os intrat animā hominis: sed de corde exeunt que in i/teritū demergunt homineʒ. Uide quid di/xerit primū. Cogitatiões male. homicidia. adulteria. fornicatiões. furta. falsa testimonia. ⁊ blasphemie. Quia nec dūm gustauit dulcedinē celestiū. vt ex toto corde exquirat deū. ideo ad imūda reuertit. Quis poterit recte dicere. vt iumētū fact⁹ sū apd te ⁊ ego sēp tecū. Qualit vtutes obtiere opʒ

Quendam senem requisiuit frater dicēs. Doce me pater. Et dixit ei. vade ama tibi ipe vi facere Euagina gladiū tuū. ⁊ exi i bellū. Dixit ei frater. Nō me pmittūt cogitatiões. Respōdit senex. Scriptū est. Inuoca me i die tribulatiōis tue: eripiā te ⁊ glorificabis me Inuoca ḡ deum ⁊ eripiet te. Perrexerunt duo fratres ad vnū senē sāctū i scithi sedē teʒ singularē: dixitq; vnus ex illis. Abba oē vet⁹ ⁊ nouū testamētū mēoriter didici Dicit ei senex. Implesti aerē verbis. Et alter dixit. Ego vet⁹ ⁊ nouū testamētū totū scripsi. ⁊ penes me habeo. Et huic respōdit ⁊ tu iplesti fenestras tuas cartis. An ignoratis q̄ dixit. Regnū dī nō ē i ſmone: sʒ in virtute. Et iteꝝ. Non auditores legis iusti sūt apud deū: sʒ factores legis iustificabūt Ingrebāt ḡ ab eo viā salutis. Ille aūt dixit eis. Initiū sapie timor dñi: ⁊ hūilitas cū patia. Omnib⁹ his isertis vl his vtētib⁹ pauca sufficiūt. Quō i cenobijs viuēdū sit

Cum quidam adolescēs frater abbatē agathonē regreret dicēs. volo pmanere cū fratrib⁹. dic mihi quō habitē cū ipsis. Rñdit ei senex. Obserua p oib⁹ hoc vt q̄lis prio die igrederis: apud ipsos talis reliquū pagas tē/p⁹. ⁊ cū gete adiplebis pegrinationē tuaʒ. custodi eni ne qñ fiduciā loquēdi assumas dicēte apostolo. Nemo militās xpo iplicat se negociis secularib⁹. Itē dixit agathon. Si hitas cū pximo. esto sicut colūna lapidea: q̄ si iiuriat nō irascit: si glorificat: nō extollit. Abbas pimeni⁹ ad abbatē nestrionē sedētē i cenobio regsiuit dicēs. Unde adept⁹ es hāc virtutē frater. vt quotienscūq; tribulatio ɔtigit i cenobio neq; loq̄ris neq; mediator accedas. Et cū nollet dicere. postea ɔpulsus a sene dixit. Indulge mihi abba. qꝛ i pricipio qñ igressus sū. dixi cogita/tiōi mee. Ecce tu ⁊ hic asinus estis. Sicut eni hic asin⁹ vapulat ⁊ nō loqtur. iniuriat ⁊ nihil rñdet: ita ergo esto ⁊ tu. nā sic dicit ⁊ psalmus. Ut iumētū factus suʒ apud te: ⁊ ego semp tecū. cuʒ aliquādo gens mazicoruʒ in scithi supueniēs. multos ex patribus occidisset abbas pimenius vna cū alio patre seniore nomine anub: ⁊ cuʒ aliis quinq; patribus fugiens inde venit ad locū qui dicitur theremithi: ⁊ inuenerunt ibi templum antiquum desertum. ⁊ manserunt in eo hi septem pariter. donec cognoscerent vbi vnusquisque in egypto mansurus eēt decreuerunt autem inter se dicentes. Septimana hac vnusquisq; requiescat apud se ⁊ alter ad alterum non loquatur. cuʒ auteʒ id facerent. erat in templo illo statua cuiusdam idoli. Abbas ergo anub exurgens mane lapidabat eam in facie: ⁊ vespere veniens dicebat ad eaʒ. peccaui: indulge mihi. ⁊ sic fecit per totam hebdomadā. die autem sabbati cum venissent pariter: dixit ei abbas pimenius. Quid voluisti hoc tota hebdomada facere: vt homo fidelis dice/res idolo indulge mihi. dixit ei senex anub Hoc ego propter vos feci. dicite mihi. nū/

gd qñ hoc idolũ lapidabã. locutũ ẽ aut iratum. aut quando indulgentiam petebam: nunqd exaltauit se aut gloriatũ ẽ: Cui abbas pimenius rñdit. Nõ vtiqȝ. Tũc dixit senex. fratres ecce septẽ sum⁹ si vultis ergo pariter manere: vt lucꝶ aic faciamus sit ydolũ nobis istud i exẽplũ. ne qñ iiuria tus aliqs irascatur. ne qñ ab eo venia petitur glorieť aut extollať. Si autẽ ita nõ vultis: vnusqsqꝫ vadat quo vult. At illi ꝓijcientes se i terrã spopõderũt se ita facturos ⁊ sic permanserunt ꝑ multos annos cum magna hũilitate ⁊ abstinẽtia. vnũ ex ipsis facientes dispẽsatorẽ. Et erat eis pfectio ⁊ vnũ desideriũ. ⁊ qcqd positũ eẽt in mensa reficiebanť. nullo dicente . aufer nobis illud. aut istud nolo comedere. Quattuor sigdẽ horas dormiebãt in nocte. ⁊ quatuor psallebãt. ⁊ quattuor opabãtur. In die vero per interualla horaꝶ officijs diuinis insistebãt. opantes ⁊ legentes: ⁊ fundẽtes folia palmaꝶ. vsqȝ ad horã nonam. Post hoc vero victum sibi ꝑparabant. colligentes quasdã herbas terre.

Que sit obſuãtia spiritualis discipline.

Vidaȝ frater reqsiuit sanctũ Serapiõeȝ abbatẽ habentẽ sub regimĩe suo decẽ milia mõachoꝶ dicens. Alij fratres de cenobio elegerunt me. vt ego illis pcipiã. õnde mihi qũo iubes: Rñdit serapiõ. Durum ẽ meũ fortasse iperiũ. Nã dñs nr̃ Iesus xp̃s per euangeliũ suũ instruit dicẽs Si diligitis me: mandata mea seruate. Et cũ discipuli de primatu inter se disceptarent. quiś eẽt senior. ait ad eos. Si quis voluerit inter vos maior fieri. erit vester minister. ⁊ quicũqȝ voluerit in vobis prior esse: erit oĩuȝ seruus. Petr⁹ apl̃s in ep̃la sua monet pastores. Pascite qui ĩ vobisẽ gregẽ dei nec expulsione sed voluntarie secũdũ deũ. nec in turpe lucꝶ: sed forma estote gregis. vt cũ apparuerit ꝑnceps pastorũ. pcipietis ĩmarcescibilẽ glorie coronam Ita facito pri⁹ qđ pcipis. vt nõ tantum illis ꝑcepta: seu formulaȝ ꝑbeas: vt tua imitentur exempla. Ne sis mercenarius. sȝ pastor ouium. quia saluator noster beatũ dixit. quem constituit super familiam suã vt det illis cibum in tempore. Interrogauit abbas moyses abbatẽ Siluanum dicens. Potest homo per singulos dies apprehendere conuersationis initium: Respondit. oportet enim apprehendere vnũquẽqȝ aliud ex omnibus. Surgẽs mane sumat initiũ sapientie: in omni virtute. et in omni mandato dei in magna patientia ⁊ longanimitate ⁊ charitate dei. cũ humilitate anime ⁊ corporis in multa sustentatione ⁊ cõmoratione celle. in oratione ⁊ deprecatione cũ gemitu. cũ puritate cordis ⁊ oculoruȝ ⁊ custodia lingue ac sermonum in abrenunciatione rerum materialium. desideriorum carnis cruciationẽ habentes in certamine. in continẽtia spiritali et agone pugne. in penitentia et luctu in simplicitate anime et taciturnitate in ieiunijs et vigilijs nocturnis. in opatione manuum secũdum ꝙ dicit apl̃s paulus. operantes manibus vestris. in fame et siti. in frigore et nuditate. ĩ laborib⁹ et angustijs et persecutiõib⁹ in foueis et speluncis ⁊ cauernis. esto factor verbi et non auditor tãtum operãs talentũ in duplum. habẽs vestẽ nuptialẽ: firmatus supra firmã petraȝ Elemosina et fides non te derelinquant Cogitãs esto omni die mortem vicinaȝ esse: et quasi iam clausus in monumento nihil đ hoc seculo cures qa sollicitudo seculi et cupiditas diuitiarum. Hec sunt spine quas dominus cauere dixit in euangelio q̃ bonum semen suffocãt. Inedia escarum humilitas et luctus non recedant a te. qr dominus dissipat ossa hominum sibi placentium. Timor omni hora permaneat ĩ te sicut scriptum est. propter timorem tuũ domine in vtero concepimus ⁊ doluimus ⁊ peperim⁹ spiritũ salutis. Hec ergo et si qua alia virtus est ĩ his prospice. et ne te mensures cum magnis aut iustum te estimes. sed te crede inferiorẽ esse totius creature: idest viliorem quouis homine, peccatore Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit. ipse se seducit. Nõ diiudices pri-

mum neqꝫ despicias aliena delinquẽtia: sed tu plange peccata. ⁊ de nullius homi nis actu sollicitus sis. Esto mansuetus spi ritu ⁊ non iracundus. nihil in corde tuo ne qꝫ odium neqꝫ contra inimicum aliquid sine causa habeas: neqꝫ despicias eum in tribulatione eius. neqꝫ reddas maluꝫ pro malo: sed esto pacificus cum omnibꝰ hoc est vinculum perfectionis. Non te credas malum facienti neqꝫ congaudeas ei qui fecit proximo suo malum. Non detrahas alio. quia deus iudex ⁊ testis est in omni/ bus. Ne oderis aliquem propter pecca/ tum eius quia scriptum est. Nolite iudi/ care vt non iudicemini. Dum alium argu is. vide ne peiora cõmittas. nõ dispicias peccantẽ: sed ora pro illo vt deus illi det conuersionẽ ad penitentiam et si audie/ ris de aliquo ꝙ agat iniqua responde di cens. Nũquid ego horum sum iudex. ho mo sum peccator mortuus sub peccatis meis. Mortuus enim causam non habet curare pro aliquo. Qui hec omnia procu rat ⁊ cogitat. operarius est omnis iustitie Dum de xp̄o redẽptore nostro propheta denunciet dicens. ego autem sum vermis ⁊ non homo. Et alius propheta abacuc di cit. Lapis de pariete clamauit et scarabe us de ligno loquit᷑: nos vero dum in mul/ tis extollimur. in multis supplantamur. Qui vero hec custodit viuit sub gratia et virtute domini nostri iesu christi. De meditatiõibus duodecim anachoretaꝝ.

Anachorete aliquã do sapiẽtes sancti ⁊ spiritales. xij. numero congregati: in idipsum expetie/ rũt a semetipsis dicere vnũquẽqꝫ q̄ emẽ dauerit in cella sua. et quam meditationẽ meditatus sit spiritaliter. Et dixit primus qui et senior eorum. Ego fratres. ex quo cepi quiescere. totum crucifixi meipsum his que extrinsecus sunt actionibus remi niscens quod scriptum est. Dirumpamus vincula eorum: ⁊ proijciamus a nobis iu/ gum ipsorum. Et velut murum faciens in/ ter animam ⁊ corporales actꝰ. dixi in mẽ te mea. Quemadmodum hijs qui ĩtra mu rum est. stanteꝫ foris non videt: sic nec tu velis exteriores actus aspicere sed teipm intuere sustinens quottidie spem dei. Sic auteꝫ habeto malignas cogitationes aut malas concupiscentias: sicut serpentis et scorpionũ prolem. Si quando autem eas in corde meo nasci sensero. attẽdens illas cũ comminatione ⁊ ira arefacio eas: nec vn q̄ cesso irascens corpori ⁊ menti mee. ne quid paruũ faciat. Secundus ait. Ego di xi. Ex quo renunciaui terre hodie renatꝰ es. hodie cepisti seruire deo. hodie hic iha bitare cepisti. sic esto quottidie peregrinꝰ ⁊ crastino liberandus. hoc mihi quottidie consulebã. Alter dixit ego diluculo ascen dam ad deum meum. ⁊ adorans illum. ia/ ctans me in faciem meã: confitẽdo culpas meas. ⁊ sic d̄scendẽs adoro angelos dei ro g ans illos suplicare deo pro me. ⁊ omnẽ creaturã. Et cum ista adimpleuero. vado ad abyssum: ⁊ quid iudei faciunt hieroso/ solimis. euntes conscidentes se et lacrimã tes ac lugentes casum patrum suoꝝ. Hoc ergo circuiens et expectãs propria mem bra tormentis subdita. et cũ plorantibus ploro. Quartus ait. Ego sic sũ. ac si in mõ te oliuarũ sedens cum domino et discipul' eius. Et dixit mihi. ex quo nullum agno/ scas secũdũ carnẽ: sed cum his esto sẽper celestis conuersationis imitator sicut bo na Maria ad pedes iesu sedens et verba eiꝰ audiens. Efficimini sancti ⁊ perfecti si cut et pater vester q in celis ẽ. Et discite a me qꝛ mitis sũ et humilis corde. Quītꝰ ait Ego ãgelos aspicio ascẽdẽtes et descẽdẽ tes ad vocatiõeꝫ aiarũ. et semper finẽ me uꝫ operior dicens. Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ. Dixit sextus. ego ꝑ dies singl'os statui v̄ba mea audiri a dño putãs mihi dici. laborate ꝑꝑ me. ⁊ ego qescere fa ciam vos. Adhuc modicũ d̄certate ⁊ vide bitis salutare meũ ⁊ gl'iã meã. Si diligitis me. si filii mei estis ad p̄reꝫ rogãtes reuerti mini. si f̄res mei estis erubescite ꝑ me quẽ/ admodũ ꝑꝑ vos mlt'a ꝑpessus sũ. Si oues mee estis dominicã passionẽ seqmini. Se

ptimus ait. Ego ista assidue meditor et sine intermissione colloquor mihi fidem. spē et caritatem vt spe gdez gaudeā. dilectione vero neminē aliqñ contristē et fide corroborē. Octauꝰ ait. Ego volentē diabolū expecto: querētē quē deuoret. et vbicūqz ierit expecto illū interioribus oclis meis et dominum deum aduersus illū iterpello vt sine effectu maneat et i nullo ꝑualeat. maxime i timētibꝰ deū. Nonꝰ ait. Ego qͦtidie ecclesiaz itellectualiū ꝟtutum expecto dñi glorie. i medio earū video. super oēs splēdētē. Qñ aūt abscedā ab eo ascendo i celū expectās admirandas pulchritudies angelorū et qͦs emittūt hymnos incessabiliter deo et dulces coꝝ cātilenas: diserorqz sonis ac vocibꝰ et suauitate. vt libeat remisci qđ scriptū ē. Celi enarrāt gloriā dei. et opa manuū eiꝰ āñūciat firmamētū. et oia q̄ super terram sūt. vt sicut cinerem et stercora opinor. Decimus ait. Ego āgelum meū assistētē mihi iuxta me expecto. et custodio me metipm. qđ scriptū ē reminiscens: ꝓuidebā dñm in cōspectu meo sēper. qm̄ a dextris ē mihi ne cōmouear. Timeo igiť eū vt custodiētē vias meas. et qͦtidie ascēdentē ad deū et insinuātē actus meos et ꝟba. Undecimus ait. Ego ꝑsonaz imponens ꝟtutibus veluti si abstinentie. castitati. benignitati. dilectioni in meipsū steti. et circundans mihi illas. et vbicūqz iero dico mihipsi vbi sunt sequaces tue. Ne pusillanimis sis. ne deficies. habens iuxta te ea semper. Quecūqz libent loquere de ꝟtute vt post mortem testificentur de te coram deo. quia inuenerunt requiem i te.

Duodecimꝰ ait. Uos quidem pr̄es celestem habentes cōuersationē celestē et sapientiam possidetis. Nihil mirum. Eleuatos vos operibꝰ video. et superiora sectantes. Quid dicam? Uirtute enim etiā trāspositi estis ē terrā: vosmetipsos ex toto alienantes ab ea. Quid dicam? Uos terrenos angelos et celestes homines dicens: ñ peccauerim. Ego vero me his idignū iudicans peccata mea vbicunqz iero precedunt me semper. ad dexteram et sinistraz in infernum vero adiudicaui meipsum dicens. Esto cum his quibus dignus es: istis post modicum annumeraberis. video igiť ibi pares genitus et incessabiles lachrimas que a nullo referri queunt. Aspicio quosdam stridentes dentibus et salientes toto corpore: et trementes a capite vsqz ad pedes. Et iactans me super terram. et amplectēs cinerē deprecor: deū nūq̄ cassuum me illoꝝ experimenta accipere. Video et mare ignis bulientis immēsibile: et circūflētes et mugientes vt putēt aliq vsqz ad celos attigere. Fluctꝰ ignis et i tremēdo illo mari inumerabiles homies deiectos ab agrestibus: et vna voce omnes illos clamātes et vlulantes simul. quales nemo super terram vlulatꝰ et voces audierat: et sicut arētia omnis virgulti cremare misericordia autē dei auertente se ab illis propter iniusticias eoꝝ. Et tūc lamēto genus hominū quomodo audeo loqui vt cuilibet attendere tantis mundo repositis malis. Et in his teneo mentem meam luctum meditās quod ait dominus. indignū me celo et terra iudicans reputāsqz quod scriptum est: facte sunt mihi lachrime mee panes die ac nocte. Hec sapientium et spiritualium responsa patrum. Et veniat et i nos digna memoria vt narrationem conuersationis opere ostendere possimus vt facti inuituperabiles et perfecti et irreprehensibiles: placeamꝰ saluatori nostro. Cui est honor et gloria in secula seculoꝝ. Amē

Finit quarta pricipalis pars huiꝰ opis:

Sequitur opusculum pro conclusione annexum de virtutum laude et effectu ititulatum Incipiunt capitula subseqͦntis opusculi:

Ammonitio de laude caritatis. Ca. i.

Ne nō immemor petitiōis: hāc āmōitionē p aīe tue pfectu o fr carissime: tibi vt rogasti pbē studui: noui. n. ardorē aī tui erga scripturas diuias: noui tibi iēē studiū legēdi: z iplēdi qd legis. Memor igit sū lachrimarū tuaꝝ. z oīs studij tui qd ite sepe pspexi. dū tecū d aīe tue smociarer pfectu: z idcirco me non piguit: h qd mibi tua suggerere voluit caritas adīplere: qten z tu ex hac ipa āmōitōe i dñi gdatiz amore pficias: z ego tue mercedis effici merear pticeps. Scio vere n mediocrit eē beatū. q se solūmō domino adiuuāte saluat. s noui mlto beatiorem fore: q secū alios ad celeste regnū trahere festiat. Qua ppter hortor tuā eximiaz dilectionē vt hāc āmōitionē stide legas z memorie cōmendes atq ope opleas: vt alijs bonū exēplū mōstrando: z te z alios salues vt d tuo aliorūq pfectu felicē remūeratione ab imōtali spōso recipe mereris. Mēte solerti tracta: ne h agas vñ celesti tuo sponso displiceas. q ipe tibi si bñ vt cepisti pseueraueris: i auditā leticiā iui sū gaudiū cū cetis odōabit scis paulo affirmāte q ait. Qd ocl's n vidit nec auris audiuit. nec i cor hoīs ascēdit. q pparauit deus diligētib se. Festia igit ad illud gaudiū: ad illā leticiā: i q mlti scōꝝ regescūt. Cōsidera do dilecte. qnta sit felicitas. dei vultū sine dfectu cernere. scōꝝ āgeloꝝ chorisiterēe cū scōꝝ hoium mltitudie sine fine gaudere: z ad hec gressibus vtutū qtidie appropiquare stud. vt ad ea q omemoraui recto tramite pgas: citiusq pueire qas hāc tue btitudini i āmōitōez scripsi: p quā n d vna solūmō vtute: s d mltis te cupio omōere vtutib. Quē smonē iō singulari numero amōitiōez voco. q qūis mlte sint vtutes z īnumerabilia hortamta: ad vnā tñ ptinēt viā ad vnū iter z ad vnā felicitatē pducūt hoiez. Cū igit de plib vtutib te āmonere: dsiderē. pmū cum paulo aplo hortor: vt caritatis vtutem añ oīa habere studeas. q sicut pāis oībus cibis ē melior: ita caritas oēs añcellit vtutes. Et sicut sine pāe mēsa efficit inops: ita sine caritate nulla pficit vtus. Sine caritate. n. nec lachrime. nec vigilie. nec nuditas. nec castitas nec elemosine: nec martiriū hoiez saluare pōt. hāc dñs ac redēptor nr spāliter nobis omēdauit. Hec iquit mādo vobis. vt vos iuicē diligatis. Et iteꝝ. Jn hoc cognoscēt oēs q mei estis discipli: si dilectiōez habueritis ad iuicē. Hanc iohes apostolus laudat: dicēs. Qui māet i caritate: i deo māet z de in eo: Hāc pdicator egregius cūctis vtutib pferēs dicit. Si distribuero in cibos paupuz oēs facultates meas. z si tradidero corpus meū ita vt ardeā: caritatē aūt n habuero. nihil mihi pdē. Deinde subiūgit. Patiēs ē caritas. benigna ē. Patiens ē ad tolerāda aduersa: benigna est ad bona prestāda. Stude ergo fidelissime fr oīa patiēter tolerare aduersa ipos q qs toleras cura: diligere. De caritatis. et humilitatis connexione. Ca. ij.

Certissime tibi ouenit credere q nunq caritas sine humilitate z obediencia regnet i homine. Si veram habueris caritatem. mox eris humilis z obediens. Humilitas nāq exi-

mia virtus ē. Hec de terrenis hoīb⁹ fecit celestes. Per hāc diabolus superat̄. p hāc ei⁹ laquei vitātur: sicut beatus antoni⁹ dixit abbati pastori. Uidi oēs inimici laqos tēsos in via et ingemiscens dixi. Quis putas transiet istos laqueos? Et audiui vocem dicētē: humilitas. hoc vero beat⁹ antonius: vt puto: nō p se tm̄ vidit et audiuit: sed et pro nobis qui peccatores. et insipientes sum⁹. et longe ab illi⁹ meritis distamus vt nos hec legētes et opere cōplentes diaboli laqueos possimus vitare: qui sēper inquirit quomodo nos decipiat. Igitur q̄ magna sit hūilitatis virtus Martini etiā monachi vita insinuat: quē dicūt etiā in iuuentute valde fuisse. mansuetū. humilē ac sapientē: et pro eius virtutib⁹ tm̄ dicūt deo fuisse amabilē: vt duz ad dominicū corp⁹ accederet. angelus ei sacramenta prebe-ret. Pensare vero debem⁹ ex hoc miraculo q̄ magnum donū sit hūilitas: per quod donū tā amabilis et tā acceptabilis deo adhuc homo mortal' efficit̄. Abbas etiā Daniel miraculū narrat: p quod virtus humilitatis declarat̄. Erat autē ait ī babylone filia cuiusdā illic prioris demoniuz habēs Pater autē eius diligebat quēdā monachuz q dixit ei. Nemo pōt curare filiā tuā nisi quos scio solitarios. Et si prexeris ad eos. nō acqesēcent hoc facere pp humilitatē. Sed hoc faciem⁹. qn̄ veniūt afferētes venalia que opantur dicam⁹ nos emere velle quod vendūt. Et cū venerint in domū p̄ciū accepturi: dicemus eis vt faciāt orōnē pro ea. et credo q saluabit̄ filia tua. Exeuntes ergo ī plateā: inuenerunt vnuz mōachuz sedētē vt vēderet sportellas suas. et tulerūt eū in domū. quasi p̄cciū accipet sportap. et cū itrassz in domū. venit puella que a demōio vexabat̄: et dedit alapā monacho. Ille autē conuertit ei et aliā maxillā secūdū diuinū p̄ceptū. Demō aūt dū torqueretur clamare cepit. O violentia mādatop xp̄i expellit me hinc. Et statī mūdata ē puella. Cū autez venisset senex indicauerunt ei quod factū erat. et glorificauerunt deū et dixerunt. Consuetudo ē diabolice supbie. an humilitate xp̄i corruere. Consideremꝰ et nos o sanctissime frat humilitatē huius felicissimi monachi: et q̄ntuz possumus imitari curemus. Si igitur humilitas alterius ab alio demoniū expulit sine dubio firmiter credere debem⁹. q nostra humilitas diabolū in cordibus nostris regnare non sinat. Tunc vere iā humilitatē habem⁹. si omnibus nos putam⁹ eē inferiores. et omnib⁹ venerationē deferimus. et omnia que nobis alij faciunt aduersa: humiliter toleram⁹ propter dei amorē. De hac virtute dominus ī euāgelio dicit. Omnis eniz q se humiliat: exaltabitur et qui se exaltat humiliabitur. Ex isto eniz versiculo discere debem⁹: q superbia cōtraria sit humilitati. Ergo si vere humiles esse volumus: superbiā fugiamus: quia superbia deijcit. humilitas eleuat: ad hanc virtutē princeps apostolop inuitat dicēs Humiliamini sub potēti manu dei. vt vos exaltet in die tribulationis. Hec sentētia manifestissime nobis insinuat. q si hec dū viuimus. humiliare nos curauerimus: in tēpore tribulationis vel retributiōis idest ī die iudicij. domini nos pietas exaltabit in celesti. s. in regno. Jam vero superi⁹ dixi q caritas et humilitas atqz obediētia ab inuicē separari non possint.

De obediētie bono eiusqz laudib⁹ Ca. iij.

Et q2 hactenus de caritate et hūilitate dictū ē: restat vt solerter attēdas. qlis sit obediētie virtus. Propter inobedientiā p̄mus hō abiect⁹ ē de paradiso. Quaproptē si illuc vis ascendere: obediēs eē stude. Ut aūt q̄ magna sit hec virtus agnoscas miraculū tibi ad memoriā reuocabo. Quidaz secularis habēs tres filios renunciauit seculo. et venit ad monasteriū: relinquēs filios suos in ciuitate. Et cum fuisset tres annos in monasterio: ceperunt cogitatiōes sue ei filios ad memoriā frequēter adducere. et contristabatur pro eis valde: neqz tamē dixerat abbati se filios habere. Uidens autez abbas eū tristē. dixit ei. Quid habes q tri-

stis eos? Et narrauit ei q tres filios hēret i ciuitate: z q̄ vellet eos ad monasterium adducere. pcepit autē abbas vt adduceret eos. Qui cū perrexisset ad ciuitatē. inuenit duos ex his mortuos: vnuʒ vero solūmodo remansisse: Quē sumēs duxit ad monasterium. Et regrens abbatē nō inuenit illic. Interrogauit autē fratres vbi esset: z dixerunt ei q ad pistrinū perrexisset Ille vero tollens filiū quē adduxit: abijt ad pistrinū. Et videns eū abbas venientē salutauit. Et tenēs īfantē quē adduxerat. amplexatus eū z osculabatur: z dixit patri eius. Amas eū? Et ille respōdit. etiam. Omnino ingt. diligis euʒ? Et respondit. etiā: Postea vero dixit ei. tolle ergo si amas eū et mitte in fornacē ignis modo dum ardet. Et tenens eū pater iactauit in fornacē ardentē. Statiʒ aūt fornax facta ē velut ros. ex qua obedientia acquisiuit gloriā: quēadmodū abrahaʒ patriarcha. Hoc ḡ miraculū hortor vt memorie tradas: vt sēper obedientie virtutē ante oculos habeas. Quia sicut illo tēpore illiꝰ monachi obedientia extixit ignem fornacis: sic et modo si fueris obediens. ipsa virtus in corde tuo ignem vitioꝝ extinguet in te nequaq̄ post mortē in ignem descendens eternū: sed ad gloriā ascendens celesteʒ: sine fine manentē. Ergo ama obediētiā: dilige obedientiā q̄ magna virtꝰ ē. Ut aūt illiꝰ magnitudinē adhuc lucidius itelligas sequēs miraculū frequēter lege. Dicebāt fratres quia narrauit quidā patrū vidisse se q̄ttuor ordines in celo quoꝝ primꝰ erat hoiuʒ īfirmoꝝ. grās deo agentiū: secundꝰ hospitalitatē sectantiū: instanter ministrātes eis: tertius ordo in solitudine cōmorātiū. z non vidētiū hoies. quartꝰ ordo erat q ad obediēdū prib' spiritualibꝰ se subijciunt propter dominū. Uidebat autē ordo obedientiū torquē aureā habere z multo maiorē q̄ alij gloriā habebat. ego autem dixi ei q mihi hec oia ostēdebat. Quomodo iste ordo q puꝰ ē maiorē q̄ alij gloriam hēt? Et ille r̄ndit q hi qui hospitalitatē sectāt secūdū propriā volūtatē idip̄ʒ faciūt. similiter qui in heremo se religāt arbitrio suo de seculo recesserūt. hic aūt ordo qui se ad obediendū dedit oēs volūtates suas abijciens. pendet ad deum et ad iussionē spūalis prīs. ppterea z maiorē gl'iā alijs hēt. Quapropter fr̄ carissime bona ē obedientia que pp deum fit. Intēde ergo dilectissime virtutis huius aliquod vestigiuʒ vel ex parte. Obedientia salus ē omnium fideliuʒ: genitrix ē omniū virtutuʒ: Obediētia regni celoꝝ īuētrix ē: celos aperēs homieʒ d̄ t̄ra leuat: obediētia cohitatrix ē angeloꝝ: z scōꝝ oiuʒ cibꝰ ē. ex hac. n. abluti sūt et p hāc ad pfectōeʒ venerūt. Ammonitio d̄ virtute ɔtinētie. Ca. iiij.

Iam tempus ē vt pꝰtrium virtutū doctrinā vigilāter attēdas q̄ta sit ɔtinētie virtꝰ z q cōtinētia n̄ solū i cibo z potu sit ʒ etiā i locutiōe z i sōno ac vestitu. z innumerabilibꝰ causis. Ammoneo igit' dilectionē tuā: vt n̄ d̄licatos cibos q̄ras: nec añ horā ɔgruā comedere velis nec dicas in corde tuo ecce alij ita vl' ita faciūt. scito p certo: q vnusq̄sq̄ʒ q̄ i hac vita plus i d̄i seruitio laborauerit: eo maiorē mercedē post mortē a deo ɔsequet': Ne igit' tibi ḡuis videat' cōtinētie virtꝰ: miraculū hinc q̄d i tripartita historia legi pfero. Dorotheꝰ genē thebeꝰ: talē ducē curauit vitā' vt q̄tidie lapides a mari colligeret z i āņis singul' hospitiū edificaret: z ip̄a hospitia d̄dit illis q n̄ hēbāt. Noctibꝰ aūt pp eoꝝ cibum faciebat sportellas. Cuius cibꝰ erat panis vncie sex. z oleꝝ minutoꝝ vnꝰ vasiculꝰ: z ad bibēdū aquaʒ. hic a iuuētute sic viuēs nec i senectute d̄fecit. Nunq̄ visus est i lectulo soporatus. vl' pedes p rege tetēdisse. aut dormire p volūtate: nisi q̄tū opādo aut comedēdo natura cōpressos oculos claudere potuissʒ. ita vt sepe dū comedēdo dormiret. cibꝰ ex ore eiꝰ laberet'. Aliq̄n ḡ sōno valde ḡuatꝰ: cū i stercore cecidissʒ obdormiuit. Expgefactꝰ aūt z ɔtristatꝰ sub silētio dixit. Si āgel' dormire suaseris z mihi vlteriꝰ suadebis. Q̄ d̄ forte dicebat ad sōnū vel ad d̄mone q nitebat' bonas eiꝰ actiones ipedir'. Huic laborāti q̄dā dixit. Cur ita pimis corpus tuū? at ille. q̄ me inquit

illuc occidit. Hui⁹ vo sacratissimi mōachi
cōtinētiaз tibi scripsi.ne ipa tibi vtus gra
uis videretur. vt cognosceres quātū ab ā/
tiqs vel modernis qbusdā p̄rib⁹ distemus.
Audiuit ergo beatitas tua ꝙ dorothe⁹ oi
āno edificauit cellā ꝛ alijs dōauit. Audisti
etiaз ꝙ ī lecto nō iacebat.ꝛ de pāe ꝛ aqua
ꝛ herbis viuebat. Nō iō hoc dico vt tātū
facias tu sз te humilies simulqз scias quā/
tā abstinentiā habuerūt p̄res nr̄i.ꝛ neqꝫ
delicatos cibos qras:p̄serti cuз ī p̄fato li/
bro moysi mōachi scriptuз sit.ꝙ p multos
annos panē tātūmō comederet.et multuз
opus faceret. Sex aūt ānis per totā noctē
stans orauit.neqз gēib⁹ iclinatis.nec ocu
lis ī somno spōte clausis.isup etiā circuibat
cellulas monachoꝝ ꝛ lagenas eorū aqua
implebit:cū longe aut decem aut viginti/
milium aqua māeret. Qui licet ita doma
ret corp⁹.priorē tn̄ valitudinē non amisit:
Hec miracula assidue lege scissime fr: ꝛ p
hec dei adiutorio ī abstinētia ꝑficere studē
Nō sumus aūt pati ad oīa qdē concupiscē
da.recolam⁹ cōtinētiaз beati зenonis ab
batis: Abbas зenon ābulās aliqn̄ ī palesti
na.et cum laborasset: resedit vt māduca/
ret iuxta cucumerariuз. Suadebat auteз
ei animus suus dicēdo. Tolle tibi vnuз cu
cumerem ꝛ māduca. Qui increpans cogi
tationē suam dixit sibi. Fures ad tormen
ta vadūt:ꝓba ergo teipsum ī hoc.si potes
ferre tormēta. Et surgens stetit in ardore
sol' diebus qnqз.ꝛ dixit. Si ardorē solis n̄
possum sufferre:quomodo sufferre potero
ignem eternum? Et dixit ad animum suū
Si non potes portare tormēta non rapies
cucumerem vt manduces: Uerba igit' tā/
ti viri considerare nos ammonēt: quantū
ab ipsius cōuersatione distemus. Qua ꝓ/
pter perpendamus nos peccatores.ꝛ infir
mos esse ī comparatione sanctorum viro/
rum: vt nosipsos ex illorum meritis despi/
cientes.p dn̄i piam misericordiam eorum
consortiū habere possimus.

De continētia visus. Ca.v.

Quod autem non in
cibo tantuз.sed et in visu sit continentia.se
quens miraculū insinuat. Pyor cū de do
mo patris ad phiaз conuersationis exiret
promisit denuo nullum se ꝓpinquoꝝ fore
visurum. Post aliquot vo annos. dum ei⁹
soror eum viuere ꝛ habitare in heremo co
gnouisset: non cessabat donec eum inspi/
ceret. Quā cū episcopus loci illi⁹ iā gran/
deuam ꝓpterea videret affligi.scripsit pre
sulibus heremi vt piorē dirigerēt. At ille
qm̄ cōtēnere nefas est iussionibus sēiorūз
obediēs ꝛ assumēs qndā venit ad patriā.
Cūqз an̄ dom⁹ sue ianuam venisset. ꝛ suū
nūciasset aduentū veniēte germana dixit
Ecce ego sum pior:quāto vis aspectu sati
are. Tūc illa gratificata laudauit. At ille
orone facta. remeauit ad heremuз. vbi fo
diens aquā inuenit amaram. eaqз vsus ē
vsqз ad vltimum vite sue diem: Post hui⁹
obitum nullus ibi habitare p̄ualuit. Ego
autē reor qr per orationē eā ad suos vsus
fecerit dulcē:dū etiam alubi.nō ex stante
oratione meruit emanare. Nā cū moyses
ꝛ eius monachi puteum aliqn̄ foderent. ꝛ
nec venā aliquā reperirent: nec amplius
iā fodere altitudo ꝑmitteret.medio die su
ꝑuenit pyor.et oratione facta descēdit in
foueā: Cunqз tertio percussisset t'rā mox
emanauit aqua. Cūqз oratiōe facta disce
deret illis eū petentib⁹: vt vl' ex aq̄ gusta/
ret: ad hoc inqt direct⁹ sū.ꝛ ꝑp' qđ vēi ꝓ/
actū ē. Propterea vo o scissime fr. hec tibi
de pyore scripsi vt p te scires ꝙ cōtinētia
etiā ī visu sit necessaria. Audisti vo nūqꝫ
iste monach⁹ icaut⁹ fuit.qr nec iobediens
fuit p̄ceptis senioꝝ.qui illum ad sororē ire
iusserūt.nec ipsam vidit: visus ab illa ne cō/
tra suum votuз facere videretur. Qua ꝓ/
pter hortor tuam sanctitateз.vt illū stude
as imitari. Non sit tibi cura videndi ꝓpin
quos tuos vel amicos.quos in seculo re
liqsti ꝛ p illoꝝ cura orō tueqз lachrime nō
minuātur ne cū vxore loth retro respicien
do in statuā salis cōuertaris. Recole ergo
illū euāgelij v'siculū.ꝙ nemo mittēs manū
ī aratrꝫ ꝛ aspiciēs retro apt⁹ ē regno dei.

De cōtinentia locutiōis āmōitio. ca.vj.

Oratoꝛ etiam vt in locutiōe sis ↄtinēs: vt assidue cū psalmista decātes. Dixi custodiā vias meas: vt nō ↄ̄linquā i lingua mea. Posui oꝛi meo custodiam. Noli igit̄ aliis detrahere. Memēto ꝟo ꝙ maria soroꝛ Moysi: suo dei suoqȝ fr̄i cū detraxisset qd illi accidit. Narrat.n. hystoꝛia qꝛ ob hanc culpā lepꝛa fuerit maculata. septēqȝ dieb⁹ māsit extra castra: ꝗ̄ postmoȝ p orōnē Moysi fris sui mūdata ē: absit aūt vt ex ligua p quā p̄rēȝ benedicimus. inde maledicam⁹ aut detrahamus ꝓximo. Recolam⁹ igit̄ qꝺ̄ scriptū est: qꝛ oīs detractoꝛ eradicabit̄. vnde eradicabit̄ oīs ↄ̄tractoꝛ. Sine dubio ↄ̄ cetu sāctoꝝ. Ergo ne ⁊ nos ↄ̄ scōꝝ cōsoꝛtio eradicemur custodiam⁹ a detractiōe linguam nostrā. Nō detrahabam⁹ pꝛoximo quē iubemur diligere sicut nosmetipos. Et nō tm̄ a detractiōe nos opoꝛtȝ cessare: sȝ etiā ab ociosis ꝟbis: quia euāgeliū clamat. de oī ꝟbo ocioso qꝺ̄ locuti fuerit hoīes: reddēt rōnē i die iudicii. Ociosus ꝟo s̄mo ē ꝗ nec ad ei⁹ qui eū loquit̄: nec ad ipsius ꝗ illum audit ptinet ꝓfectum. Noli ḡ ꝓferre ꝟba que risuȝ aut cachīnū moueāt. sed magis que ad ↄpunctionē ⁊ lachꝛymas: ⁊ ad aīarum ꝓfectum ptinent. Tu⁹ s̄mo semper sit sale cōdit⁹. Narrat nāqȝ hystoꝛia tripti ta: āmonē benensioꝝ presulē atqȝ theonē multoꝝ monachoꝝ presides fuisse. Ambo nāqȝ opatoꝛes fuerunt inopinaliū reꝝ: et diuina pꝛouidētia ꝓphetiaqȝ cōpleti. Dicitur theonem fuisse eruditū egyptioꝛum grecoꝛum latinoꝛumqȝ studiis: ⁊ trigīta annos hūisse taciturnitatē. Poꝛro āmonē a nullo hoīe visum irascēt̄: aut iurantem aut mentientē aut vanuȝ aliquē vel aspe rum vel infirmuȝ pertulisse sermonē. Hoꝛuȝ tēpoꝛibus fuit elyas monachus in heremo agens annū centesimū ⁊ decimuȝ: antea tamen septuaginta annis solus vixerat i solitudīe: ⁊ vsqȝ ad hāc etatē ieiunādo multū silendo ⁊ viriliter cōuersādo puenit. Hec miracl'a hoꝛtoꝛ vt frequēt̄ legas vt scias ꝙ̄ cautū te i loq̄ndo eē opoꝛteat.

Audisti ergo nunc. ⁊ vt puto memoꝛie cōmendasti ꝙ doctissim⁹ theon monach⁹ p triginta ānos tenuit taciturnitatem. Hoꝛ toꝛ igit̄ vt quia nobis assidue tacere non licet: vel etiam quodlibet id placeat: vt sēper a malo detractionis sileas. Ut ergo tibi ꝟt⁹ taciturnitatis placeat audi adhuc qd zacharias de ipa īt̄rogat⁹ rn̄dit. Dixit abbas pastoꝛ qa īterrogauit abbas Moises frēm zachariā dicēs. Quid tu vides? Et ille. Nihil meli⁹ ꝙ̄ tacere p̄r. Et dixit Uerū est fili tace. Hoꝛa anteȝ moꝛtis ei⁹ sedens abbas isidoꝛus: respexit in celuȝ: ⁊ dixit. Letare: letare fili zacharia: quia apꝛte sunt tibi ianue regni celoꝛum: vides o sanctissime frater ꝙ zacharie per taciturnitatis maxime virtutē: aperte sint ianue celi. vt ergo ⁊ tibi aperiantur ama tacere delecta silere. Legi ergo de quodam seruo dei ꝙ vt taciturnitatem disceret: p plures annos lapidem i oꝛe poꝛtaret. Ammoneo ḡ atq̄ iteruȝ āmoneo vt linguā tuā custodias. nulli detrahas: nemini maledicas nulla risum mouentia verba pꝛoferas: cogita ꝙ̄ breuis sit ista vita: ⁊ ꝙ̄ misa i comparatione eterne. Hec cogitando: ⁊ linguam refrenando: imitando scilicet eorum actum quoꝛum superius mentio facta est aduenies eoꝛum consoꝛtio. Quomodo autem animo tuo multā taciturnitatē inculcare volo: ⁊ quia multa bona opera ꝓp̄t vitium lingue pereunt: ideo adhuc vnam sententiolā subiungā: venit in itinere conuersiōis abbas euagri⁹ ad quēdā senē et dixit. Dic mihi abba s̄monē ꝗ̄ salu⁹ siā? Et ille rn̄dit. Salu⁹ si vis fieri qn̄ venies ad aliquē nō pri⁹ loq̄ris: ꝙ̄ ipe te īgrat: Euagri⁹ ↄpunct⁹ in h̄ s̄mone penitētiā egit in ↄspectu senis. ⁊ satisfecit ei dicēs. Crede mihi ml'tos codices legi: ⁊ talē eruditiōeȝ nūꝙ̄ īueni: Et ml'tū ꝓficiēs exiuit: Ex his .n. ꝟbis o btissime fr̄ lucide demōstrat̄: ꝙ btā ē illa aīa ꝗ̄ taciturnitatis perfecte habet ꝟtutē. Dilige hāc ꝟtuteȝ: possīde hoc donum: conserua hanc margaritā. Amandum est ḡ silentiū. quia p illud humilitas nutritur lachꝛyme generant̄ ad extremū

multa mala p illud declinantur. De vilium vestimentoꝝ appetitu. Ca. vii.

Scias deniqꝫ o frater. ꝙ ⁊ i vestimētis sit cōtinētia valde necessaria Sūt.n.multi q putant: ꝙ appetit⁹ ꝑciosaꝝ vestiū ñ sit pecc̄m. Qḋ si pecc̄m ñ eēt: neqꝙ dn̄s ioānem de aspitate vestimēti laudasset. Ait.n.turbis. Quid existis i desertū videre: hoīeꝫ mollib⁹ vestitū: Ecce qui mollib⁹ vestiunt i domib⁹ regū sūt. Joannes ꝟo mollib⁹ vestit⁹ eē negat. ga qui mollibus vestiunt: magis ṫreno regi fuiūt ꝙ celesti. Joānes ꝟo pm⁹ noui testamēti monachus: pilis cameloꝝ idut⁹ fuisse phibet. Si ille q in vtero mr̄is scificat⁹ fuit. ⁊ deo multū amabilis atqꝫ dilect⁹ extitit q fuit ver⁹ ꝓpheta ⁊ plusꝙ propheta: pilis vero cāmeloꝝ fuit idut⁹. nos q pctōres ⁊ ifirmi sum⁹ quāto magis ḋbem⁹ vilib⁹ vestib⁹ eē contēti. Si h̄ culpa nō eēt nequaꝙ petr⁹ apostolus p epistolā firmās a ꝑciosarū vestium appetitu cōpesceret dicens. Nō in veste ꝑciosa. Nemo nāqꝫ: vt ait papa gregori⁹: ꝑciosa vestimēta: nisi ad inanē gl'iaꝫ querit. Peccatores.n.sum⁹: ⁊ iō preciosa vestimēta querere nō debem⁹. Magis ꝟo ornatū mētis q̄rere ꝙ corporis ḋbem⁹. Ornat⁹ mētis ē caritas. fides hūilitas. bōitas. ac benignitas. De his nāqꝫ virtutibus mens ornat. fine fine cū deo victura. Caro eni ꝙuis ꝑciosis vestibus cooperiatur ꝙuis auro argētoqꝫ ornet: nihil ē aliud ꝙ caro et puluis. ⁊ lutū et sterc⁹. Quapropt magnope ꝓcurare corporis labore debem⁹. nō balneū subinde iquirere. nō ornata vestimēta: qꝛ si ḋlicate corp⁹ nr̄m fouem⁹ hostem nr̄m nutrim⁹. Nullū.n.maiorē inimicū nutrit hō: ꝙ corp⁹. Corpus auteꝫ trahit mētē ad peccādūꝫ. Semp debet illud seru⁹ vt āncilla dei subiugatū habere. Qꝫ supradicta cum discretionis virtute debeant perfici. Ca. viij.

Debet nāqꝫ corpus affligi per abstinētiā p vigilias ⁊ per diuersos modos ita tn̄ vt sēper suuꝫ officium suāqꝫ obediētiā possit pficere. Castigādū sēper ⁊ affligēdū ē corp⁹: vt ad malū op⁹ aīaꝫ nō trahat ⁊ ad pagendū bonū sit sēp idoneuꝫ. Naꝫ q ita corp⁹ macerat. vt nec qdē bonū opus facere valeat: discretiōis adhuc ignorat ꝟtutem: Ut igit ⁊ corp⁹ scias affligere ⁊ tēperare vnū supra relatū ḋ vitispatꝝ dicaꝫ sermonē. Dicebant de quodā patre ga cū secularis esset ⁊ cōiugem habuisset: postea cōuersus tēptabat de sathana ab ea. Ipse ꝟo narrauit hoc patribus: Qui cū hoc audissēt. qꝛ opari⁹ eēt et maiora facere potuisset ꝙ officio suo agebat: iposuerūt ei maiora vt debilitaretur corp⁹ eius. vt nec surgere posset: Deo autem disponēte: quidaꝫ peregrinus aduenit ⁊ ptransiuit. āmirans ꝙ nemo egressus esset i occursuꝫ eius. Et reuersus pulsauit dicēs. Ne forte frater q i ea habitat infirmetur. qui cū pulsassꝫ intrauit et nimis infirmū inuenit eū: et dixit ei Quid habes pater: Et narrauit ei dicens. Ego de seculari vita sum: et sollicitat me inimicus de vxore mea: et narraui patribus. et iposuerunt mihi onera diuersa. Et cū implere vellē iussa: defeci et tn̄ stimulus crescit: Audiens hec senex: cōtristatus est et dixit ei. Siquidē patres magni viri bene iposuerunt tibi onera quibus grauaris. Si vero me paruulum audire volueris cito inuenies requiē. Nūc paululū cibum sume i tēpore suo. et recollige vires tuas: fac aliquātulū op⁹ dei. et iacta i dn̄o cogitatū tuū. quia tuis laboribus hanc impugnationē supare nō poteris. Corpus eni nostrū velut vestimentū ē si cum discretione tractaueris stabit. Qui cū audisset eū. fecit ita. ⁊ infra paucos dies recessit stimulus ei⁹. Hāc sententiam: ideo volui scribere in isto ordine. qꝛ ea que superius āmonui: idest silētiū: nuditas: abstinentia: corporisqꝫ castigatio cum discretione sunt agenda. Discretio vero magna virtus est: qꝛ per ipsam mala declinantur et bona seruantur. Bonum ergo op⁹ si sine discretiōe fit cito deficiet Discretio enim mater est omnium virtutum. quapropter et tuam o frater hortor

dilectione. vt oia. cū discretione facias: vt nec ad dexterā nec ad sinistrā cōuertas. De hac etiā discretiōis virtute habes hoc supra i vitispatrum. Dixit abbas antonius. Quia sunt quidā cōterētes corpora sua i abstinētia: et qa nō habuerūt. discretionē lōge facti sunt a deo. Superuenit aūt quidam venationē faciēs i silua agrestiū animaliū. et vidit abbatē Antoniū gaudētē cū fratrib⁹: et displicuit ei. Uolens autem senex ōndere ei: quia oportet aliquādo cō descēdere fratrib⁹ dixit ei. Pone sagittā in arcu tuo et trahe. Et fecit sic. Et dixit ei. Iterū trahe et traxit. et dixit senex. Trahe adhuc. Tūc dixit venator. Si supramodū traxero frāgetur arc⁹. Respōdit abbas. antoni⁹. Ita est in ope dei. Si plus a mensura tendim⁹ fratres cito deficiunt. Expedit ḡ vt ad momētū hore relaxare iugū eorū. Hec audiēs venator cōpunctus est: et multum proficiēs in smōe senis discessit: et fratres ɔfirmati reuersi sūt ad loca sua. Maxima autem mihi cura fuit hec scribere religiosissime frat: vt ab vtroqꝫ periculo te imunē custodias. videlicet vt curā corporis nō dei ꝑponas seruitio: et rursus vt dei suitiū explere queas. corpori necessaria mīstrare nō cessas: quāq̄ tuū bonū mihi notū sit studiū. sꝫ et nūc ammoneo: vt in scdo loco post cōtinentiam discretiōis virtutē memorie commendes. De bono compūctionis que maxime ex mortificatione nascitur. Capitulum. ix

Ed quia ɔpūctio in omni ope ē necessaria: cōmendanda ē tibi ipa vt⁹ quatēus mortificatiōi iūgatur compunctio. Puto enim ꝙ vera mortifitatio ab aliquo possideri, si possit nisi cum cōpunctione. Idcirco tuā caritatem o frater hortor vt quicquid agis vel silentium teneas. vel abstinentiā facias vel nuditatem ames: vel vigilias furtiuas diligas: omnia pro dī amore fac: et cū lachrymis. Si lachryme currūt adest tibi salutaris compunctio. ita duntaxat. vt cum discretione de qua supra dictum est facias vt per te non scandalizentur alij: sed pot⁹ edificentur. Sim⁹ ergo i omni ope nr̄o cōpūcti: vt possim⁹ dicere dn̄o cū psalmista. holocausta medulata tibi offerimus. holocaustū vero totū incensum dicitur. Holocaustū ergo dn̄o offert. qui totū se dn̄o tradit. quod ad monachorū ordinē specialiter pertinet. Per medulā vero holocausti cōpūctio designatur. Holocaustū vero sine medula. est bonū op⁹ sine cōpūctione: hāc medulā ipse psalmista alubi pinguedinē nominat. holocaustum inquit tuū pingue fiat. Magna est virtus compunctionis: d̄ qua supra in vitispatrum scriptū est. Frater quidam interrogauit alium senem dicens. Pater quid faciam? Dixit ei senex. Flere debemus semper. Contigit enim aliquem senem mori aliquando: et postmodum in seipsum reuerti: et interrogauim⁹ eum dicentes. Quid vidisti abba? Et narrauit nobis plorans. Audiui illic vocem sine mora dicentē. Ueh nobis veh nobis sic et nos semper dicere debemus. Apertissime vero in his vobis possum⁹ cognoscere quare nobis semper flere conueniat: scilicet ne post vite huius discessum in luctum veniamus eternum. Utile nanqꝫ consilium est hic ad temp⁹ deplorare quia hec vita breuis est: labens est: misera est: cito transitoria est. Illa alia vita nullum terminum habet: nūq̄ finiet. et sicut sci sine fine gaudebūt cum angelis i celo: sic et petōres sine fine cruciabunt cū diabolo i inferno. ꝙ si lachrymas statīꝫ vt volum⁹. iuenire nō possum⁹: psistam⁹ i p̄cib⁹: quia dn̄s nobis facile potest lachrymas dare. Mlti enī volūt lachymas hr̄e: sꝫ nō statīꝫ vt illas volūt inueniunt. Un̄ sup̄ i vitispatrū scriptū ē. Interrogauit qdā frat quēdam senē dicēs. Desiderat aīa mea lachrymas hr̄e. sic audio senes lachrymas effūdētes. et nō veniūt mihi: et tribulat aīa mea. Dixit ei senex. Filii isrl̄ p⁹ q̄draginta ānos itrauerūt trā repromissionis. Lachryme igit sūt tra repromissiōis. ad q̄s si pueneris iā mltū timebis bellū. ita. n. vult deus affligi aīā: vt sēp desideret igredi terram

illā. Dicebāt d btō arsēio: q toto tpe vite sue ad op9 manuū suaꝝ pānū hēbat añ se. pp lachrymas q crebro cadebāt ex oculis ei9. hec vo audiētes o carissime fr. quantū debeamus nos preparare ad lachrymas pensemus. q si illi tam sancti et iusti. et dei facientes per omnia voluntatē. sic se mortificabant quantomagis nos qui peccatores sumus flere et lugere debemus. Pensare enim debemus diem mortis nostre: et diem iudicij. Pensare etiam debemus qualis discussio ibi erit. Audiamus quid beatus āmon fratri se interroganti responderit: Frater quidam interrogauit abbatem ammonem: dicens. Dic mihi aliquod verbum. Dixit ei senex: Uade talem fac cogitationem tuam queadmodum faciūt iniqui qui sunt in carcere. Illi enim interrogant vbi sit iudex. et quando venturus sit. Et in ipsa expectatione sua penas suas deplorant. Ita et monachus debet semp esse suspectus. et obiurgare animaꝫ suam dicēdo. ve h mihi quomodo habeo astare ante tribunal christi. et quomodo habeo actuū meoꝝ reddere rōem. Si igit sic sēp meditat9 fueris poteris salu9 eē atqꝫ opn̄ et9. Et tu o fr fidelis hec audiens. fac sic vt iste seru9 dei hortatur. Cogita de penis inferni. vermis ibi non morit. ignis nō extinguit. luctus nunꝗ cessabit. pena nunꝗ finiet: et si semper hec cogitaueris saluaberis. Recole sēper illd qd abbas belias dixit. Ego tres cās timeo. Primā qn̄ egressura est aīa mea de corpore. Secūdā quādo occursur9 sū deo. Tertiā quādo aduersum me snīa est proferenda. Et tu frat hec meditare. hec cogita hec tracta sollicite vt inferni laqueos possis euitare et ad regna celorum merearis conscendere. Lugēduꝫ h est. quia scriptum est. Beati qui lugent quoniam consolabuntur. Neqꝫ hoc de omni luctu dicit. quia sunt luctus multi. qui de parentū morte fiūt vel amicorum et q res quas desiderāt adipisci nō possūt qui pro suo luctu non sunt beati. Solummodo illi lugentes beati sunt. qui sua vel aliorum lugēt peccata: sicut samuel deflebat saul: et paulus deflebat eos q non egerunt penitentiā a fornicatione et immundicia sua. Defleam9 in hac vita nostra peccata et aliorum: quia dictum est lugentib9. luctus vester vertetur in gaudiū. Seminemus nunc in luctu: vt metamus tūc i gaudio: cum quib9 psalmista dixit. Eūtes ibāt et flebant mittentes semina sua. Uenientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Uides auteꝫ quomodo beatus i scripturis esse predicatur luct9. Audi adhuc quid supra i vitispatrū scriptum sit de eo. Miserunt aliquando senes de monte nyteri. ad abbateꝫ macharium maiorem in scithi. rogantes vt veniret ad eos: alioquin sciret oēm multitudinem ad se esse venturam. eo q desiderarent euꝫ videre. anteꝗ migraret ad dominum. Qui cum venisset in montem congregata est multitudo fratrū ad eum Rogabant autem fratres vt faceret verbuꝫ ad eos. Ille autem lachrimans ait. ploremus fratres et producant ocul' nostri lachrimas: anteꝗ eam9 hic vbi lachrime nostre corpora nostra comburant. et flecuerūt omnes proni in faciem suam dicentes. Pater ora pro nobis. Abbas etiam siluanus aliquando sedens cum fratribus factus est in excessu mentis. et cecidit i faciem suam. Et postmodum surgens: plorabat. Et interrogauerunt euꝫ fratres dicētes. Quid habes pater? Ille autem tacebat et flebat. Cōpellentibus autem illis dixit. Ego ad iudicium raptus sū. et vidi multos de habitu nostro ire ad tormenta: et multos seculares ire ad regna. et lugebat senex. et noluit deinceps exire d cella sua Sed si exire cogebatur operiebat cuculla faciem suam dicens. Quid necesse est videre lumen hoc temporale in quo nihil est vtile. Manifestuꝫ esse prudentie tue credo. ꝗ magna sit virtus compūctionis: per quam peccata deleantur et virtutes acquirantur. Nolo autem vt ab hac virtute tua sit mens aliena que in peccatoribus hominum habitat. Per hanc multi domino placuerunt: per hanc diabolus vincit

per hanc vicia superantur. per hanc dñs ad misericordiã prouocatur. per veras etenim lachrymas ea que dicta sunt complentur. Ueras nãq3 lachrimas habet. qui hoc nõ committit quod defleat: hoc est docte plãgere. Docte plãgit. qui plãgens malũ quod fecit: non perpetrat. quod iterum plãgere debeat. Dicit eni3 isidorus: qr liberior ẽ ñ penitens q̃ qui adhuc agit quod pẽitcat

De qualitate compũctiõis. Cap. x.

